



Quadragesimale Ambrosianvm Dvplex, In Dvos Tomos Divisum

In Hoc Opere Per Singvlos Qvadragesimæ dies habetur bina Concio cum Morali, iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur. Cvm Indicibvs, Sacræ Scriptvræ, Et Rervm notabilium, cum Summa Concionum & Thematum Euangeliorum. Accomodantvr Hæe Conciones Ad Vsvm Romanum pro Quadragesima & ...

Tomvs Primvs, Continens Conciones A Dominica Prima, Qvæ Dicitvr In Capite, vsque ad quartam exclusiuè, quæ dicitur de Caeco

Bellintani, Mattia

Coloniae Agrippinae, 1626

[2]

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55873](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55873)



DOMINICA DE CÆCO.

CONCIO PRIM A.

Præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate.

Ioan. 9.

ARGVMENTVM.

In hac illuminatione considerantur tria: excellentia operis, modus, & effectus. Ponderantur verba illa: Expuit in terram, & discooperiuntur mysteria pulchra.

INTERROGATIO illa Discipulorum: Domine, quis peccauit hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? & responso illa Domini. Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Duo nobis ostendunt. Alterum ex parte nostra, alterum ex parte Dei. Quod nostrum est, appetitus est quidam naturalis dignoscendi causas rerum, in qua cognitione mens mirabiliter delectatur. Vnde quidam Philosophi in hoc beatitudinem constituerunt, & ad hoc magnis laboribus conati sunt peruenire. Quod Dei est, est hoc, quod Deus ipse, qui hunc appetitum in natura nostra plantauit, approbat illum, eique, quando regulatus est, egregie satisfacit. Probatio vtriusque est hæc, quoniam seipsum hominibus proposuit co-

gnoscendum, quæ in cognitione illorum stat perfectio. Et interim dum seipsum appetitum in cælis demonstraret, per opera manuum suarum prospici voluit, quod ut facerent, mouit illos appetitu naturali, & delectauit eos in creatura sua, in qua resplendet ipse Creator. Misit scriptorem, qui illum prædicaret totius orbis conditorem. Illuminavit sapientem: qui scripsit. Dominus sapientia fundauit terram, Prom. 3. stabiliiuit cælos prudentia Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concresecunt. Vbi quatuor partes mundi complexus est. Infimam, quæ est terra; supremam, quæ est cælum, vbi sunt luminaria; duas medias, inferiorem quæ sunt aquæ, id est abyssi; & superiorem, vbi sunt nubes, & vnde pluuia descendit. Hæ enim quatuor euidentes sunt. Nam de aliis, si quid est aliud, nulla est certitudo, aut euidentia. Hoc est lumen excellentius, quam exterius istud lumen capitis nostri exteriorum oculorum, quod etiam in hoc præstans est, & nobile; quod huic interiori maxime subseruit. Nam per illud plures cognoscimus rerum differentias, quibus gradatim ad diuini effectoris ascendimus cognitionem. Ac proinde tunc cæcum Christus illuminauit, quando de causis rerum cognoscendis agebat cum discipulis. Hoc ergo

ergo lumē vt consequamur, opus hoc Domini, ob id ab eo ex industria factum, cōsideremus: vbi tria, opus, modus, effectus.

2
Diuisio.
Psal. 10. 2. Opus est illuminatio cæci nati, opus (inquam) ad eō insignē, vt verum sit. *A saculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati.* Multa & magna opera Domini, ex quibus in omnes voluntates eius. Sed à saculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos

Heb. 11. 35.
Exod. per totum. cæci nati. Opus seruatum vsq; adhuc. *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos, conualuerunt de infirmitate.* Magna prodigia facta sunt in Ægypto, in mari rubro, in deserto, in progressu populi. Deus ostendit Patribus mirabilia, quibus & apparuit multifarie multisque modis. Clau-

3. Reg. 17. 1.
Et 18. 1. sum est cœlum, iterumque apertum est ad preces Eliæ, multaque his similia bona opera Dominus ostendit. *Sed non auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati.* Tanta operis magnitudo postulat, vt eius modus, & effectus attentius attendamus; cum potissimum pertineat ad cognitionem; vt vita & prouocemur & ascendamus ad nobilissimam cognitionem. Ideo enim tantū opus illuminatio est. Illuminatio autem eius, qui in cōmuni natura videre aptus est, sed speciali, atque indiuidua persona ineptissimus est, vt tantō excellentius sit opus, quantō remotius & difficilius est.

3
In duobus ergo stat excellentia huius operis, quod sit illuminatio cæci; & quod sit illuminatio cæci nati. Ad illuminationē voluit pertinere, quoniam tota hominis perfectio visione sita est. In mundo sunt duo genera hominū, videlicet credentiū, & non credentiū. Fides autem est visio, qua nunc videmus per speculū, & in ænigmate, qua qui priuati sunt in tenebris conticescunt, & delitescunt. Vita autem excellens est intellectus. Vnde scriptum est. *Et*

Ioan. 1. 4.
Ec. 15. 3. *vita erat lux hominum.* Et, *Creauit illos p-*

Isai. 9. 2.
Mat. 4. 16. *ne vita & intellectus.* Huius autē vita nobilissime, est mors pessima. Vnde scriptum est. *Sedentibus in tenebris & umbra mortis.* Sicut autem lux fidei superexcellit lumen naturæ; ita vita huius lucis vitam superexcedit naturalem, quæ idcirco in solo Deo

Ioan. 1. 4. 9 est. *In ipso (inquit) vita erat. Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem: cuius ex-*

pertus sunt infideles. Ideo mors peccatorum pessima. Rursus lux aeterna summa hominum est beatitudo. *Qui sequitur me, habebit vitam aeternam.* Et contra: *Mittite eū in tenebras exteriores; ibi erit fletus & stridor dentium;*

& sicut lux illa aeterna est vita aeterna. Ita tenebræ illæ sunt mors aeterna, a qua nemo resurgit. De qua scriptum est. *In inferno positi sunt, mors depascet eos. Morientes non uiuant; gigantes non resurgent.* Ergo tota hominis excellentia in visione cōsistit, omnis hominum miseria cæcitas est. Fiat homo amens rationis experts, cū bestiis cōputatur, exors est humana societatis. Ideo qui in inferno videbunt honorem iustorū, cōtra se dicent. *Nos in sensati vitam illorū as-*

Psal. 111. 10.
1a. 2. 10. *sumus in saniam.* En quomodō totū re-

ducitur ad cognitionē? Vnde malū nostrū infania est, qua nō sanē de sanis iudicabamus, vitam illorū aestimantes insaniam; illi autem sani fuerant in fide, in dilectione, in scientia, in vera intelligentia; quod nūc apparet, quando inter sanctos fors illorū est. Obseruemus igitur documentum sapientis. *Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. Ne delitearis in semitu impiorum, nec tibi placeat malorum via.* Vera enim vita est vita sapientis & videntis. Semita autem impiorum & mors sunt & ad mortem ducunt.

Sap. 1. 4.

4
Altera excellentia operis est illuminatio cæci nati: vbi difficillimus est transitus, quando iam cæcitas facta est naturalis. Ibi sunt qui errauerūt ab vtero, locuti sunt falsa, quorum si mens corrupta, & ex cæcata est quasi de vtero matris sic nati sint: o quā difficile isti illuminantur? Vide in opere isto, quod factū est. *Vt manifestentur opera Dei,* videlicet, vt sit lux ad illuminationē gentium, quomodō vicini, & qui viderant prius cæcum, cæci remaneant. Vide quomodō Pharisæi veritati resistent, conentur operire, & abscondere opera Dei, ne videantur. Verè lucis ofores, quā difficile qui passiones habent, veniunt ad lucem? Audiant, licet verbum Dei, sentiant corruptiones, minas, promissiones, rationes, quæ valeant captiuare omnem intellectū in obsequium Christi. Ne dum stulti, & tardi corde ad credendū sunt, sed duri corde, dura

Psalm. 111. 10.
Psalm. 111. 10.

Psalm. 111. 10.

Psalm. 111. 10.

Psalm. 111. 10.

Psalm. 111. 10.

Psalm. 111. 10.

Psalm. 111. 10.

Psalm. 111. 10.

cernice resistent veritati; credunt autem iniquitatis errantes, & in errore mittentes. Hi sunt de quibus pergit Salomon post supradicta verba. *Nec tibi placeat malorum via.*

Pro. 4. 15. *Fuge ab ea, ne trās eas per illam declina, & desere eam. Non enim dormiunt nisi malefecerint: & rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint, comedunt panem impietatis & vinum iniquitatis bibunt.*

Singularis ratio, quamobrem à via malorum fugiendum sit, est, quia totam vitam suam insument in malefaciendo, ut sicut cibus Christi erat perficere opus Dei: sic panis & vinum illorum est impietas, & iniquitas: id est, viuere eorum, est malefacere tota die vsque ad somnum; tota vita vsque ad mortem, percurrere ad malum. Fuge ergo ab hac pessima via, & vita; ne similes efficiaris; & attende quam sedulo deterearis ab ea. *Fuge ab ea, nec trās eas per illam: declina, & desere eam.*

Iuan. 4. 34. *Declarat: sic panis & vinum illorum est impietas, & iniquitas: id est, viuere eorum, est malefacere tota die vsque ad somnum; tota vita vsque ad mortem, percurrere ad malum.*

Sap. 4. *Fuge ergo ab hac pessima via, & vita; ne similes efficiaris; & attende quam sedulo deterearis ab ea.*

Pro. 4. 17. *Declinat à malignis: fugite à peruersis: separamini à tabernaculis impiorum. Sic fecit bonus cæcus illuminatus, qui impiis, & supplantantibus Pharisæis non requieuit, sed restitit in faciem: nec veritus est eorum maledictionem. Hoc est opus insigne, si quando etiam similiter oblinati veniant ad lucem.*

5. Modus illuminandi duas habet partes, quid prius factum est, aut dictum; & quid postea. Primam tangit Euangelista dicens. *Præterit: Iesus vidit hominem cæcū è natiuitate: præterit: videlicet substituit illum respiciens, quæ fuit discipulis interrogandi occasio, ex qua exortum est intenebris lumen tantæ doctrinæ. Vider ergo Christus tenebras nostras, ut lumine suæ claritatis*

Phil. 118. 13. *illas discutiatur. Inde ille rogat. Faciæ tuæ illuminata super feruū tuum: & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuā. Oculi (inquam) mei non fuerunt in legem tuam intenti, ut viderent, quid mihi agendum esset, quid uerè omittendum; & hoc quia aqueis humoribus amorum, affectionum, passionū pleni, & offusi erant. Tu ergo qui sole lucidiores habes oculos, aspice in me, radiis que splendoris tui in me iaculare, ut sic percussi oculi mei deducant fontem lachrymarum, & purgentur à peruersa dilectione, à prauis affectionibus, à mala con-*

cupiscentia. Sic docebor à te iustificationes tuas; sic mouebuntur ante lumina mea præcepta tua. *Vidit ergo Iesus cæcum, cui suo visu, visum donare disponebat.*

Discipuli non perdunt occasionem, quam lumē recipere possint eius rei, quam innotant, quæque difficilis videtur inuētu. Supponunt, ut certū, quod tribulatio non alitudo, quam ex peccato proueniat. Durū videtur illis, quod iste cæcitate patiat propter aliena peccata: longius à veritate videtur, quod quis peccet adhuc non natus; unde cæcitate puniatur. Cupit ergo cognoscendæ veritatis interrogat. *Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur?* Veritas tibi est mētis rationalis, quæ vnde cunq; hunc cibū querit sibi; ac proinde ut insatiabilis, nūquam dicit, sufficit. Est ut venter inferi, quia ferè non saturatur oculus visu, nec auris auditu, donec lumē perfectū largiatur plenius, & apperiantur oculi nostri ad videndam lucem inaccessibilem. Hoc solū cauendū, ne cibo utamur incongruo, ne cupiamus implere ventrem de siliquis porcorum, ne aspirem ad ollas carniū, ad cæpas, ad allia. Ne (inquam) veritates quæramus sensuum, ne illorum appetentis intendamus animū; sed fruamur cibo inuisibili, qui de cælis venit, qui est panis vite, & intellectus. Idem enim Deus in firmamento cæli fecit luminaria ad illuminandā terram, ut lumen veritatis illius quæramus, quæ de cælestibus rutilat, atque splendet. *Quis peccauit, hic, aut parentes eius:* Bona est interrogatio de effectibus peccatorum. Bona de secretis diuinæ providentiæ super nos. Bona de origine atque causa tribulationū. Bona de fonte turbido potissimum cæcitatibus, quæ tantoperè nobis aduersatur, ut illam fugere, atque fugare continuo meditemur. Inde enim est interrogatio discipulorum. Inde controuersia vicinorum. Inde disceptatio Pharisæorum. Inde omnium hominum rerū siue vtilis, siue curiosa inuestigatio, ut sciant, quoniam homines sunt, mente videlicet præditi; quæ tūc perfecta est, quando veritate nutritur, atque in ea delectatur. Si quando igitur occurrit opportunitas addiscendi vtilia, quæ conferunt ad salutē, tu ne prigriteris, arripe sapientiam.

Eccl. 1. 8.

Gen. 1. 14.

Quid enim iustum magis valet tum pacare, tum consolari, quam scire quod ita in manu Domini sunt omnes fines terræ, quod sine illa folium non defluet, & vnus passer non est in obliuione coram Deo?

1. Reg. 16. 4. Scire, quod cū omnia propter semetipsum operatus sit Dominus, omnia quoque in illum referuntur, omnia illum spectant. In omnibus ipse glorificatur, & benefaciens, & puniens. Sic Virgo Beatissima magnificat Dominum, qui fecit potentiam in brachio suo; dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles. Efurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Sic & Anna canit in laudibus Dei. Arcus fortium superatus, & infirmi accincti sunt robore. Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Dominus mortificat, & viuificat, &c. ac demum. Domini enim sunt cardines terræ; & posuit super orbē. quasi dicat. Quid mirum, si pauperem facit, & ditat, si humiliat, & subleuat, cum ipse sit totius mundi factor & rector. Gyrum cœli circuit sola sapientia eius, lucem afferens, & auferens, faciens vesperē & manē, diem noctemque; vt nunc hi fruuntur lumine, nunc illi; orbis namque super cardines cœli ambulat à solis ortu vsq; ad occasum. Ergo & cardines terræ illius sunt, & posuit super eos orbem, qui hunc humiliat & hunc exaltat: suscitāt de puluere egenum, vt folium gloriæ teneat. Itā Dominus exaltatur, vt Dominus cœli & terræ. Rursus hæc diuina iudicia nos consolantur, scientes quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Propterea sancta mulier addit in cantico Pedes sanctorum seruabit, & impii in tenebris conticescent. Dominum formidabunt aduersarii eius; & super ipsos in cœlis tonabit. Vide allusionem ad motum cœli, quo aliqui velut in nocte conticescent & aliquando tonitruo terrentur, vt formident; vbi pedes sanctorum non commouentur, sed confidunt in Domino. Itā frequentissimè Sapiens notat differentiam iustorum, & impiorum. Benedictio Domini super carum iustum; os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti cum laudibus: no-

men autem impiorum putrescet. Timor Domini apponet dies: & anni impiorum breuiabuntur. Expectatio iustorum letitia: spes autem impiorum peribit. Quis non compateretur cæco illi à natiuitate? sed quam vtilis, quam clara, quam gloriosa illi euasit cæcitas illa? vt verè memoria illius adhuc sit cum laudibus: vbi nomen Pharisæorum nobis fatet, quorum os operuit iniquitas, vt non nisi iniqua loquerentur, & tamen vnus cæci sapientiæ resistere non valeret, quasi illorum iniquitas sic os eorum aperiret, vt quid hiscerent non haberent. Ecce eum cæcus natus, vt opera Dei illum illuminantis fierent manifesta: o si digni essemus, vt Deus in nobis ita glorificaretur; quanta nobis consolatio: hæc Dominus intendit si quando nos affligit. Inuocame (inquit) in die tribulationis, erua me & honorificabis me. Hoc modo sis homo vas in honorem, portans nomen Domini, vt honorificetur ab hominibus.

SECUNDA PARS.

Secundam partem pertinentem ad modum illuminandi exequens Euangelista ait: *Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex spūto, & liniuit lutum super oculos eius: & dixit ei Vade, laua in nazareth Siloe (quod interpretatur missus.) Abiit ergo, & lauit, & venit videns.* Iste est modus, quo aperuit oculos eius, qui quidem mysteriis plenus est. Diuina enim sapientia, quæ omnium est artifex, non inaniter operatur; opus, quo significatur totius mundi illustratio, non aliter quam infinita postulat sapientia; sed propensissima, summaque sedulitate perfecit. Duo autem adhibuit, lutum, & aquam: lutum ipse Dominus apposuit. Aquam verò illi iussit, vt per se apponeret. *Vade* (inquit) *laua*. Lutum autem non quodcumque, sed quod ipse fecit ex spūto. Aquam verò ex Siloe, quod interpretatur missus. Quæ interpretatio ab Euangelista ex industria hic adiecta, ostendit totum hoc, mysterium esse: potissimum verò quoniam Moyses cum mitteretur ad Pharaonem, sic roga-

EXO 4. 13.

uis. Obsecro Domine mitte, quem missurus es. Vbi habet littera Hebræa, mitte Silo. quo nomine Christum intelligebat. Per Christum igitur facta est illuminatio, quoniam ipse est lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

IOAN. 1. 9.

Hæc est vna clavis, qua aperiuntur nobis scripturæ veteris testamenti, & demonstratur quod omnia in figura (vt loquitur Apostolus) continebantur illis, quod & ipsa figura præ se ferunt, & potissimum in Deuteronomio, vbi ceremoniæ cum moralibus sepe miscentur, vt quæ inter se conueniant, & vnum alteri respondeat. huius rei vni sufficiat exemplum. In cap. 17. sic habemus.

1. COR. 10. 11.

Non immolabis Deo tuo ouem, & bouem, in quo est macula, aut quippiam vitii, quia abominatio est Domino Deo tuo. Hæc est ceremonia, cui præceptum morale immediate subiungitur. Cui reperti fuerint apud te intra vnam portam tuam, vir aut mulier, qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum eius, vt vadant, & seruiant Diis alienis, & adorent eos, solem, & lunam, & omnem militiam cæli, & abominatio facta est in Israel. Educas eos ad portas, & ibi lapidibus obruentur. Hic potissimum obserua, quæ utraq; abominatio appellatur tam videlicet maculatum immolatum, quam rem secleratissimam (sic ibi scriptura nominat) facere, adorare videlicet Deos alienos: vt studio appareat facta ista coniunctio figuræ, & veritatis; vt manifestum sit maculas illas corporales maculas spirituales designare, quæ malum faciendū contrahuntur. Ergo cum in Propheta dicit. Si offeratis cæcū, nonne malum est? Spirituales cæcos arceat à conspectu suo Dominus Deus. Ergo e contra, cum ad aquas mittit, quibus loti mundamur, visumque recipiamus, ad eas nos mittit, quibus à vitiiis & à cæcitate mentali liberamur. Hæc sunt aquæ viæ quæ mundant animam, quæ flunt de fonte, qui missus est, vt emundet conscientiam nostram ab operibus mortuis, vt simus sancti, & immaculati in conspectu eius. Voluit tamen & materialem aquam adhiberi, qua baptizamus in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti; ita postulans obedientiam, sic ostendens quod quamuis aqua per se a-

DEUT. 17. 1.

nimam non attingat; tamen nomini Dei coniuncta potest etiã corda nostra mundare. Est, lauisset cæcus milles oculos in natatoria illa, nunquam visum receperat, sed iussus à Christo, vadens in nomine eius, qui misit illum ad aquam illam, vt qui mittentem ipsum proprio referret nomine, Venit videns, vt virtus cognoscere turæ Christo proficisci. Quod vt fieret evidentius, ex spūto procedente ex ore eius lixiuit oculos cæci, vt vnde exibat iussio, exiret vnctio, exiret illuminatio.

2.

Cognoscamus igitur nostram cæcitatem, cognoscamus & nostrum illuminatorem. Quando Christus dicit Iudæis: Si cæci es factis, peccatum non haberetis. Nunc verò dicitis. Quia videmus; peccatum ergo vestrum manet. Apertè eorum superbiam criminatur, qua se videntes iactabant: apertè nihilominus ostendit, quod per humilitatem, qua nos cæcos reputamus, ad veram illuminationem deuenitur. Cur nam ad hoc frequens Salomon nos hortatur ad discendam sapientiam, nisi quia cæci sumus, paruuli, insipientes, ignari? Audite, filij, disciplinam patris; & attendite vt sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis; legem meam ne derelinquatis. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea; ea docebat me, atque dicebat. Suscipiat verba mea cor tuum. Custodi præcepta mea, & viues. Non erubescit Salomon confiteri propriam ignorantiam tenellæ suæ ætatis; vt quemadmodum ipse obtemperanter suscipiebat instructiones maternas; ita non dedignemur nos ab eo suscipere verba prudentiæ, vt prudentes euadamus. Nascimur omnes ignorantes, cæci omnes à natiuitate. Et ecce plus quàm Salomō hic, qui nostram erudit infantiam, qui nos docet vtilia, qui nihil subtrahit, quo scientiam salutis addiscamus. Noueris licet omnia, præter Christum, cæcus es, & manu tentans. Qui Christum scit, sapiens est. Qui Christum nescit, insipiens est. Ideo Christus se fecit lutum, quo liniat oculum nostrum. Quid vilius luto? id quàm vilis facta est sapientia Dei, induens stultitiam hominum, quando se conculcandam præbuit, quasi lutum platearum, quando se tradidit in ma-

MALA. 3. 1.

luta. MALA 3. 1.

3.

nus peccatorum: quando te magis, quam
 verbis clamavit. Ego sum opprobrium ho-
 minum, & abiectio plebis. Omnes videtes
 me deriserunt me. Ponam hoc lutum su-
 per cæcitatem cordis nostri. Paulus, cuius
 sapientiam commendat Petrus, nihil vult al-
 liud scire, quam Christum, & hunc crucifi-
 xum. Sic veri fideles Christi, ante quorum
 oculos Christus proscriptus est, & crucifi-
 xus, in hoc lutum duntaxat proteadunt a-
 ciem oculorum suorum. O beatus homo,
 quem tu erudieris, Domine, te solum ob-
 iiciens menti eius, vt te cogitet, te recogit-
 tet, te intueatur. Recogitare eum, qui susti-
 nuit passionem. Leuate oculos vestros, &
 hunc intuemini, qui quantus, quantus sit,
 paruulus natus est nobis, vt fieret nobis sa-
 pientia à Deo, audi vocem eius. Deus, tu
 scis insipientiam meam, & delicta mea à te
 non sunt abscondita. Sicut portauit delicta
 nostra, sic assumpsit insipientiam nostram;
 tulit peccata mundi, vt nos exoneraret; ac-
 cepit insipientiam nostram, vt nos illumina-
 ret. Tunc recipimus remissionem pec-
 catorum, quando liuores eius, quibus sa-
 namur, nostris infirmitatibus apponuntur,
 accipiētibz nobis beneficium mortis ei.
 Tunc apertionem accipimus oculorum,
 quando insipientia sua nostris mētibus atq;
 cæcitati applicatur. Ergo lutū Christi no-
 stra est illuminatio: sed aqua et adhibetur,
 q̄ vt figura est baptismi, ita est Sacramēto-
 rum omniū, quibz peccata nostra delētur.
 Duo scimus fuisse altaria in tēplo, alterū
 in sanctuario, alterum in atrio; ibi incen-
 sum, hic carnes cōburebantur; illud in oc-
 culto, hoc patens vniuersis. Passio, q̄ sacri-
 ficia omnia figurabant, omnibus in palam
 esse debet. Idēd n. & exaltatus est in Cruce,
 vt omnibus esset manifestus, vt omnium
 oculi in eum intenderent. Aspicientes verò
 in illum illuminamur. Accedite ad eum, &
 illuminamini; & facies vestra non cōfun-
 dentur. De carnibus sacrificiorum duo de-
 promebantur, flamma, & cineres. In flamma
 charitas, & patientia; in cineribus humili-
 tas, & obedientia; ardens flamma, ardens
 charitas. Flamma comburens, patientia in
 cōbustione, & afflictione. Dirigantur cor-
 da nostra in charitate Dei, & paciētia Chri-

sti: contemplemur quo amore ardet, qui
 pro nobis tanta passus est. *Charitas autem* 1. Cor 13. 4.
patiens est, benigna est, si volens, & non in-
uitus; si amans, & non coactus patitur, pa-
tienter patitur; constans est, atq; lenis, cœ-
res postulat: fortis in sufferēdo malum, be-
nignus in non resistēdo malo. Cinis mors.
Et in puluere mortis deduxisti me. Puluis Psal. 116.
ante faciem venti dissoluitur, efflatur. Ce- Isa. 40. 8.
cidit flos, quia Spiritus Domini insufflauit Isa. 11. 1.
in eum. Mortuus est Christus, qui quasi flos
de radice Iesse ascendit. quia dixit illi Pater.
Morere, & sic ut mandatum dedit sibi Pater, Ioan 14. 31
ita fecit, & se humiliari factus obediens vsq; Philip. 2. 8.
que ad mortem. Talia cogitate, & illumi-
nabuntur oculi vestri.

Videamus nunc per speculum istud sine
 macula, maculas nostras. Amantem Chri-
 stum videns, vide amantem te ipsum, & di-
 ligentem mundum, & ea, q̄ in mundo sunt.
 Te verò vide voluptatum amatorem. Pa-
 tientia Christi tuam reuelet impatientiam,
 asperitatem, resistentiā, querelas, murmu-
 rationes, quin & blasphemias in tribula-
 tionibus. Operias te cinere Christi, imitan-
 do humilitatem, & obedientiam eius vsq;
 ad mortem: sicut illi, de quibz scriptum est.
Et nō dillexerunt animas suas vsq; ad mortē: Apoc. 12. 11.
nē fias generatio exasperans, & exacerbās.
 Adde aquam luto, nē dum Crucifixum in-
 tueris, sit anima tua sicut terra sine aqua; ne
 sit cor tuum sine affectione absque miseri-
 cordia, vt non cōpatiāis: sed sit cor tuum
 nō lapideum ac durum, sed carneum, mol-
 le, cōpatiens, collacrymans. Hæc est aqua,
 in qua lauandus es: lutum cum aqua: con-
 templatio, & compassio: Intueri, & imitari.
 In oculis lumen Christi; ex oculis flumen
 Dei. Addens scientiam, addit & dolorem:
 quantum videns tantum doleas, vt comi-
 teris patientem, vt imiteris morientem; vt
 dicere valeamus. Domine, quando te vi-
 dimus esurientem, & sitientem, quando te
 vidimus nudum, & infirmum, crucifixum
 ex infirmitate: *Exitus aquarū deduxerunt* Ps. 118. 136
oculi nostri; quia non erat, qui adiuuaret, & Isa. 63. 5.
non erat, qui cognosceret te, qui recogita- Psal. 141. 5.
ret, qui quæreret, qui eriperet de manibus
inimicorum tuorum. nam & qui tenent- Job 19. 14.
runt, obliuiscunt tui.

- 13 Nunc de effectu huius illuminationis erit sermo noster. Illuminationem quippe corporalem sequuta est spiritualis illuminatio, quam Dominus imprimis hoc in opere spectabat. Nam postmodum inuentum cæcum Dominus sic alloquutus est. *Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, & dixit. Quis est Domine, ut credam in eum? Et respondente Domino. Et vidisti eum? & qui loquitur tecum, ipse est. Illic adiecit ipse. Credo Domine, & proci dens adorauit eum.* Hoc est lumen, de quo dixerat Dominus. *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.* Et intulit post miraculum. *Ioan 9. 39.* Iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Etenim lumen ab eo collatum est lumen vitæ, verè illuminans oculos, ut videant claritatem. Videre autem illorum, qui cæci fiunt, est esse sapientes apud semetipsos, de quibus scribit Apostolus. *Rom. 1. 22.* *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Sicut enim lux vera sapientia est, quæ de sursum est; sic visio oculorum istorum sapientia carnalis est, atque animalis, quæ inflat. Ità etiam aliter Christus illuminat cæcos, aliter excæcat videntes. Verè enim & realiter gratia sua illuminat cæcos. At his, qui sua opinione vident, non causa, verum occasio est cæcitatatis, invidentes enim gloriæ eius, a quo anjmo audire non poterant: *Quia Propheta est. Si non esset hic à Deo, non poterat facere quidquam:* Propterea persequebantur eum, asserentes: *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Dum ergò dicunt, *Nos scimus;* cum id falsissimum sit, quod scire prætendunt, fallia est illorum scientia; ac proinde non scientia, sed falsitas, sed ignorantia prauæ dispositionis; sed vera cæcitas, qua excæcavit eos malitia eorum.
- 14 Duplex itaque est effectus huius operis; proprius, & occasionatus. Proprius est cæcos illuminare, occasionatus est excæcare videntes, & proprium quidem tetigimus, opus describentes. Quoniam sicut opere exteriori, exteriorem visum restituit; ità interiori illuminatione tenebras excussit interiores. Vtriusque autem vltior effectus est manifestatio operum Domini, quem effectum Dominus insinuauit dicens. *Neque hic peccauit, &c. Sed ut manifestentur opera Dei in illo.* Ità enim declaratum est, Christum illuminatorem hominum esse, lucem mundi, solem iustitiæ, splendorem gloriæ: Quando operatus, in Deo facta, sunt illuminare corpora, & animas; cœlestem præbere doctrinam, & ad illius intelligentiam sensum aperire; & visionem dare, & visibilia obicere, que intuentes, demus gloriam Deo, qui facit mirabilia solus. Effectum ergò illum ut consequamur, totis nobis conandum est viribus Opus suum præstitit ipse, nostrum nos quoque præstemus. Vtrumque refert cæcus, dicens. *Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoria Silo, & laua.* Hoc est opus Christi. Suum verò opus exprimit dicens. *Et abii, & laui, & video.* Opus illud materiale luti maximum illud opus omnium insignissimum nobis representat. Lutum enim fecit Dominus in sua Incarnatione, quandò id, quod procedit ex ore Altissimi, terræ coniunxit. *Et Verbum caro factum est,* & iam Deus est Christus, id est vnctus, & vnctio. Vnxit autem oculos nostros in passione; quandò exaltatus apparuit omnibus hominibus, ostendens nobis misericordiam suam, ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum: *Per viscera misericordis, in quibus visitauit nos oriens ex alto, & occidens in alto.*
- Hoc est opus Dei, ab eo factum, ut & nos nostrum operemur. Opus nostrum est ire ad lauandum in aqua. Non enim Christus baptizabat, sed discipuli eius. Baptismus autem duplex, alter in aqua, alter in igne. Baptismus in aqua datur nobis ab Ecclesia, conuenientibus & nobis. Baptismus in igne, est in Spiritu sancto, quo agimur, ut operemur opera Dei. De quo Dominus de seipso dicit *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coardior donec perficiatur?* Hæc erat passio sua. De primo dixit. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* De secundo autem. *Docentes eos seruire omnia, qua mandauit vobis.* Quæ est obler-

obseruatio mandatorum Dei. Nam ex se, lauit se cæcus, sed a Christo iustus, lauit itaque ex obedientia. Hoc est opus nostrum, ut faciamus ea, quæ præcepta sunt nobis.

Ioan. 3. 21. Hic est, qui facit veritatem, & venit ad lucem. Nam cui Dei mādātā nō prelo sunt, cæcus est, & manu tentans, vt ait Petrus, qui propterea hortatur. *Quapropter inquit fratres satagite, vt per bona opera certam vestram uocationem & electionem faciatis.* Nam & de proximi dilectione, de Rom. 13. 8. qua Paulus. *Qui diligit proximum, legem impleuit,* scripsit in epistola sua sanctus Iohannes. *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebra excauerunt oculos eius.*

16 Nunc de effectu occasionato, qui est excæcare. Hic enim effectus est sequutus excæci illuminatione. Nam & lux offendit, & opprimit oculos infirmos. Et lex, quæ est lux, & mandatum lucerna, quamuis sit ad vitam per se, occasione tamen sit ad mortem, atque ita quamuis lumen in se sit, tenebrae sunt tamen. Dilectio quippè proximi, quæ secundum legem est, lumen est. Sed qui odit fratrem suum, in tenebris est. Hoc odio laborabant Pharisei cōtra Christum. Vnde in Psalmo ipse dicit. *Quia odio habuerunt me gratis:* id est sine causa, cum nihil esset, cur odisse deberent, sed omnia cur diligere. Vnde & nomine diligentium eos nuncupauit. *Huius plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Odium ergo excæcat. Sic Saul odio excæcatus contra Dauid, sciens illum à Deo in Regem vnctum esse, ac proinde certò regnaturum. Vnde & ipsemet cōfessus est. *Scio quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel.* Non destitit tamen persequens eum, vt interficeret, quasi posset diuinum decretum irritare, atque constringere. Sic Pharisei videbant manum Dei esse cum Christo, & aduersus Deum incedentes, arbitrabantur se posse Deo repugnare. Hæc est communis mundanorum cæcitas, putantes se posse in hæc vita beare, & interrenis rebus: quod est prorsus impossibile. Conatū omnem adhibent Pharisei, vt Christo reluctantur,

quem reprobauerunt adisti antes, sed ceris Psal. 2. 1. meditari sunt inania. Interrogat cæcū, & audiunt veritatem, interrogant parentes, & nihil hauriunt ad suam voluntatem, Iterum putant eum trahere ad sua vota, sed incidunt in foueam, quam fecerunt, quonia ipse rationibus efficacib. pro Christo tueretur veritatem. Vnde acti furore maledictes eiecerunt eum. *Et schisma erat inter eos: in sua cæcitate permanentes.* Aliis dicentibus. *Nō est hic homo à Deo, qui abbatum nō custodit.* Aliis contra. *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?*

Hæc sunt, quæ excæcant hominem, odium, inuidia, superbia, iniqua persecutio. Vbi non est sermo Domini, vbi nō est veritas & lux: quia principium verborum tuorum veritas. At cū simplicib. sermocinatio eius, & intellectum dat paruulis. E contra autem deludet illufiores, superbos, pestilentes. Qui sunt illufiores? qui aliis & sibi ipsis illudunt, seductores & seducti. Hi proprie erant Pharisei à propria malitia excæcati qui & alios seducere conabantur. O quot sunt horū imitatores! Contra sapiens præceptum. *Nē emuleris hominem iniustum; nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius.* Illufit aliquando Dalila se amata Samson, quærenti ab eo in quo consisteret maxima fortitudo eius. Vnde dicebat illi. *Ece illufisti mihi, & falsum locutus es.* Ac deinde. *Viquequid decipis me, & falsum loqueris?* & rursus. *Per tres vices metuitus es mihi.* Ità Sāfon illufor fuit, decipiens mulierē amicam, & inimicos suos. Sed tantum infelix suimer illufor fuit, amore mulieris excæcatus. Meritò igitur fuit cæcitate punitus, oculis orbatus. Ad eod illum excecauit amor, vt vsque ad tres vices visa mulieris fallacia, tandem cōsenserit illius petitioni: Vnde ab inimicis captus, cæcus factus fuit. Cæcitas cordis cæcitate artulie corporis. Vt sciat vnusquisque, quod qui oculos mentis habent, & non vident, mittendi sunt in tenebras exteriores, ab interioribus ad exteriores. A lumine exteriori CHRISTVS transit ad interiorē. Peccator autem à tenebris interioribus transit ad exteriores, vbi ligatis manibus, ac pedibus

pedibus in æternum non videbit lumen.

18

Exhortatio non videtis; videte, videte periculum vestrum, quod Samson videns non vidit. Nè cæcū imitemini, nè cæcū sequamini, nè, si sit cæcus dux vester, in foueam ambo cadatis.

Hec quoties te caro dilecta decepit? Quoties te seduxit mundus? Quoties te princeps fecellit tenebrarū? & adhuc tamen te credis ei, ac dormis super genua sua? Vires perdis, & laborare cogeris: ludus qui illufit, illosor eris, ò illufor, factus in gaudium inimicis tuis; ludus tuus, labor tuus; lapsus tuus, interitus tuus. Tu pecuniose, nū semel tantū te auaritia illufit? Tu luxuriose, quoties tibi mentita est concupiscentia? Ambitiose, nondū te docuit gloria fallendo, nunquam, quæ tibi pollicita est, perficiendo? Amor quicumq; erga creaturā fumus est excæcans. Ergo excutite illū de sinu vestro, vt videre possitis, q̄ recta sunt, & sciatis, quæ scire opus est. *N. lites fieri sicut equus & mulus, quib; non est intellectus.*

Psal. 31. 9.

Imò potius sitis audire digni, q̄ dicta sunt à

Psal. 21. 8.

Domino. *Intellectū tibi dabo, & instruā te in via hac qua gradieris. Firmabo super te oculos meos.* Et oculi tui recta videant. Difficile fumum istū amoris insani, lucem aspici-
 te. Moyses vt mirabile illud vidit quòd rubus arderet, & non combureretur dixit.

Pro. 4. 25.

Vadam, & videbo visionem hanc magnam. Sed audiens ibi esse Deū, abscondit faciem suā, non enim audebat aspiciere cōtra Deū. Opera Dei à longè stantes intueamur, fatagentes illa, quæ postumus discernere clarissimè, altiora scrutari omittentes. Sed heū, vbi Deus est, aspiciamus, nō vbi se Deus nobis manifestat, vultque cognosci; sed oculos nostros declinamus in terram; quæ amamus, attentius intuemur, ac propterea excæcatur. *Vadam, vadam ego, & videbo visionem.* Videte opera Domini & illuminamini, documentum sapientis attendite.

Exo. 2. 5 6.

Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Sicut amor mundi excæcat, ita per diuinam dilectionem illuminantur corda nostra. *Exortū est*

Exod. 3. 3

anīm in tenebris lumen rectū corde. Lumen inquam quod est, misericors & miserator Dominus, dans cscam timentibus se, pan-

Ec. 2. 10.

vitæ & intellectus; vt viuentes videamus, & videntes viuamus per lumen vitæ æternæ. Amen.

Psal. III. 4.

bonū,

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Proponitur pugna inter sapiētiam Christi, & malitiam hominū. Hortamur vt nos simus ex parte sapiētia. Duo assignantur ad hanc sapiētiam acquirendam, Fortitudo contrā hostes, & Oratio ad Deum. In morali inuitantur cæci ad oculos aperiendos.

BENE verum esse Prouerbiū illud Salomonis. *Sicut auis ad aliam trās suolans, & passer quòd libet vadens: sic maledictum frustū prolātū in quempiam superuenies: hodierna*

demonstrat Euangelij sacra, dulcis, & grauis historia vbi maligni homines, hostesque veritatis, ipsam Veritatem infestantes, absque delectu, quæcumq; inueniat illius siue authoris, siue amatoris, siue defensoris, hunc calumniis prosequuntur atque maledictis. Sic contra Christum aperuerunt os suum, dicentes. *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Nos*

scimus, quia hic homo peccator est. Sic de cæco, qui lumen à Christo receperat, scribit Ioannes. *Maledixerunt ergo ei, & dixerunt ei In peccatu natus es totus.* Sic generaliter. *Conspirauerunt Iudas, vt si quis eum confitetur esse Christum, extra Synagogā fieret.*

Æquè licentia vtuntur maligni ad maledicendum, atque volucres ad volandum cuique non parentes. At tandem quod idem scribit Salomon. *Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum, quoniam eorum insipientia & malitia cecidit super eos, & sicut stulti facti sunt, sic stultorum pœnam culerunt à veritate derelicti, & à salute.*

Hoc nobis documento esse debeat, vt pugnantibus inter se sapiētia, & malitia, ab illius parte stemus, quæ insuperabilis est; de qua sapiens. *Sapientiam non vincit malitia, & per illam in multitudine videtur bonum,*

bonū,

bonū,

bonū,

bonū,

bonū,

bonū,

bonū,

bonū,

bonū,

Sap. 8. 15 *bonus & in bello fortis.* Quod vt diligenti-
 us exequamur, spectem⁹ in huius histo-
 riæ campo. harum pugnam; & vt sumus in
 exercitu Sapientie, videamus quid à nobis
 præstandum sit. Pugnam videmus, quia
 Christus, qui est Sapientia Patris, lumen
 suū extendit, & diffundit ad illuminationē
 gentium, illuminās illum mirabiliter, qui
 natus fuerat cæcus, vt oculis videat, &
 corde intelligat; docet discipulos suos, &
 per vicus & plateas quarit, quibus se ostē-
 dat hilariter. Contra Pharisæi, quos eor-
 um materia excæcauit, rebelles lumini, &
 tenebras diligentes, sapientiæ aduersantur,
 vt eam de finibus suis excludant; quod ad
 eorum extremum cessit exterminium. Per
 Sapientiarum autem salui facti sunt quicumq;
 illam tenuerunt.

2. Vt verò notū sit nobis quid, vt stemus,
 à sapientia præstandum sit, huius pugnae
 primam inuestigemus causam, atq; prop-
 priam originem discernamus. Vbi primū
 supponimus id quod in omnibus euidentis
 est. In nobis videlicet esse intellectum, &
 voluntatem, quasi duos pedes animæ,
 quibus incedit illa, ad quodcumq; se con-
 uertit. Qua in via præcedit intellectus, viā
 ipsam præmonstrans, & sequitur voluntatis
 affectus pergens illam; & quamuis in-
 tellectus sit præcedere, sequi autē volun-
 tatis; voluntas ipsa tamen de plenitudine
 potestatis suæ, quocumq; voluerit, suo
 iussu vertit intellectū, stringitq; vt videat,
 ac iudicet ea solum, & sicut liberè decre-
 uerit ipsa voluntas. Ipsa enim dominatur
 in vniuersa terra ista, & ad natū eius mo-
 uetur omnia, quæ si peruersa fuerit, & ma-
 la, excæcat sua malitia oculū intellectus;
 si autem bona fuerit, & recta, verè cupida
 veritatis, cogit intellectum auertere oeu-
 los suos ne videant vanitatem. Si recta sit
 voluntas, intellectus directè aspiciens ver-
 itatē videt, & tunc ab eo ista rectitudo di-
 citur sapientia. Si obliqua voluntas sit, tor-
 quer & intellectum. Ex quo fit, vt motus
 ille rectus vtriusq; ab intellectu, qui præ-
 eedit, sapientia nominetur. Vbi verò per
 praua, & obliqua gradiuntur, cū princeps
 causa, sit voluntas, ab ea motus ille obli-
 quus dicatur concupiscētia; dicitur etiam

malitia, quod bonitati sit contrarius, quæ
 voluntatis est dispositio, siue operatio. Ver-
 itas autē dicitur, quando vtriusq; est re-
 ctitudo; eadē enim res est & veritas & sa-
 pientia. Vnde & vestitus, qui pect⁹ operie-
 bat in vestimentis Pontificalibus, Ratio-
 nale dicebatur. Videri poterat, q̄ capris
 ornamentū vbi residere videtur ratio, Ra-
 tionale dici deberet. At quoniā re-
 ctitudo illa etiā intellectus à voluntate potissimū
 pendet, quæ in corde suam habere residē-
 tiam & sedem cōmuniter æstimatur; pro-
 pterea pectosale illud, quod pectus ope-
 riebat, & ornabat, proprio, ac sibi à Deo
 imposito nomine vocatur Rationale. Ex
 his ergo sequitur, quod milites, qui in ex-
 exercitu sunt veritatis, natos habeant oculos
 ad lucem, & veritatem conspiciendā, cæ-
 ci verò sint omnes, qui in exercitu sunt
 malitiæ, & concupiscētiæ.

Christus ergo Sapientia Dei, homo no-
 bilis, veniens in regionem longinquam,
 accipere sibi regnū, studet, vt dominetur
 in medio inimicorum suorum, captiuos
 veritatis facere vniuersos, emittēs lucem,
 & veritatē, quæ illos deducat, & adducat
 in montē sanctum eius. Contra verò po-
 testas tenebrarum, ambulans in tenebris
 eum tenebrosis, & in vmbra mortis, co-
 natatur veritatem derurbare de sede sancta
 sua. Dicit ergo Iesus: *Me oportet operari ope-
 ra eius, qui misit me, donec dies est. Venit
 nox, quando nemo potest operari. Quamdiū
 sum in mundo, lux sum mundi.* Hoc autē di-
 xit ad interrogatiōē Discipulorum, quæ-
 rentiū de cæco. *Rabbi quis peccauit, hic, aut
 parentes eius, vt cæcus nasceretur?* Ergo pri-
 mum, quod nostrarū est partiū, si in exer-
 citu sapientiæ cupimus adaumerari, est
 simplex veri desiderii circa ea, quæ ad sa-
 lutē pertinent. Clamat. n. sapientia: *Tran-
 sate ad me omnes, qui concupiscitis me.*

Contra verò, aduersarij temporalia bo-
 na quarunt, quæ omnia sub vanitatis no-
 mine cōprehenduntur & concupiscētiæ.
 Hæc enim significauit Ioannes dicens: *1. Ioh. 2. 17.
 Mundus transit, & concupiscētia eius. Qui
 concupiscētia ducitur, in pugna succum-
 bit. Qui verò sequitur veritatem, victor
 euadit. Hoc nos docet primū bellū populi
 cum*

Exod. 28. 40

Luc. 19. 12.

Psal. 42. 3.

Eccl. 14.

26.

tium, & sancti sui exultent. Iidem & sancti sunt, & sacerdotes, qui propterea exultant, dum iustitia circumamiciuntur. Modici ergo non tædeat laboris illius, quem infert expoliatio. Regem tantum, qualis fuit Salomon, nõ pinguit à vino abstrahere carnem suam sapientiæ causa; & timor tuus, vbi timendũ non est, paucillũ laboris detreabit? Vt scias, quid vile sit hominibus, laboris causa negliges? Quot huius mundi sapientes, sapientiæ causa, in laboribus fuerunt à iuuentute sua vsq; ad senectam, & senũ, quæ tamẽ sapientia, vt erat de terra terrena erat, vana, inutilis, & tu ad veram sapientiam adipiscendam, qua cognoscitur, quid sit vile filii homini, ignauia veris, piger eris, & focors? Quin potius existimabis labores euitare, in cubili volutari, commodis vt atq; deliciis?

los tuos, & vide serpentem alium, illũ videlicet de quo Dominus. *Esote prudentes sicut serpentes*, considera vias laborantis, & discite sapientiam. Aspice in Christum, Dei sapientiam: considera vias eius, qui in labore, & ærumna pertransiit benefaciendo, vt non fatigeris animo tuo, vt non tædat te laboris, & itineris, quo illius vias considerantes, sequemur illum; sic aperientur oculi nostri; sic lumen recipiemus, sic erimus sapientes. Vix enim separantur visio, & operatio. Si Christum aspexeris laborantem, non eris otiosus. Sic Salomon iubet considerari vias formicæ ad imitandũ illam. Sic Dauid cecinit. *In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.* Ergo ij, quos tædet laboris & itineris non considerant vias Christi; qui positus tamen est pro signo, vt in eum continuè oculos intendamus. Serpens æneus est solidus, constans, qui iniurias solis & pluuiæ, & aëris, & noctis non timet, non patitur, non sentit, Constante perseuerat, qui sic sapiens est in veritate tuenda, vt cæcus illuminatus, non cedit falsis rationibus, & veris persecutionibus Pharisæorum. Atq; ita nõ extinguerur in nocte lucerna mulieris fortis, b quæ manum suam misit ad fortia, & c panem otiosa non comedit, vbi d lucerna impiorum extinguetur; e & perderur sapientia huius mundi, & prudentia prudentium reprobabitur.

SECVNDA PARS.

VT cum sapietia stemus, aduersus malitiam repugnantes, considerauimus duo ista, quibus homo fit sapiens, nempe desiderium, & laborem, & vt victoriam plenam referamus, superiores existentes in bello isto. Alia duo ad hoc necessaria nunc demum attendamus. Hæc verò sunt fortitudo, & oratio; illa ad hostes, hæc ad Deum. Hæc discimus à Iosue, de quo scriptũ est. *Fortis in bello Iesus Naue, qui fuit maximus in salutẽ electorum Dei, expugnare insurgentes hostes. Inuocauit Altissimum potentẽ in oppugnando inimicos undique, & audiuit illũ magnus, & sanctus Deus in saxu grandinu virtutis valde fortis.* Duo præstitit Iosue; pugnavit, & orauit. Duo itidẽ

Psa. 118. 15.
a Proa. 31. 18. b 19. c 27. d Proa. 24. 20. e 1. Cor. 13. 19.

Eccl. 46. 2.

Ccc cæcus

5. Scrutare scripturas, & audi. Iam cõpleto solitudinis itinere, negante Edom transitum populo per terram suam, coactus est illam circuire. *Et tædere cepit populum itineris & laboris, & murmurauit. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes.* Hæc plaga est, hæc mors, quam patiuntur inertes, qui recusant laborem, qui tædio afficiuntur in virtutis itinere. Quid serpens nisi calliditas? nisi prudentia? sed quia igniti erant propter exardescens venenum, prudentia illa, prudentia carnis, sapientia huius mundi, altutia diaboli. Nam *serpens callidior erat cunctis animalibus.* Nunc audi horũ pigrorum sapientiam. *Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias.* Sed quæ maior stultitia est, quàm ista sapientia? qd si hæc stultitia non est, neq; illa, ad quam hortatur sapiens, sapientia est. Et dicit ipse tamen. *Vade ad formicam, õ piger, & considera vias eius, & discite sapientiã, qua parat in æstate cibum sibi.* Si ergo sapientia est laborare dum tempus habemus, vt nobis necessaria suo tempore suppeditentur; summa stultitia pigritia est, quæ propterea stultissima est; quod sapientia pigro existimatur. Vis videre horum insipientiam, & cecitatem? Remedium attende. *Fac serpentem aneum, & pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum, viuet.* Aperi oculo
Tom. II. Belliniani.

proverbio antiquo dicitur. Ab impiis egredietur impietas. Omnia communia & frequentissima inter homines. *Dinas inuisit egi, & fremet: pauper autem laesus tacebit.* Occurrat ergo sapientia fortis, & æquo animo ferens illatas iniurias, & ab inferendis abstinens: quin magis de seipso vlciscatur homo, qui se peccasse cognoscit, vincens contra se in malo malum, & erga proximum in bono malum. Ita super omnia vincit cæcitas & sapientia omnium artificum, omnem habens virtutem attingit à fine usque ad finem, fortiter bellum disponit, insidias reuelat, frangit rationes, maledicta repellit, & tutatur illum, qui se illi commendauit. Ut dicere possit. *In conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me.* An non pauperem, qui fuerat cæcus, & expertus disciplina, sic induit virtute ex alto, deditque illi os, & sapientiam, ut illi resistere non possent omnes aduersarii eius: dedit & fortitudinem, qua omnia sustinuit.

9. Ratione demum propulsatur impetus malitiæ, quod cæcus sua adoratione designat. Nam audiens ab ipso Iesu, quod esset Filius Dei, *prociens adorauit eum.* Non valet natura seipsam superare: virtute opus est, quæ ut naturam superet, superior sit natura. Hanc tribuit ille solus, qui naturam creauit, ergo deprecandus est ut illam tribuat. Quapropter & ipsa sapientia, ut malitiam vincat, desuisum veniat oportet: alioqui sapientiæ quinã continens esse potest, nisi Deus det? *Propterea Salomon deprecatur.*

Sap. 9. 1. *Deus Patrum meorum, & Domine misericordia, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisi hominẽ: Da mihi sedium suarum.*

4. *Assisericem sapientiam. Mitte illam de caelis.*

10. *Sanctus tuus, ut mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te. Et deducet me in operibus meis sobriẽ.* Difficilis nimis est pugna hæc contra domesticum istum inimicum. Accedere oportet ad Deum, ut inuentam misericordiam in auxilio opportuno. Pugnat malitia, negotio perambulante in tenebris; luce superna opus est, ut illius insidia detegantur. Voluntaria propositio inordinati animi, quæ sua sunt querentis, fortiter se opponit sibi resistentibus,

cuiusmodi sunt mandata Dei, verbum Dei, vitales conceptiones: brachio Omnipotentis munnum esse oportet, qui impetum tam vehementem decernit deicere, cuius causa necessaria sunt preces ad Deum. Hæc duo sunt, quæ Salomon deprecatur. *Mecum sit, ut sciam, quid acceptum sit apud te; ad discutiedas tenebras, sciam, quid acceptum sit: ad repellendos contrarios impetus, mecum laboret.* Tunc deducet me in operibus meis sobriẽ. Vis videre difficultatem huius pugnae? Requiritus Balaam ut iret ad maledicendum populo, responsum habet à Domino, ut non vadat, quia populus benedictus est. *Instat secundò Rex Moab per nuncios. Ne cunctis venire ad me: paratus sum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi.* Assentitur Deus, ut vadat. Cur ita? ut nobis insinuaret quanta sit malitiæ vis, & auaritiæ quanta sit impulsio. Nam quod Deus noluisse, iam primo responso demonstraerat. Denique Angelus euntem voluit occidere. Si populus audisset, adiuuassem. Non audierunt: Dimisit eos secundum desideria cordis eorum. Dicit Deus in Psalmo. *O quam vchemens malitiæ impetus, ubi voluntas corrupta est, non facile superatur.* Pilatus ubi de veritate fuit questio, Christi innocentiam constanter declarauit, ubi ad interesse ventum est, ubi corrupta voluntas punitione sensit, cessit iustitia, malitia inualuit, & ad mortem Christus adiudicatus est. Hic labor adhibendus est, hic petenda sapientia, quæ nobiscum laboret. Heu! quot sunt, qui Dei voluntatem scire prætendunt: at ubi laborandum est pro illa implenda, subit pigritia, comòdum ingeritur, conuertitur intellectus ad voluntatis corruptionem, & aliter in fine iudicatur, atque in principio. Sic populus instanter rogat Ieremiã, ut à Deo intelligat quid illis facere conueniat, si videlicet in Ægyptum debeant descendere an manere in Terra, promittentes se facturos, quod Deus decreuisset. Audita veritate, nempe ut manerent, quia non erat ad votum illorum, illam respuunt, dicentes. *Mendacium tu loqueris: Ier. 43. non misit te Dominus Deus noster. O cæcitas proficiscens ex mala voluntate. O bellum malitiæ contra veritatem. O pralium*

Sap. 9. 10.

ingratum ab impetu concupiscentiæ, hic laborandum, hic clamandum: *Mitte sapientiam, ut mecū sit & mecum labores.*

11.

Ecc. 2. 3.

Salomonem iam audiuius, se abstinentem à vino, ut per sapientiam disceret quid esset vtile filiis hominum: propterea que eadem sapientia quæ indicat quid acceptum sit apud Deū, ostendit & quid vtile sit filiis hominum, ex quo conficitur, id Deo placere, q̄ homines iuuat, id Deo acceptum, quod hominibus est adiumento. Ergo Deo displicet, quod pereamus, offenditur, si nobis noceamus. O quæ cæcitas simul Deum offendere, & seipsum occidere! O malitia, quæ malū est, malignis. Peritit populus, quod noluit diuinæ voluntati, per Jeremiā sibi ostensa, liberè assentiri. Perierunt Pharisei, qui lucem illis de cæco illuminato oblatam reiecerunt, & in suo peccato mortui sunt. Perit quisq; sequens suas concupiscentias, quarum via tenebræ sunt, & lubricum. Et quanta difficultas per lubricum ambulare vbi non statur super pedes; & quis fructus laboris? casus, intentus: *Qui fodit foueam, incidit in eā; & qui voluit lapidem, reuertetur ad eū.*

Jerem. 4. 3.

Quid aliud est laborare, ut habeatur, quod concupiscitur, quam foueam fodere? quam lapidem volvere? Qui terrena quærit, & conatur ad se illa trahere, hic profectō foueā fodit, terrā de loco, vbi est, aliud transferens, & hic non est labor operosus: sed quid deinde in foueā cadit, quam fecit; ibi profertur, vnde terram sustulit. *Quoniā*

Prov. 6. 27.

cripiet Dominus pauperē de manu potentis, & vsurū & iniquitatem: & humiliabit calumniatorem. Quid est verò calumniatorem humiliari, nisi in foueam incidere, quam fecit? & quid facit aliud mundi cupidus, quā saxum volvere? sed reuertetur ad eū.

Psal. 71. 4.

Suo se labore corrumpet, offendet, vulnerabit, opprimet, conteret. Achan furatus de anathemate, quodnam sibi emolumentum comparauit? lapidatus est à populo. An saxum vnum tantum ad eum reuersum est: totus populus illum lapidauit. An Iudeorum Christo insidiantium, iam tandē insipientia non est manifesta? Num totus mundus contra illos non clamat? *Quis operis odium fraudulenter, reuelabitur malitia*

Ios. 7. 1.

is odium fraudulenter, reuelabitur malitia

15.

Prov. 16.

26.

is odium fraudulenter, reuelabitur malitia

eius in concilio. O concilium, o publicum, o multitudo & vniuersitas gentium. Reuelata est eorum malitia coram omnibus. Ergo *veritas omnia vincit.* Ergo lumen oculorum vtile est, & delectabile: Lucem ergo diligamus, quæramus, adipiscamur, ut luce tandem in cælis perfruamur æterna. Amen.

MORALE.

MIrum profectō est quod clamet Propheta. *Surdi audite.* Etenim si surdi sunt quomodo vocem possunt audire, quia illis, ut audiant, iubetur? sed nunquid non idem est de cæcis, quos itidem Propheta compellat pergens. Et cæci inueniuntur ad videndum. Quomodo enim ad videndum excitantur, nisi illis ostendendo, quæ prouocent, & moueant illos, ut videant quæ illis demonstrantur? At si cæci sint, quam ratione hæc mouentia, & prouocantia, ut ab eis prouocentur, & moueantur, conspiciantur? soluit dubium, & admirationē tollit Deus ibidem per eundem Prophetam subdens. *Qui curus nisi seruus meus? & quis surdus, nisi ad quem misi nuncios meos?* Surdi ergo sunt & cæci volentes, & voluntas ipsa surdos facit, & cæcos; qui neq; per se videant, quoniā cæci, neque ab aliis volunt illuminari: & propterea surdi. Porro voluntas tam sibi agglutinata est, tantum in eo, quod vult, delectatur, adeo sibi tribuit, ut ad sui exultationē pertinere arbitretur, quod liberè velit, q̄ vult, non ratione arctata, non lumine directā, non cuiuscunq; ducatu, aut nutu quasi gestata: & propterea quidquid ab illa alienū est respuit. Quid ergo? nulla erit horum salutis spes? sic dimittentur in suis adinventionibus ambulare, ut eos reuocari sit impossibile? Huiusmodi hi de populo videbantur, qui spōte sua sic à Deo recederent, ut non præterea vellent esse populus Dei, sed inter gentes, & cum gentibus computari. *Dixi tamen illis Deus Eccl. 10. Nequaquā ita erit, sed subiciam vos scepro 37. meo, & inducam in vinculis fœderis subiecti eris scepro, vinculis ligati, ut non ad libertū vestrū viuere valeatis, o vtinā vox ista clementis Dei ad nos vsque pertineat! Id præstitit*

32. *praestitit Deus Dixerat populus. Erimus sicut Genes, & sicut cognationes terra, ut colamus ligna, & lapides. At ipse. Vivo ego, dicit Dominus Deus. quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. Hinc enim populum ipsum afflixit iuxta maledictiones illi inrentatas, donec diceret, ut est in Osea Propheta. Vadam, & revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis, quam nunc. Hinc Regna captiuitatis flagellabat, sicut fecerat cum Aegypto, ut liberos dimitterent illos, & redirent in terram suam, ubi Dominum adorarent in templo, & se confiterentur populum Dei excelsi. & vti nam tandem surdis nostri temporis, caecis, qui nunc viuunt, haec eadem contingant, ut quoquo modo ducantur ad caenam Agni prouidi, & si non aliter, vel compellantur.*

13. *Sed ego non seruus ille sum, ad quem sermo Dei factus est. Exi cito in vias, & sepes, & compelle intrare? Nuncius sum qui verba referat, qui rationes proponat, qui exhortetur, partes meae sunt clamare; sur-*

14. 18. *di audite, & caci intuemini ad videndum. Vos ergo audite verbum Domini Paralytico dixit Dominus. Vis sanus fieri. caco nihil dixit: sed lutum fecit ex spuro, & liniuit oculos eius. Qui sic se liniri permisit, consentit. iussus vadit ad natatoria Siloë, & lauat: obtemperauit, assensit ergo. excitatus credidit, iussus obediuit, credens & obediens illuminatus est, confessus est; & probatus, fidelis inuentus est. O caece, veni, & caecis istis ducatum praesta. Non illum compello, cui Christus dixit. Pharisae caece, munda prius quod intus, ut fiat. & quod de foris est mundum. Illu compello, qui mundus corde, vidit Deum, & illuminatus oculo vidit Christum, & illuminatus oculo vidit Christum; cui propterea ipse Christus dixit de se. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Hunc, qui fuerat caecus, & nunc illuminatus habet oculos cordis sui, sequimini eum quocumque ierit, quidquid dixerit, & fecerit. Hoc vnum modo vobis propono. Lutum suscepit a Christo impositum: lutum hoc accipite & vos. Quod verò lutum? aut quid lutum? Eritne cuiquam ambigendi locus,*

quia spurum, quod exiit de ore Altissimi, ut sapientia; qua dixit aliquando. Ego ex ore Altissimi proditus primogenita? est ergo salua sapientia Terra verò si quid sit, ignoras, audi loquentem Dominum cum Nicodemus, & dicentem. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixerero vobis caelestia, credetis? An non caelestia. a Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est. Ego & Pater vnum sumus. b Quem Pater sancti. c A me ipso facio nihil d Pater in me manens ipse facit opera. ergo terrena ista sunt. e Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre Regnum Dei. f Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex spiritu, spiritus est. g Spiritus ubi vult spirat & vo. em eius audis, sed nescis unde veniat, aut quò vadat. Haec tamen quamuis terrena, Dei sapientia plena erant. Vnde cum admiratione dicit illi Dominus, eò quòd non intelligeret illa. Tu es magister in Israel, & haec ignoras? Rationes itaque & similitudines ab his inferioribus sumptae lutum sunt.

O Domine, veni, & denuò fac lutum, quod ponatur super oculos caecorum istorum. Surri audite caci intuemini ad videndum Lumen oculorum eiusmodi est, ut omnibus placeat, ab omnibus appetatur; sine quo non videtur, quòd homo valeat gaudere. Vnde & sanctus ille vir ad salutantem Angelum dixit. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen caeli non video? Rebelle in populo renuentes accedere ad Moysen, dixerunt. Non venimus Nunquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra, qua lacte, & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? Re vera eduxisti nos in terram, qua fuit riuus lactis & mellis & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum, an & oculos nostros vult eruere? Verba ista non ostendunt quantum aestimentur, quantum diligantur oculi; quando post tot damna, qua sibi a Moysen praetendunt illata, addunt & oculorum huius capituli nostri tam sunt in pretio, ut ceteris multis ac magnis bonis praeferrantur. Per Deum immortalem non plaris faciunt homines mentis oculos? cernere, &

discernere ratione? ò lutum, ò ratio diuinæ sapientiæ à terra desumpta, aperi oculos cæcorum, qui lumen veritatis despiciunt, qui, quoniam non despiciunt, despiciunt. Si pretiosior est spiritus, quam corpus, nonne & oculi illius sunt supra oculos huius? sic oculi isti exteriores habentur in pretio, ut vitæ isti temporali comparentur, & de charis, qui moriuntur, dicimus, quod claudimus oculos eorum, & quod morientes claudunt oculos. Ita & vita vera, & felix cum lumine vadit viuentis animæ nostræ, quæ ideo dicitur lumen vitæ. Morientis diligimus vitam; & vitam non diligimus animæ immortalis. lumen deficiens charum est nobis; & vile erit in oculis nostris lumen indeficiens? claudetur aliquando oculi corporis nostri, recedente ab eis anima, quæ est lumen excellentius. At oculi, qui luce gratiæ fruuntur, quæ est lux perpetua, tunc magis aperiuntur; & hos tu despicias, & illos suspicias? Quid videbis in lumine isto, nisi vilia in terra, longinqua in cælo, omnia creata, limitata, transeuntia? quid videbunt mentis

Matt. 5. 8. oculi, si mundi sint, & lucidi? Ipsi Deum videbunt creatorem cæli & terræ, qui lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Concupiscentia oculorum transiit, consilientia oculorum cordis permanet in sæculum sæculi. & adhuc quod perditur vis tenere; quod non perditur, non studeas retinere? sit delectabile videre solem, quanta erit delectatio videre Deum? O homines, quos oculos cum brutis communes habetis, propensè amatis; ij verò, per quos brutis estis superiores, & illis dominamini nullum habent locum in corde vestro? quid dicam? Anima, amas oculos corporis & non amas tuos ipsos? Amas, unde deciperis, & turbaris; & unde saluaris, & gaudes, non amas? oculos diligis illos, qui te saepe de tua dignitate deturbant, trahunt ad vilissima, torquent, lacerant, & loco consistere non permittunt; & lucem illam tuam ipsius non diligis, quæ te spectatissimam reddat clarissimam, amplissimam, ornatissimam? Pergamne, & in hoc luto cæcorum oculis adiuuendo, complebo sermones meos? Deficiet me tempus enarrantem, quanta mala cæcitas, quantum bonorum afferat lux. Claudatur iudicium, ferat sapientissimus

sententiam, utrunque bonum lux animæ, visio corporis. Sapientia illa est, hæc lux eterna in sententia. Est enim hæc (nempe sapientia) speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox: facta-30. sapientiam autem non vincit malitia.

Sic stat sententia pro natura vtriusque; & dignitate. At si sequentia aduertas, quæ mala non sequuntur lucem hanc oculorum? Potest enim pulchrum visu, oculos afficiens prima mulieris, nunquid non mortis omnium fons fuit, qui in omnium malorum aquas plurimas abundauit? quid diluuium induxit super omnem terram, nonne lux oculorum ista? *ex hoc enim quod viderunt filii hominum, corrupta est omnis caro, & repleta est terra iniquitate, propter quam venit cataclysmus.* ait enim sapiens. *Propter iniquos factus est cataclysmus.* Et ut singulares taceam calamitates, quas oculi profuderunt, hoc vnum dicam, quod ex tribus malis, quæ inundant mundum vniuersum, vnum est concupiscentia oculorum. *Sed & concupiscentia carnis, oculos sequitur: ut exitus 16, infelix Davidis demonstrat euidenter. Et ille idem in Psalmo canens. Superbo oculo, & in satiabili corde, cum hoc non edebam. Psal. 103. Non ostendit superbiam in oculis residue. Isai. 2. sublimis hominibus humiliati sunt.* Ergo cœtus mundi malignitas oculis tribuitur à Verbo Dei. At de sapientia, ut vno verbo omnia complectar, ait sapiens. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius: Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vili sunt participes facti sunt amicitia Dei. Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Etiamne ergo his stantibus, sic erunt homines stulti, & hostes animæ suæ, ut ne quidem cogitent de luce ista splendida mentis, sed in tenebris conticeant, conquelescant; & hanc dicant esse partem suam, ut epulentur & exulent in rebus seculi; & re ipsa dicant. Omnia qua desiderauerunt oculi mei, non negaui eis.* O lutum sacrum, ò verbum DEI, ò rationes palpabiles de terra cum spuro sapientiæ Dei confectas, vbi est forti-

fortitudo vestra: vbi virtus: vbi potentia ad illuminationem cęcorum? Iam tandem opera vestra aperiantur oculi cęcorum, vt videant, & intelligant, & fiantur, & saluentur, adeo vt demum videant in æternam gloriam Dei, visi in claritate, & charitate perpetua. Amen.

FERIA II. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Quis vestrum cogitans potest adiciere ad staturam suam cubitum vnum. *Matth. 6.*

ARGUMENTVM.

Proponuntur due sollicitudines, cęlestis & terrena. In Deo reponenda spes nostra. Afferuntur rationes nos impellentes ad hoc. Alię rationes nos moventes ad sollicitudinem cęlestiū amplexandam.

1 **S**I non est minoris dignitatis nunc Christianus quilibet, quam fuerit iam olim in veteri lege sacerdos, quandoquidem populus Christianus est sacerdotium regale, & gens sancta, vt ait Princeps Apostolorū Petrus: *1. Pet. 2. 9.* Profectō nihil minus distindere de Dei pro-
Nū. 18. 20. uidentia debet, quam tunc sacerdotibus
Deut. 18. 1. iubeatur a Deo, qui partem non essent in
1. Cor. 13. reliquis tribus habituri, sed de primitiis,
14. & Deo oblati, quasi de mensa Domini victuri. Id quod sapiens in laudibus Aaron ita recenset. *Ec. 45. 26.* Panem ipsi in primū parauit in
1. Pet. 1. 7. facietatem: nam & sacrificia Domini edent, qua dedit illi, & semini eius. Caterū in terra gentes non hereditabit, & pars non est illi in gente: ipse enim est pars eius, & hereditas. Quapropter idem Sanctus Apostolus Petrus ita & hortatur, & iubet. *Omnes sollicitudines vestras proicietes in eum, quoniam vniuersa cura est de vobis.* Hoc itaque est, quod hodie nos docet Dominus, dicens.

Quis vestrum cogitans potest adiciere ad staturam suam cubitum vnum? & de vestimento quid solliciti estis? Vbi de duabus sollicitudinibus propositis, vnam tollit, alteram iubet. De prima. *Nolite solliciti esse dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus? aut quo operiemur?* De secunda verò. *Quæritū primum Regnum Dei, & iustitiam eius.* Primam considerantes, duo attende-

Disiſſo.

mus. Alterum sunt rationes illam remouentes sollicitudinem. Alterum est corollarium, (quod dicunt) documentum videlicet, de non curandis superfluis.

Rationes ponderantes, quibus a mala illa sollicitudine deterremur; primū aduertimus; quod non frustra Christus huic iussioni, atque consilio rationes adhibuit, verbis præceptoris non contentus, aut exhortatoris. Ita enim quam cupiat nos esse sollicitudine ista solutos notū facit omnibus, dum iussioni adiicit rationes, easq; multas, & admodum præstantes, & efficaces; vt verè qui, quod eiusmodi suadetur rationibus, id non præstat, is se ratione vacuū, & mente alienum declaret. Propterea tam frequens in scripturis est, ac siq; sultorum accusatio, & reprehensio, quod a ratione deuiant maxime, illiq; aduersentur; quorum redargutio eiusmodi quam id displiceat Deo, euidenter manifestat; & consequenti rationibus istis Christus innuit, quā a ratione procul sit, qui sollicitudine ista mala laborat; quantō enim rationi consonum est de temporalibus non cogitare, tantō qui cogitat, rationi aduersatur. Deniq; & fragilitati nostrę subsidium dignanter adaptat. Tam est vnicuiq; cordi vita ista natura; vt pendens iugiter videatur ante oculos nostros, & illi vnde quaq; timeamus. Inde populi murmuraciones in deserto, Non sunt aquę: deest panis, *Num. 21. 5.* duxistis nos in desertum istud, vt occideretis *Exod. 16. 3.* omnem multitudinem fame? Indē communis hominum sollicitudo, sedulitasque in prospiciendis vitę necessariis. Vidit hanc nostram infirmitatem Christus, compassus est, prospicit, vt par est. Ideo non videmus cōtra populum, super necessariorū ad vitam defectū murmurantem, irasci Deū. Murmurat videns Pharaonē se persequen-
 tem &

- tem & clamat: *Forſitã non erant ſepulchra, idẽd tulifti nos vt moreremur in ſolitudine.*
13. Sed quid Moyſes? *Noliſe timere, ſtate, & videte magnalia Domini, qua facturus eſt hodie.* Incidens in aquas amaras, quæ bibi non poterant, *murmuravit populus contra*
- Exod. 15. *Moyſen, dicens: Quid bibemus? At ille clauſit manuſ ad Dominum, qui oſtendit ei lignũ, quod cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem*
- Exod. 16. 2. *verſa ſunt.* Rurſus murmuravit pro defectu cibi. *Et ait Dominus ad Moyſen: Ecce ego pluam vobis panes de celo.* Rurſus iurgatus cõtra Moyſen, ait: *Da nobis aquas, vt bibamus, cur feciſti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, & iumentis?*
1. *ſatiſ?* Neque hiſ tamen irſcitur Deus contra populum, ſed educit illi aquam de petra. Irſcitur magis contra Moyſen, & Aaron, quõd increduli fuerint voci Domini. At verõ quandõ carnes concupierunt non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem, ira Dei aſcendit ſuper eos.
- Num. 11. 33. *Quandõ fecerunt vitulum, & adorauerunt, indignatus voluit illos perdere. Itidem quandõ terræ detraxerunt, & quandõ iuſticiam damnauerunt exercitum aduerſus Chore, & ſocios eius. Primam autem Dei contrã populum indignationem inuenio in ſcripturis fuiſſe propter eſcam. Quandõ non obſeruantes ſabbatum exierunt de populo, vt manna colligerent, dixit Dominus ad Moyſen. Vſquequo non vultis cuſtodire mandata mea, & legem meam?*
- Ex. 16. 28. *Sed quandõ carnum deſiderio flagrauit dicẽs: Quid dabit nobis carnes ad veſcendũ: verbis indignationis opus adiecit punitionis: imo neque verba ibi audimus indignationis ſed opus intuemur; dicẽte ſcriptura. Adhuc carnes erant in dentibus eorum: nec deſecerat huiuſcemodi cibus. Et ecce furor Domini concitatus in populũ percuffit cum plaga magna nimis. Ergõ vbi de vita agitur, ſi aliqua interueniat ſollicitudo, patiens eſt Deus & multæ miſericordia. At vbi voluptas impellit ad tentãdum Deũ, & veluti coactõ Deus, ne impotens videatur, carnes puidet, ibi concitatõ furor eius percutit illos plaga magna nimis. Propterea ergõ Chriſtus veluti noſtrę imbecillitati compatiens, rationibus rationẽ*

ſedat, quæ ſenſum deniq; compeſcat. Hoc tamen tolerabile fuit præciſis illis hominibus, qui per has tentationes, & prouifiones erudiebantur. Sed quod nobis id accidat, qui ad cœleſtia vocamur, res videretur intolerabilis, & eo magiſi non ad neceſſaria modõ ſollicitudo noſtra protenditur, ſed ad ea, quibus corruptus, & inſatiabilis ſenſus oblectetur. Vnde & populo carnes petente, & ſiente, intoleranda res viſa eſt.

Aures ergõ mentis ad has rationes ad moueamus, & aperiamus. *Quis veſtrum (inquit Dominus) cogitans poteſt adicere ad ſaturam ſuam cubitum vnum? Vbi ex tribus capitibus damnatur ſollicitudo; ex eius origine, ex eius natura, & ex eius effectu. Origo illius eſt modica fides: natura, vanitas: effectus, priuatio maioris boni. De origine dicit Dominus. Si ſanum agri Deus ſic veſtit; quanto magis vos modica fidei? De vanitate? Reſpicite volatilia caeli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neq; congregant in horrea, & Pater veſter cœleſtis paſcit illa: quanto magis vos pluriſ eſtis illis? De effectu. Quarite ergo primũ regnum Dei, & iuſticiam eius. Duo prima, origo, videlicet, & natura, ſe mutuo ad eõ cõplectuntur, vt vnum alterum comitetur, & ex vno alterum inferatur. Si enim Pater noſter cœleſtis noſtram nouit indigentiam, & paſcit volatilia caeli, & veſtit ſenum agri, dubitandum non eſt quin & filiis ſuis prouideat. Qui hoc non credit, modicæ fidei eſt, qui non credens, ſibi ſollicitus eſt, in vanum laborat, quandõ abſq; ſollicitudine illa, atque labore illi proſpiceretur à Deo. Qui ergõ in vanum laborauerunt, nõ crediderunt in Deum Patrem omnipotentẽ, quantum credere iubentur. Et quoniam non crediderunt, rectẽ laborauerunt vanẽ. Rationem igitur expendamus ab origine ſumptam malæ ſollicitudinis. Qui bene conſiderat conſilium Dei in educendo populo de Ægypto, & per deſertum deducendo, atq; in promiſſam terram reducendo, videbit hoc maximẽ Deum intendiſſe, vt Dei ipſius prouidentia; ac fidei populus ſe committeret, quem propterea nutu ſuo ad ſalutem eius regeret. Vnde tota pugna fuit in hoc, quod diſſidentes ipſi*

de diu-

Gen. 1. 19. tueri, qui dedit. Nam qui prius non potest, neque posterus. Vnde vixisset homo, nisi creator illius mensam apposuisset: dicens. *Eccè dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram. & vnuerſa ligna, quæ habent in ſemetiſſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam. & cunctis animantibus.* Quod haberent & herbæ, & ligna ſementis generis ſui, hoc in loco expreſſum eſt, vt nobis eſt teſtatiſſimum, nunquã defuturos cibos, quibus vitam tueremur, vt ſic a nobis ſolicitudo adimeret: & a Deo, qui aperit manũ ſuam, & dat eſcam omni carni, iugiter vita noſtra p̄dens eſſet. Neque hoc Deus in noſtris dimiſit manibus, ne forte quis noſtrum dicere auderet. Manus noſtra hæc eſt, Deus, & non Dominus dedit hæc omnia. Neque verò propterea quod nunc opera noſtra indigemus, in ſudore vultus veſcetes pane noſtro. ideo fortiores ſumus. Nimirum, plantet ille, riget ille, alius colat: Solus eſt, qui germinare facit, & incrementum dat Deus, qui fecit, vt eſſent omnia, ea portans in fortitudine brachij ſui. Alioqui inueniatur homo, qui valeat ſua manu vel modicum quid panis, aut obſonij, non ex eo, quod dat Deus, eſtingere, aut eſſormare? Stat itaque in hoc ratio: ſi in eo, quod ad creationem attinet, nihil vales, vt poſſis ad ſtaturam tuam adijcere cubitum vnum, aut vnum capillum album facere, aut nigrũ: profectò quod ad conſeruationem attinet, non erit litum in eua poteſtate. Ergò ſi laboras, in vanũ laboras, ſi ſolicitus es de eſca, de potu, de veſtitiu, vana eſt ſolicitudo tua: ſi curã habes de tui ſuſtentatione, eſt tua cura ſuperflua.

Mat. 10. 2.

Mat. 21. 34

Pſal. 126. 1

At dicis tu. Cur mittit Pater familias operarios in vineam ſuam: cur mittit ſeruos ſuos ad agricolas, vt accipiant de fructu eius? bene. Sed, *Niſi Dominus adificauerit domum, in vanũ laborauerunt, qui adificãt eam. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.* Ipſe edificat, ipſe cuſtodit, ipſe inſtaurat, ipſe reſtaurat, ipſe dat, ipſe tueretur. Opera quidem noſtra neceſſaria eſt non ob aliud, niſi quoniam qui terram facit germinare, idem dat laſſõ virtutem, & operantium cõfortat manus.

1. Cor. 2. 6. Omnis enim noſtra ſufficiẽtia ex Deo eſt:

propterea quod ſine ipſo factum eſt nihil. Dices ergò. Hoc ſcio; hoc noui. Laboro, vt miniſter Chriſti, præceptũ illud ſuſcipiens. Qui non laborat, non manducat. Bene; ſi manus admoues, nõ apponas cor; labore corpi, quieſcat mēs. Hoc petit Chriſtus, hoc præcipit. Quod ſi plus quam iuſtus es laboras, nõ iam vt Chriſti miniſter, ſed vt ſolicitus ex te ipſo fatigaris. Metiendus ergò labor meſura præcepti. Quodẽunque meſuram excedit, ſuperfluum eſt, vanum eſt.

Ex parte prouidentis Patris vanitas rufus apparet humanæ ſolicitudo. In vanũ laboraſſet ad ſuggeſtionem Satanæ Dominus Ieſus, faciens, vt lapides panes fierent. Quandoquidẽ Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant. In vanũ laboraſſet populus colligens manna in die ſabbati, quandoquidẽ præcedenti die duplices cibos collegiſſet. In vanum laboraſſet colligens plus, quam ſufficeret ad vnum diem. Nam qui plus non abundauit (inquam Apoſtolus.) In vanum laboraſſet ſeruans manna ad ſequentem diem, nam ſcatebat vermibus, quandoquidẽ per ſingulos dies nouum manna deſcendebat in caſtra. In vanũ laboraſſet Baalã aſinam percutiens, obſiſtente illi Angelo. O ſi poſſet aſinus iſte corporis noſtri ſuas querelas emittere, inimiũ diceret anime, fruſtra conanti. *Quid feci tibi? cur percuiſi mercede iã torſi.* Totus labor, omnis conatus Balaam ex auaritia proficiſcebatur. Iam audierat Dei iuſſionem, & intentionem, vt non irer, vcluit tamen auctus cupiditate, iter arripere; q; poſt modum permiſit Deus, animũ ſtringens, corpus dimittens, irritũ faciens omnem eius conatũ. Vis laborare, quieti impatiens, iã Chriſtus prohibuit; ſed ſi pertinax es, dimittit te ſecundũ deſideria cordis tui; deſideria peribunt, ſicut Balaã pro maledictione benedixit; itã in contrariũ cadent cõſilia cordis tui. Atque itã labor verus, vanus conatus. Et carnis afflictionẽ ſequetur & cõmitabitur afflictio ſpiritus. In negotio illo Balac Regis, & Balaam Artoli, quod erat ad exitũ populi, nõ opus fuit populo, ſe defendere. Deus ipſe protexit. Sat fuit populo diuinam proteccionẽ promereri, quod

Mat. 6. 25. Ne ergo solliciti sitis etiam anima vestra quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.

SECUNDA PARS.

AVana ad necessariam sollicitudinem transituri, consideremus primum, quomodo istae duae sunt inter se oppositae. Secundò, quae sit necessaria. Tertio, quare ista sit habenda. Quòd verò oppositae sint istae duae sollicitudines, vana & necessaria, ut non possit in se mens humana utramque suscipere; ut probaret Domi-

Mat. 6. 24. nus, supra iam dixerat: *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum sustinebit, & alterum contemnet.* Nam qui veras diuitias amat & expectat, (hoc quippè est sustinere) fallas fallacesque contemnit. Ac propterea reiecta superflua sollicitudine, vtilem ingerit & necessariam, dicens: *Quarite ergò primum regnum Dei, & iustitiam eius.* Nam qui vana sollicitudine tenetur, hic nimirum necessaria abiicit, quoniam Deum ipsum respuit, suaque diuitias. Sic docet Aposto-

1. Cor. 7. 32. lus: *Volo (inquit) vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quia Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quia sunt mundi, quomodo placeat uxori.* Vides apertam contrarietatem inter hanc & illam sollicitudinem; Ut benè dixerit Dominus. *Sollicitudo huius saeculi, & fallacia diuitiarum,*

Matth. 13. 22. *suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus visa cunctes suffocantur, & non referunt fructum.* Sic patet harum oppositio.

10. Ut verò clarius intelligamus, quae sit necessaria sollicitudo, quòd erat considerandum, quaramus, quid sit, quærere Regnum Dei, & iustitiam eius. Vbi tria verba discutienda sunt. *Quærere,* Regnum Dei, iustitiam eius. Sollicitudinem notans Dominus tribus vsus est nominibus, quae sunt Sollicitudo: *Nolite solliciti esse.* Cogitatio. *Qui vestrum cogitans.* Inquisitio. *Hae anim omnia gentes inquirunt.* Quibus eandem rem videtur significare, quae tamen propius quiddam singulare significat.

Sollicitudo enim, quandam animi voluntariam propensionem, quam sapiens vocat anxietatem, dicens: *Noli anxius esse in diuitiis.* Est enim ardens desiderium cum timore coniunctum, ne forte non impletur: propter quod homo, ut illud consequatur, omnia tentat. Hinc sequitur cogitatio assidua, versans vniuersa, quibus quod cupit, assequatur. Accedit quæritio demum, quae internae anxietati, & cogitationi addit & laborem. Vnde Christus à volatilibus & liliis sollicitudinem remouens de illis dicit. *Non serunt neque metunt, neque congregant in horrea.* De istis verò: *Non laborant, neque uent.* Ergò totus homo, totaque anima in hanc rem intendit, toto corde voluuntatis desiderantis, tota mente rationis cogitantis, totis viribus corporis laborantis: quibus singulis plus laborat, vel minus homo, ut maior, aut minor est sollicitudo. *Quærere ergò regnum Dei, est illud desiderare cum ardore, de illo cogitare cum timore, pro illo laborare cum seruore.* Et hoc totum ad mensuram tanti boni, ut eius summa excellentia ab homine petat summam diligentiam. Ideò *assimilatur Regnum caelorum homini, quærenti bonas margaritas, qui inuenta vna pretiosa, dat pro illa vniuersa quae habet.* Et homini, qui pro thesauro inuento in agro, omnia sua dispendit. Et quid tam contrarium temporali sollicitudini quam vniuersa distrahere propter Regnum Dei? Propter hoc igitur illa summo opere reicienda est. Per Regnum Dei hoc loco intelligi manifestum est, salutem æternam, pro qua meritò sollicitatur homo; quandoquidem omnis conatus, omnis labor non ster, totaque nostra vita illi debet applicari. Iustitia demum, quae est iustitia Dei, id totum est, quo ad regnum æternum peruenimus, quam breuiter Christus in obseruatione mandatorum comprehendit, dicens: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Iustitiam nominat, ut intelligamus tantum bonum, quod est Regnum Dei ab eo, qui non est iustus, apprehendi non posse. Regna mundi Satanas illi pollicebatur, qui se adorasset. Regnum Dei Deus iis pollicetur qui se adorant in spiritu, & veritate, atque

re, atq; illi soli seruiunt Et hæc est iustitia. Iustitia (inquam) Dei. Quoniam iustitia hominum quoq; inuenitur. Scriptum est enim, quod abierit quidam de populo ad Regem Antiochum, & dedit illi potestatem, ut facerent iustitiam gentium. Et Apostolus: Suam quærentes iustitiam statuere, iustitia Dei non sunt subiecti. Si Regnum est Dei, Dei quoq; iustitia ad illud requiritur adipiscendum. O qui, conscientiam regularis secundum vestras humanas cogitationes, regnū quoq; vobis comparare, quod vestra hac iustitia acquiratis. Regnū suum Deus iustis suis dat. Vide illos, qui propria iustitia sibi regnum acquirere moluntur. Hi sunt qui dicunt. *Sit fortitudo nostra lex iustitia. Quod enim infirmum est, inutile inuenitur.* Hi sunt viri Belial, id est sine iugo, qui proprio iudicio ducuntur, illud verò concupiscentiam sequitur: ex quo fit vt id solum iustum reputet, quod sibi placet, & mala omnia exequantur, vt suppetunt vires, de quibus sapiens alius. *Si ab imbecillitate virium vetetur peccare, sinuenerit tempus malefacendi, malefaciet.* Dimissa ergò humana iustitia, diuinā, qui Regnum Dei vult, apprehendat. Si enim filij huius seculi pro temporalibus laborant; cur non magis Christi fideles, pro æternis laborent?

11. Nūc igitur transeamus, nempe ad rationem sanctæ sollicitudinis. Hanc vt clarius intelligamus, statuendum in primis est, quòd non debet homo quasi casu viuere atq; versari, occasiones sequendo, & cogitationes suas nō vltra extendendo, quam ad præsentia. Quod maximè sapiens prohibet, dicens. *Non ventiletur in omnē ventum, & non eas in omnem viam.* Hoc enim brutorum est, quæ, vt fert occasio, quòd libet vertuntur, & vadunt. Rationales sumus nos; ratio nos dirigat, non casus, & occasio: quæ ratio sapientia ornanda est, ne, quasi paruuli, ac noui in mundo huc, illucque diuertamus, absque delectu. Idcirco Salomon finem ostendens suorum proverbiorum, quæ ex superna dictauit sapientia, dicit *Videtur paruulus astutus, a dolenti scientia, & intellectus.* Propter quod & alius sapiens se per mundū, vt in-

telligeretur, euagasse narrat, nō cum labore duntaxat, verum et cum periculo. *Multa (inquit) vidi errando (id est vagando) & plurimas verborum consuetudines. Aliquoties vsq; ad mortē periclitatus sum horū causa, sed liberatus sum gratia Dei.* Ecce quanti sapiens iste faciebat intelligentiā. Hæc verò potissimum futura p̄spicit, sine quib. non satis rectè præsentia disponuntur.

Secundò itaq; ab hac sapientia instructi, videmus, præsentibus hærendum nō esse, cum transeant iugiter, & se diligentes derelinquant. Cum verò iam præterierint præterita, nihil vltra reliquum est, cui adhæreamus, & quod sequamur, quam id q̄ in futurum seruatur. Ad ea ergò, quæ in futuro expectantur, nostra est cogitatio, studiumq; dirigendum. Quod suo exemplo nos docet Apostolus. *Quæ quidem reuero sunt (inquit) obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatum sequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.* Vbi vna docemur, quæ sint futura illa, ad quæ dirigendi sint oculi mentis nostræ, nempe bona cœlestia. Hæc enim, quòd stabilia sint, atq; immobilia, firmant animum nostrum, vt non eat in omnem viam, sed id, quod docet sapiens, impleat. *Esse firmus in via Domini, & in veritate sensus tui, & scientia.* Quam firmitatem perdit, qui mobilia sequitur, sicut Balaam, qui inconstans in omnibus viis suis, quòd vna ratione non poterat, alia tentabat, neq; ad destinatum, quod erat populo maledicere, potuit aliquando peruenire. Sic instabilia sunt omnia quæ in mundo sunt: quoniā mundus transit. Qui ergò illis hæret instabilis profusus est, non firmus in veritate sensus sui, sed fluens in vanitate mundi huius. Ad eò quod sanctus Tadeus hoc taxet sicut aquam effusos. *Va (inquit) illis, qui errore Balaam effusi sunt.* Est ergò firmus in via Domini, quærens Regnum Dei & iustitiam eius.

Hoc autè quàm, præter hæc causam, rationabile sit, hoc pacto sit manifestū. Duo enim cum sint, ad quæ se noster extendit affectus, temporalia, & æterna: nimirū nemo est, qui non arbitretur, & iuste iudicet p̄ponenda esse temporalibus æterna: iuxta quod

Eccl. 34. 12.

Phil. 3. 13i

Eccl. 1. 12. Num. 22. 5. & seq.

Iuda 11.

quod dicit Dominus. *Quarite ergo primum Regnū Dei*. Hoc qui presterit iā anxietate uarus est, & cura temporalium, dicente Veritate: *Et hæc omnia adiciuntur vobis*. Deus enim, qui cor humanum flagitat totum, nē diuidatur aut imminuatur, aditū ad illud his omnibus ocludit, quæ illius partē aliquam possent occupare. At hoc nō iustum videretur, si ad necessaria corporis cor esset adiciendum. *Nemo enim carnem suam odio habet, aut se iustē interimit*. Succurrit ergo Deus, huicq; necessitati, vt viuere valeamus, prospicit ipse per se, vt hac ratione & soli Deo seruiamus, & illi seruiētes vitam quoq; corporalē tueamur.

Ephes. 5. 26 Ergo quærentibus primum Regnū Dei, hæc omnia indubitanter adiciuntur. Et cum huius adiectionis, & suppeditionis certissimam a veritate habeamus repositionem, nostrum est in Domino, totum iactare cogitatum, omnem proicere sollicitudinem. Ita sollicitudinem ademit populo terræ obtinendæ promissionis, atque ex ea pellendo habitatores eius, vt in hoc solum essent solliciti, vt legem obseruarent. En populi dux Iosue de Gentibus illis: *Dominus Deus vester disperdet eos, & auferet à facie vestra, & possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est. Tantum confortamini, & solliciti estote, vt custodiatis cuncta, quæ scripta sunt in volumine legu Moysi, & non declinetis ab eis neq; ad dexteram, neque ad sinistram*. Et vide quam efficax sit ratio ista. Si corpus primum cures; & illius comparas detrimentum, & perdis Regnū celorum. Si queris primum Regnū Dei; & illud consequeris, & satis erit corpori quoq; prospectum. Prophetam igitur audiamus. *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te; utiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare coram Deo tuo*

Ios. 23. 5. Multæ quidem etiam aliæ rationes sunt, quare sit querendum Regnū Dei, quando illius excellētia trahere ad suā qualificationē, & curam cuiusq; mentem non sufficeret: Duas tamen istas nunc attendamus, quas tetigit Propheta, quod de eo sollicitari bonum sit, & quod Deus à nobis hanc expectat sollicitudinem. *Quid sit bonum* (inquit

Mich. 6. 8. *Mich. 6. 8.* *Mich. 6. 8.*

Mich. 6. 8. *Mich. 6. 8.* *Mich. 6. 8.*

Mich. 6. 8. *Mich. 6. 8.* *Mich. 6. 8.*

Et quid Deus requirat à te. Quas, quæso, breuiter expendamus: intra cancellos lectionis hodiernæ nos continentes: & ita inquirentes propter quid homo sollicitatur, dicens: *Quid manducabimus, aut quid bibem, aut quo operiemur?* Nulla certe res, quæ ad hoc illiciat, est, nisi bonū. Bonum (inquam) propter quod hominis bonum quarimus: in quo est conclusio bonorum omnium, quæ Deus creator fecit ab initio, quando creato homine, vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Quod si hac ratione bonum est prospicere homini; qui sua natura bonus est; quanto magis bonus erit, summum illi bonum quærere, & adipisci; Bonū illud paruum est, hoc magnū: illud non bonum est semper homini; hoc semper; Quin magis tameris cibus, potus, vestitus, bonum sunt, non illius tamen sollicitudo bona, sed mala est, sed inefficax, & vana interdum, aut semper. At hic & res quæ sita bona est, & bona valde, & sollicitudo illius bona, est nihilominus opus bonum, cogitatio bona, bona sollicitudo.

Vide quā patens, & rationis plena sit ratio ista. Alteram diximus ex Propheta esse hanc. Quid hoc à nobis requirat Deus. Quæris tu, Quarit Deus. Vter horum in querendo debet præualere? Nonne Deus, qui Deus est, qui querit bonum nostrum, qui aō decipitur in querendo, qui q; querit, inuenit, qui querit digna eo, vtilia homini, rationi cōsona, apta mundo, angelis grata. Tu autē quid quæris? indigna tuæ dignitatis, noxia tuæ vtilitati, ignota cordi, fugientia querentem, mentem obruentia. Sed si quæras, q; querit Deus, diuina erit quæsitio tua. Deus fecit hominē exterminabile, vt mors abesset ab illo & animæ & corporis. Qui cogitat de cibo & potu, videtur cum Deo consentire, quia comestio est ad vitam: sed si ob illam negligis vitam æternam, iam nō cum Deo facis, sed contra Deum. Idē vt verē inextremabilis sis, querit Deus, hoc autem perficietur, si sollicitus ambulaueris cum Deo tuo.

Sed deniq; ab ipsa nostra vana sollicitudine sumamus argumentum, cur querendū primum sit Regnū Dei. Quare sollicitus es de victu & vestitu? vt viuas, vt habeas vnde vitam

vitam tuearis. En compendiosa, en facilis, en certa via. *Quarite primum Regnum Dei & hac omnia adicientur vobis.* Longa est mundana prouiso, que nullo clauditur temporis termino, quæ ultra vitam istam temporalem sua longitudine producitur. Dicitur hoc diues ille, qui dicebat animæ suæ.

Luc. 12. 19. *Habes multa bona posita in annos plurimos.* & eadem nocte præcisa est velut à texente vita eius. Ergo annorum plurimorum prouiso, excessit vitam. At verò Regni celestis quæsitio, quando est æterni boni, ipsa autem cum hac vita finitur, breuis est ad bonum, quod quærit, sed & breui prospicit corpori.

Phil. 2. 14. Mox enim vt quis iustus est, sub cura Patris sui celestis constitutus est, cuius domestici abundant panibus, & nihil illis deest; quia non est inopia timentibus eum. Facilis est via ista, quia non tu laboras, vt adipiscaris, sed ab aliis adicientur tibi. Sed quantum laborant, qui temporalia curant? quid quæris? vt viuat corpus? vt quiescat? vt delectetur? At precedunt labores, molestiæ, tristitiæ. Et quia magnus est appetitus tuus, magnus, & immensus, & non habet finem; propterea dū quæris requiem, non inuenis; dum incoñmodis prouides, tu ipse tibi incoñmodas. & vt viuas, viuis infelicitè. Diligis ergo vitam? cupis dies videre bonos? concedo. Hæc est via, quærare primum Regnum Dei, & pro illo sollicitari. Moyses in itinere per desertum, vbi Deus solus ductor eius fuit, requisit cognatum suum dicens. *Noli nos relinquere. tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster, cumq; nobiscum veneris, quidquid optimum fecerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, habimus tibi.* An non satis erat, quod d. Dominus ductor eorum esset? An nõ

33. dicitur ibidem scriptura. *Arca fæderis Domini præcedebat eos per dies tres, prouidens castrorum locum? Vult quidem Dominus noster esse dux: ostendit viam, at sollicitudinem etiam nobis mandat, vt quod ostendit diligentius exequamur, vt scrutemur sedulo illius voluntatem. Ecce via demonstrata, atq; diligenter strata. Quarite primum Regnum Dei & insitiam eius, & hac omnia adicientur vobis.*

Quid ergo fugis laborem & piger? Pœna peccato à Deo, qui iustus est, decreta, labor est. *In sudore vultus tui vesceris panetuo.*

Quid hoc innuitur? panis ad vitam est: cõeditur, vt viuatur. Ergo in sudore viues, in labore deges atarè. Omnes peccauerunt, omnes laborabunt. Terrena ab iis solū sine labore possidentur, qui primum quærunt Regnum Dei. *Et hac omnia adicientur vobis.* Sed Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Voca operarios: & redde illis mercedem.* Si terrena cordi sunt vobis, pro iis quot, quantoq; suscipitis labores? *Hæc enim omnia gentes inquirunt: inquirunt cum anxietate, cū labore, cum dolore, litigantes, bellantes, opprimetes, patientes, & morietes quoq;.* Vna est via hos labores euitandi, quætere in primis Regnū Dei. Sollicitudo prorsus ad vitam hominis necessaria est: vel temporalium, vel æternorum optio tibi datur, vt scias reprobare malum, & eligere bonū. Sed multitudo cecorum ad id apponit manum, vbi multus labor, nullus fructus; vbi qui multū laborauerunt, in vanum laborauerunt. Nunquid & nos cæci sumus? tantus labor cum sit castus, cur ad laborandū festinatis? Populus in Ægypto si laborabat, hoc inuitus faciebat, plagis impositis abierunt ad opus luti, & lateris. At vos miseri sponte vestra vobis mutuo labores eripitis de manibus: labores manducatis: viuitis de labore: audite iam vocem Domini. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos id est requiem dabo vobis: & inuenietis requiem animabus vestris.* Si vis laborare, labora sicut bonus miles Christi. Adiuua illos qui laborauerunt in Euangelio Christi, qui ad salutem nostram fuerunt in laboribus plurimis.

Mat. 11. 12. *Violenti rapiunt illud.* *Voca operarios: & redde illis mercedem.* *Si terrena cordi sunt vobis, pro iis quot, quantoq; suscipitis labores? Hæc enim omnia gentes inquirunt: inquirunt cum anxietate, cū labore, cum dolore, litigantes, bellantes, opprimetes, patientes, & morietes quoq;.* Vna est via hos labores euitandi, quætere in primis Regnū Dei. Sollicitudo prorsus ad vitam hominis necessaria est: vel temporalium, vel æternorum optio tibi datur, vt scias reprobare malum, & eligere bonū. Sed multitudo cecorum ad id apponit manum, vbi multus labor, nullus fructus; vbi qui multū laborauerunt, in vanum laborauerunt. Nunquid & nos cæci sumus? tantus labor cum sit castus, cur ad laborandū festinatis? Populus in Ægypto si laborabat, hoc inuitus faciebat, plagis impositis abierunt ad opus luti, & lateris. At vos miseri sponte vestra vobis mutuo labores eripitis de manibus: labores manducatis: viuitis de labore: audite iam vocem Domini. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos id est requiem dabo vobis: & inuenietis requiem animabus vestris.* Si vis laborare, labora sicut bonus miles Christi. Adiuua illos qui laborauerunt in Euangelio Christi, qui ad salutem nostram fuerunt in laboribus plurimis.

Exod. 1. 12. *Populus in Ægypto si laborabat, hoc inuitus faciebat, plagis impositis abierunt ad opus luti, & lateris.* At vos miseri sponte vestra vobis mutuo labores eripitis de manibus: labores manducatis: viuitis de labore: audite iam vocem Domini. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos id est requiem dabo vobis: & inuenietis requiem animabus vestris.* Si vis laborare, labora sicut bonus miles Christi. Adiuua illos qui laborauerunt in Euangelio Christi, qui ad salutem nostram fuerunt in laboribus plurimis.

Mat. 11. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos id est requiem dabo vobis: & inuenietis requiem animabus vestris.* Si vis laborare, labora sicut bonus miles Christi. Adiuua illos qui laborauerunt in Euangelio Christi, qui ad salutem nostram fuerunt in laboribus plurimis.

Hæc ratio potissima, nos ad sanctum laborem impellat, quod alii laborauerunt, & nos in labores eorum introimus. Ipsi cura est de nobis. Ipsi boues fuerunt triturantes granum frumenti. O quantam sollicitudinē habuerunt Apostoli de salute nostra. *Præter ea, quæ extrinsecus sunt (inquit Apostolus) instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Docet ipse præfides animarum, vt solliciti sint, dicens. *Qui præest in solis-*

17 *Exhortatio.*

Gen. 3. 19.

Mat. 11. 12.

Mat. 10. 8.

Exod. 1. 12.

Ex. 5. 14.

Mat. 11. 28.

1. Tim. 2. 3.

18 *Ioan. 4. 38.*

1. Cor. 11. 18.

Rom. 12. 8.

- in sollicitudine. Non ergo ipse, cui à Christo datus est Præfularus, multò fuit magis sollicitus? & hoc vult nos scire, vt consolemur, & imitemur. Volo autem vos scire*
- Col. 2. 1.** *qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne, vt consolentur corda ipsorum. Ita aliorum sollicitudinem manifestat in eandem rem. Gratias ago Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi: quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus autem cum illo & fratrem nostrum, quem probauimus in multis saepe sollicitum esse, nunc autem multò sollicitiorem. Hoc faciebat Apostolus, vt fideles ad eandem sollicitudinem sollicitaret. Hinc ad Corinthios post monitiones. Non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestra charitatis ingenium bonum comprobans. Ita & sanctus Tadaeus per suam sollicitudinem excitat fideles ad bonorum sedulitatem.*
- 2. Cor. 8. 16.** *Omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute; necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel tradita sancti fidei. Cupienti videlicet scribere de salute vestra, opus fuit admonere vos, vt post habitam fidem certetis, vt eam bonis operibus confirmetis. Ecce sancti isti pro nobis solliciti fuerunt, & nos ipsi pro nobis erimus oscitantes? incuriosi? dormitantes? Moyse, populo recordationem facit de sollicitudine Dei super illum, vt eriperet de manu Balac, & Balaam, vt ira in lege custodienda esset ipse sollicitus.*
- Deut. 23. 4.** *Quàm illi fuerunt importuni, tam fuit ipse sollicitus; adeò quòd inauditam rem faceret, aperiens os asinae, vt intelligeret sacrilegus Balaam, quòd, qui mutuo animali loquelam dedisset humanam, & ariolo, atque idololatrae, poneret in os eius verba diuina, aduerteretque quantum Deo cordi erat, vt non illius populo ipse malediceret: quæ res illius scelestum conatum reprimere debuisset, quem saepe Deus ipse quoque deluisset. Heu quantam sollicitudinem erga Regnum Dei hæc omnia à nobis petunt. Custodi ergo remetipsum, & animam tuam sollicitè. Torum quod præten-*
- Num. 22. 28.**
- Deut. 4. 9.**

dimus, est ad custodiendos nosmetipsos. Si temporalia queris, hoc est ad custodiendam animam nostram, id est ad tuendam vitam nostram temporalem: si cœlestia, hoc est ad vitam æternam. Ergo custodi temetipsum sollicitè. Id quomodò prætabis: qui custodit animam suam, perdet eam, qui sollicitus est animæ suæ dicens. *Quid manducabimus? aut quid bibemus?* hic perdet eam. Qui verò odit, negligens terrena ista, hic in vitam æternam custodit eam. Odium istud custodit eam sollicitè; sic ergo custodiamus, vt illam recipiamus in vitam æternam. Amen.

CONCIO SECUNDA.

ARGUMENTVM.

Suadetur sollicitudo rerum cœlestium duabus potissimum de causis. Vna, vt in hac vita rerum temporalium copiam habeamus. Altera, vt in alia ditemur æternis. In morali optime demonstratur, in nullo alio quàm in Deo, spem nostram esse reponendam.

Facit hanc lectionem Euangelij, quod nobis hodiè proponitur ab Ecclesia, id, quod dicit Salomon. *Sapiens sibi videtur vir diues, pauper autem prudens scrutabitur eum.* Nam qui solliciti sunt de bonis terrenis, & coaceruant illa, plurimum in mundo sapientes reputantur; & ipsi, qui id efficiunt, sapientia se multa præditos arbitrantur. Tamen qui spiritus prudentia pollet, illa, quæ sic ab hominibus huius sæculi tantum fiunt, contemnit, abiicit, & altissimam paupertatem amplectatur. Hic & mentem diuicis scrutabitur, & rem: mentem quidem, propterea quòd spiritualis iudicat omnia, & ad nihilum deducitur in conspectu eius diues huiusmodi, ab eo stultus reputatus. Rem verò, quoniam nemo secure tractat substantiam huius mundi, nisi qui contemnit.

temnit. Et sic disponente Deo ad manum
tatum virorum deueniunt diuitum facultates, & diuitiarum. Et Dominus noster Iesus propter nos egenus factus, de huiusmodi diuitibus tulit sententiam, quod stulti sint.

Luc. 11. 20 Scilicet inquit hac nocte animam tuam repe-
sent à te. Et autu suo transfert de loco ad locum ista omnia bona mundi, *quæ omnia dedit ei pater in manus,* quæ in Euangelio promittit querentibus Regnum Dei, afferens quod hæc omnia adiciuntur illis. Quod ideo attentè audiamus, vt nobiscum sit sapientia ista, quæ desursum est.

2 Vbi ostensa sollicitudinis temporalis vanitate, deducit ex ea exhortatoriam conclusionem, dicens. *Quærite ergo primū Regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis.* In qua conclusione duo promittit, bona, videlicet, cælestia, & temporalia, quæ vtrorumq; promissio sequitur ex præcedentibus, quæ dicit de vana solitudine, quam taxauit veluti infirmam, quæ ad id, quod tendit, non peruenit. Dicens itaq; *Quærite ergo primū Regnum Dei.* Infert, quod qui sic querit, inuenit. Ergo querens Regnum Dei, illud suo tempore possidebit. Dicens verò, *Et hæc omnia adiciuntur vobis.* Apertè demonstrat, quod querentes Regnum Dei, etiam temporalia bona consequentur. Hæc illa duo sunt, quæ in prima benedictione Balaam Deus promissit Israël. Bona quidem cælestia, dum dicit Balaam.

Nam. 23. 10 *Moriatur anima mea morte iustorum, & sicut nouissima mea horū similia.* Nimirum bonum, quod morientibus promittitur, in alio sæculo habeatur necesse est: quod ideo erit perpetuum. Vnde Salomon. *In timore Dei esto tota die, quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferatur.* & rursus. *Comede filium, mel, quia bonum est,*

Pro. 23. 18

Pro. 24. 13 *& fauum dulcissimum gutturi tuo: sic &*

14. doctrina sapientia animæ tuæ: quam cum inuenieris, habebis in nouissimo spem, & spes tua non peribit. Ecce quomodo melli comparat sapientiam, melli in quantum bonum est, & dulce; quoniam rectum iudicium, & vera rerum cognitio suavis est, & hoc quidem in se, & in præsentibus, maxime autem futurorum causa, quia sapientes, qui præuident in futurum, quod sperant, consequentur.

Tom. II, Bellintani.

tur, illud nunquam amissuri. De bonis vero etiam temporalibus, quibus fruimur in hoc mundo, dicit Balaam. *Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Qui 10. dinumerare possit puluerem Iacob? & noscere numerum stirpis Israel?* Vbi duo ille repro-

mittit populo Dei: Alterum, quod erit segregatus a cæteris gentibus, solus ab illis locum habitans. Alterum, quod magnopere multiplicabitur, ita quod cætera omnes gentes neq; delere illum possint, neque diminuere. Ergo qui querunt Regnum Dei, cælestibus fruuntur, inuenientes quæ querunt, & temporalibus non egebunt ab ipso Deo protecti. At oppositum iis contingit, qui segregati sunt a populo Dei, inter quos se adnumerat Balaam, dicens. *De summis silicibus vidabo eum, & de collibus considerabo illum.* Quod est, procul valde ab illo existam, perinde ac si impleteret ipse campestris, ego verò consisterem in summis montium. Nam & tunc quando ista prædicebat, populus erat in campestribus, Balaam verò in excelsis Baal: quæ localis separatio illam notat, quæ varias condiciones ponit inter seruos Dei, & filios huius sæculi. Quarum conditionum hæ sunt potissimæ, quod serui Dei bene habebunt in nouissimo; & temporalia quoque illis adiciuntur à Deo, in cuius manu sunt omnes fines terræ. Contra verò sæculares de temporalibus solliciti, in his laborant, & æternis vacui remanebunt.

Æterna tamen Balaam tantum commemorat, dicens. *Moriatur anima mea morte iustorum.* Propterea quod, quemadmodum querentibus Regnum Dei temporalia adiciuntur, & quæ damnatis ad penas æternas, etiam temporalia graua sunt, vt de illis, in pœnis dicat. *Lassati sumus in via iniquitatis.* Hæc autem sic sunt firma, vt nulla possint ratione immutari, quod in principio parabola suæ innuit Balaam dicens. *Ad-*

duxit me Balac. Veni inquit & maledicam Iacob: propera, & detestare Israel. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Quæ ratione detestabor, quem Dominus non detestatur? firma est diuina promissio. Stabilis est iustorum præstolatio. *Desiderium iusti dabitur.* *Desiderium peccatorum peribit.* Nec Balac sua potentia, nec Balaam

Num. 23. 9

Num. 23. 10

Sap. 5. 7

Num. 23. 7

Pro. 10. 24

Pf. III. 10.

Ege sua

sua astutia, nec sua malitia Satanas euertere diuinum consilium potuerunt. At spes *impiorum* tanquam lanugo est qua à vento tollitur; & tanquam spuma gracilis, qua à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento dissipatus est. Nunquid ex verbis optatiuis Balaam ista impiorum vanitas, non fit manifesta? *Moriatur* (inquit) *anima mea morte iustorum.* En desiderium illius, qui mortuus est, tamen in bello occisus à populo.

3 Hac itaq; promissione, *Quæramus* primum Regnum Dei, & iustitiam eius, excellentiamq; vtriusq; considerantes, videlicet Regni, & iustitiæ, quorum excellentia primum apparet ex comparatione ad id, quod quærere prohibemur, de quo dicit Dominus *Nolite solliciti esse dicentes. Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur?* Hac enim omnia gentes inquirunt. Esca & operimentum quid minimum sunt inter bona, q̄ ab hominibus requiruntur, & idè etiam primum inter omnia: propter eam quod isto deficiente, tota sedulitate in illo conquirendo incubit homo. Quo habito ad excellentiora se animus studio suo extendit. Eius paucitas, & vilitas in communitate ista apparet, q̄ videlicet & brutis commune est. Si nostra in hoc stat excellentia, q̄ brutis sumus superiores; certe bona illa, quib⁹ bruta superamus, habemusq; subiecta, illis proculdubio excellentiora sunt, quibus sumus brutis æquales. Huiusmodi sunt corporis necessaria, victus videlicet & vestitus. ergo in gradu bonorum inferiori, bonum istud est, cuius sollicitudinem vetat Dominus; summum verò bonum, quod à nobis optari possit, est Regnum Dei. Non enim frustra hæc duo simul Deus & scriptura coniungunt dominationem & escam. dixit enim Deus, vt refert scriptura.

Gen. 1. 28. *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, qua mouentur super terram. Dixitq; Deus. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terra. Vt sic hæc duo extrema sibi mutuo collata magis splenderent. Esca communis est homini cum animantibus. Dominatio propria homini super ani-*

mantia: vt ex dominio sublimaretur homo, humiliaretur ex cibo.

O Diuina Sapientia quomodo elegenter Christus in Euangelicis suis documentis horum vnum apposuit, & opposuit alteri! *Nolite solliciti esse dicentes. Quid manducabimus? Quærite regnum Dei.* Quanto ergo vilioribus, tanto nobilioribus Regnum. Cibus inter ea, quæ quæruntur, primum est, sicut prior est vita, quæ cibo conseruatur. Sed q̄ primum quærendum est, est Regnum Dei. *Quærite primum Regnum Dei.* Cibus primus homini creato. Regnum summum est eidè homini. inter q̄ bona reliqua omnia sunt. Regni ergo excellentia ex oppositione ad cibum splendet mirabiliter. sed esca etiã brutorum est, nempe communis illis, & hominibus. At Regnum est Regnum Dei, nempe commune Deo, & homini. Vis istam videre communitatem dominandi? audi Creatorem. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; & præsit piscibus maris & volatilibus cæli & bestiis, vniuersaq; terra.* Iam ex Dauid & Paulo constat dominationem istam hominis, habere suam excellentiam in Christo, qui constitutus est à Deo super omnia opera sua; vt ex præsentia illa super terræ eleuaretur mens nostra ad illam nobilè quam nunc vocat Christus *Regnum Dei*, quod cum illo participamus; & tunc perfecti erimus possessores, quado dicit. *Venite benedicti Patri mei, possidete paratum vobis Regnum.*

Quod autem commune sit cum Christo, & cum Deo, habemus ipsius Christi testimonium in Apocalypsi Ioannis, vbi dicit. *Qui viderit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* Nunquid autem duo sunt throni, in quibus sedet Christus cum Patre in vno, & nobiscum in alio, annon potius vnus thronus, sicut vnum Regnum Patris, Filij, & electorum? certe vnus est, qui filius hæres est vniuersorum ergo & Regni Patris sui hæres est; & nos illius sumus cohæredes. propter quod illi conregnabimus, vt ait Apostolus. *Si commorui sumus, & conuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus.* Vides ergo, quod tunc Deus homini Regnum Dei prætendebat, quando

quandò escam illi communem præbebat cum animantibus terræ. Sed & escam eandem alius eleuemus, quoniam escam, & mescam homini, Regno illo dignam, Deus præparauit. Dico eni vobis. *Ex hoc nō māducabor illud, nempè Pascha, donec impleatur in Regno Dei. Et non bibam à modo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in Regno Patris mei*

Luc. 11. 16.

Mat. 26. 26.

6

Mat. 6. 26.

Num. 11. 39.

1. Cor. 10. 11.

1. Tim. 6. 17.

1. Tim. 6. 17.

Quæ consideratio impense mouet animam sapientis ad quærendum Regnū Dei. Occasione quippè sumpta Dominus à sollicitudine cibi, transit ad cōcupiscentiam Regni Dei accendendam in cordibus nostris, quæ cōcupiscentia, vt esset ardentior, ex ipsa esca, pio qua gentes sollicitantur, nos ducit ad cognoscendum Regnū æternū. Hoc ergò cōcupiscimus & quæramus, hoc enim proprium est seruorum Dei, imò

& filiorum, quibus dicitur. *Pater vester celestis paciscit illa.* Nam quærere temporalia, hoc ad gentes pertinet, quæ ignorant Deum. *Hæc enim omnia,* (dicit Christus) *gentes inquirunt.* Vide ergò inter quos velis adnumerari, inter filios Dei, an inter gentes: nam in vtriusque impossibile est simul esse. Dixit enim Spiritus Sanctus per os Balaam de populo suo. *Populus solus habitabit & nō reputabitur inter gentes.* Quas verò gentes: illas (inquam) de quibus dicit Dominus. *Hæc omnia gentes inquirunt.* Populus Dei quærat Regnum Dei: gentes terrena requirunt. *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite, qui habitatis terram:* cur cum sitis gentes, populi Christiani nomen vsurpatis? Paulus fidelibus scribit.

Memores estote, quòd aliquando vos gentes in carne eratis, in tempore illo, sine Christo, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Qui terrena quærunt, sine Christo sunt, sine Deo in hoc mundo, non est quod celestia speret. An non vos spem ponitis in mundo? in diuitiis? argento, & auro, in quo confidunt homines? *Diuitibus huius sæculi* (iubet Apostolus) *præcipe non sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo vivo.* Quare addit. *Sed in Deo vivo?* vt notet, quòd qui sperant in diuitiis, non sperant in Deo, ergò sunt sine Deo in

hoc mūdo. Quapropter & parati sunt Deo potius renunciare, quam auro. O Balaam, *Num. 23. 9* non opus est in summls silicibus videas populum hunc, descende in campestria, prope intuere, quia sunt similes tui diligentes mercedem iniquitatis. Deo etiam resistentes, vt aurum consequantur. Oportet quidem Regnū Dei tecū dicere. *Moriatur anima mea morte iustorum.* Sed non quærunt, non laborant, vt adipiscantur; nō cogitant quæ Dei sunt, sed quæ sunt mundi. O gentes, norum vobis sit, quòd si fueritis sine Deo in hoc mundo; non erit Deus vobiscum in futuro sæculo. Si ab eo nunc volentes receditis, tunc nolentes ab illo lōgè repellemini, audientes vocem illam terribilem. *Discedite à me omnes operarij iniquitatis.* Et qui eiusmodi fuerit, tamen si nomē habuerit Christiani, reputabitur inter gentes, imò magis inter dæmones.

10.

Luc. 13. 27.

7

Iudic. 1. 22.

Pro. 11. 23.

1. Cor. 10. 11.

Sicut ergò ex cibo ascendimus ad cognitionem Regni Dei, ita cib. ipse sit nobis incentiuū ad amorem Regni Dei. Si tanta in filiis huius sæculi ardet sollicitudo cibi corporalis, & rerum, quæ superflua sunt; cur in filiis lucis tepescit, aut friget desiderium Regni cœlestis? Heu populus, quem appime tenuit fames, cupiditasque terræ promissæ, vbi in illum ingressus est, subiecit; Chananeos, illos nō curauit vltra destrueri, sicut sibi fuerat imperatū. Habito quòd ad pacem temporalem, commodumque sibi satis videbatur, nō plenam studuit obtinere promissæ terræ possessionem, transfessor factus Diuini mandati. Apostolus *Heb. 4. 8.* docet, per promissam illam terram intelligi quietem æternam, quæ non possidetur per partes. *Desiderium enim iustorum omne bonum est.* Ergò pars illa prima, quam consecuti sunt, ad vitam hanc pertinet temporalem, per quam ad perfectam debemus aspirare. Heus tu Christiane, si ab Apostolo admonitus nostri, q. omnia in figura cōtingebant illis, intellige, quòd tu dū habes temporalia, æterna nō curas. Si dū esset populus in deserto, tædio affectus itineris, & laboris, cogitauerit aliquandò retrocedere, atq; in Ægyptum reuerti, videretur excusatione forte aliqua dignus, sed postquam experimēto didicisset vere ter-

ram illam fluere lacte & melle, otio prius marcescere, ac deinde omisso illius plenè possidendæ studio, cum impiis illis veteribus habitatoribus fœderari, hoc profecto intolerabile fuit atque propterea iratus Dominus tradidit eos in manus diripientium, qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus, nec potuerunt resistere aduersariis suis: sed quocunq; pergere voluissent, manus Domini super eos erat, & vehementer afflicti sunt.

8 Vides tu, cœlestem Patrem abunde tibi hæc temporalia ministrare: cur ad cœlestia non re erigis, propter quæ hæc temporalia conceduntur? Si in his delectaris, quæ vilia sunt, & continuè deficientia, cur non magis cupis delectari in Domino, in cuius dextera delectationes sunt vsq; in finem? vbi finis non est, illæque maximæ atq; superfluentes? Sed vilibus his exceptis, illa supernæ ciuitatis gaudia ultra non curas:

Iudic. 2. 14. Quid ergo? Iratus Dominus tradit nos in manus diripientium, & vendentiū hostibus. Quid diripit magis hominem? Quid magis vendit ad miseram seruitutem, quàm rerum huius mūdi cupiditas. Cupidus enī iste, etiam venalem habet animam, vendit hostib. suis, seruus dominorū pessimè tractantium: quin & manus Domini super eum, vt nihil habeat prosperū, imò & prosperitas sit sibi pœna, augens ardorē, laborem, dolorē, vt etiā grauis sit sibi ipsi. Grauis (inquam) quoniam graui corde est, diligens vanitatē, aggrauatus pondere terrenorum, quæ ipsemet imponit super humeros suos, augens quotidie onus istud, contra præceptum Domini iubentis.

Ier. 17. 21. Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati. Dies sabbati est dies quietis. Nobis relictus est sabbatismus, nos ingressi sumus in requiē iā vocati à Christo dicēte. Venite ad me omnes qui onerati estis, & inuenietis requiē.

Mat. 11. 28. Cur ergo portam⁹ pōdera? An hoc est custodire animas nostras? An nō magis in seruitutē tradere? Quæramus ergo Regnū Dei, plenè possideamus terram fluentem lac & mel, vbi suavis est refectio, iuge conuiuū, epulari, & gaudere: esurientes impleuit bonis: & nihil prorsus deerit in loco illo pascuæ vberissima.

DICTVM illud Salomonis comūni experimento probatū: *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autē seclatatur otium, replebitur egestate.* Itē nos instruit in re cœlesti, atque in temporali Bonum est Regnū Dei quærere, quemadmodum & possessiones habere in terra. Sed vt fructū capiamus, quærentes Regnū Dei, equè ac illud quærere oportet, & iustitiam eius. Non secus ac si quis ex terra sua vult panes, eā omnino operari oportet. Alioq; tam in negotiis cœlestibus, quam in terrenis, qui seclatur otium, replebitur egestate. Sic diuino decreto comparatum est, vt nihil tamen summe perfectum alteri proficit, nisi cum illo benè conuenierit. Hoc tam verum est, vt Deus ipse iis duntaxat bonus sit, qui recto sunt corde, nam cum peruerso peruerteretur. *Et si ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque inquit contra vos aduersus incedam.* Neque esset Beatissimæ beatitudo, nisi illum aspicerent atq; fruerentur. Bona ergo similitudo, vt panes, qui vult à terra sua, illam operetur. Opus autem terræ illius, de qua dixit Dominus. *Beatis mites, quoniam ipsi possidebunt terram:* quod est Regnū Dei, & vita æterna, iustitia est. Iustitia enim etiam in die vitionis liberabit à morte. Nam *iusti in perpetuum viuunt. Et accipient Regnū decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Ergo qui rectè quærit Regnū Dei, quod est Regnū decorum & speciosum diadema, quærunt pariter & Dei iustitiam. Et hoc fit satis de huius iustitiæ excellentia, quod per illam deuenimus ad Regnū Dei.

Hoc igitur restat discernendum, quomodo per illam & cœlestia bona cōsequamur & terrena. Quo autem modo, aut ratione periustitiam bona cœlestia cōsequamur, breuiter nunc videamus. Iustitia dirigit animū ad Deum. Hoc quippe iustitiæ proprium est munus. Non ergo merces eius est apud mundum; alioqui non iusta esset merces. Quandoquidem homo iustus terrena parumpendit, & ad superiora extendit sese. Neque quod cuperet daretur ei, sed quod

quod spreuisset. Spes autem mercedis ad operandum inuitat. Nam & qui arat, id facit in spe fructus percipiendi. Quae ergo merces & qui fructus esset in re non sperata, sed spreta: Præterea iam nõ rectum haberet cor is, cui sui operis merces daretur in rebus temporalibus. Nam merces proponitur vt id, ad quod aspirare & in quod tendere debemus. Temporalia itaque, in iustitia nostra facienda, a nobis spectanda non essent; quod qui facit, rectum nõ habet cor. Nisi forte quis cogitet agere nos

plurimi non cupiunt modo, sed patant, vitam peccatorum viuentes, morte iustorum mori. Sunt ne ergo inter nos, qui Balaam imitentur? sunt perfectõ nunc, & demum erunt, qui cum hostibus Dei morientur, quemadmodũ & ille. Et quare hoc? quoniam sunt facultatũ amatores, diuitiarum cupidi, presentibus adherentes.

Audite ergo & intelligite: Quærentib⁹ 12. primum Regnum Dei, & iustitiam eius, Mat. 6, adiciuntur hæc omnia. Iustitia promissionem habet vitæ, quæ nunc est & futura: dabit maiora, num ergo deerit in minoribus? Ipsa nunc dum fit, potest futura concedere, & cum presentibus erit inualida? An forte seipsam destruet, homini, qui illã operatur, id subtrahens, vnde uiuit, qui, nisi uiuat, operari non potest? Quomodo ergo P. sal. 111 3. iustitiam manet in sæculum sæculi? postulat ipse pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Viuat anima mea vitam iustorum, Eccl. 4. 12. quia sapientia, quæ & iustitia est, filiis suis vitam inspirat, & fame itaq; mori illos permittit. Iustus ex fide uiuit. Modicæ fidei Rom. 1. 17. quare dubitasti? Pater uester cælestis pascit Mat. 6. 26. volatilia cæli; quanto magis vos modicæ fidei Sap. 5. 16. dei? Iusti in perpetuum uiuent, manducantes panem in Regno Dei. Et vbi breues dies sunt, petentes panem quotidianum, quod non fit qui frangat eis, fame peribunt: clama, clama tu sancte Propheta, doctus experientia, actus Spiritu Sancto. Iunior fui, P. sal. 36. 25. etenim senis, & non vidi iustum derelictũ; nec semen eius quærens panem. Sed Balaam indigens non erat pane, munera cupiebat. vide cupiditatis suæ voraginem. Si dedit mihi Balac domum plenam argenti & auri: hæc cogitabat, hæc versabatur in corde. Ita nostri fideles non vulgarem petunt panem, qui quotidianus est, abundantiam expetunt diuitiarũ, domum plenã argenti & auri. Huc non se fides extendit, cupiditas, auaritia, sollicitudo, temeritas; impulsores sunt, nuntij sunt Balaac, illectores Balaam, suasores gentiũ, fidelium corruptores. Vsq; eõ ne igitur vos diligetis, vt necessarijs nõ contenti desideretis omnia Regna mundi, & gloriã mundi: Hæc Christus non pollicetur. Satanã est promissor. Matt. 4. 9. Christus quod pollicetur exhibet Diabolo. Ioh. 8. 44.

1 Cor. 9. 10.

Gen. 29. 23.

Sap. 15.

Mat. 25.

Luc. 19. 17.

Prov. 3. 15.

Sap. 5. 16.

Sap. 5. 16.

Nũ. 23. 10.

Mat. 25. 46.

11. Merito ergo Saluator vnã coniunxit, Regnum, & iustitiã Regnum Dei, & iustitiã Dei Balaam volebat separare, cupiens Regnum, quod iustitiã datur, sed manens in prauitate cordis sui, & ambulans per praua & indirecta. Coactus tamen à veritate, nõ dixit: Vtinã quandõ moriar, detur mihi Regnum Dei; sed, *Moriatur anima mea morte iustorum.* Sic etiã innitus ostendens quod Regnum Dei iustis datur. Nam mortem appetit iustorum, quibus datur Regnum; & pariter quod illius mens erat iniusta; quandoquidẽ iniustum Regnum cupiebat, quod iustis duntaxat datur. Et quot, amabõ vos, imitatores habet: Nõ nõne fatetur fides, quam profiteremur, q̄ iusti ibunt in vitam æternam; qui iusti non sunt, in supplicium æternũ; & fidelium tamen

10. 10. lus mendax est. Christus venit, ut vitam
8. 44. habeamus; & idē nobis offert panem vi-
tam. Ille homicida erat ab initio, & idē li-
gnum mortis profert, & illa ostendit, quæ
viuentium nullus vnquam assecutus est.
- Marc. 11.* Habete, habete fidem Dei, non fidem dia-
boli. *Granum sinapis minimum est omnibus*
22.
- Mat. 13. 31* seminibus, cum autem creuerit fit maius o-
17. 19. mnibus oleribus; si habueritis fidē sicut gra-
num sinapis, paucis minimis que contenti eri-
tis: sed immensa erunt, qua adiciuntur vo-
bis. Dicetis mōti huic. Transi hinc. Et trans-
ibit. Dicetis mundo huic. Transi tu, & cō-
cupiscentia tua. Et transibit, & euanesce-
t.
- Eph. 2. 19.* & veniet Regnum Dei, & apparebit gloria
Mat. 8. 11. Domini, & erimus iam non hospites & ad-
Luc. 12. 37 uenæ, sed ciues sanctorum, & domestici
Mat. 4. 11. Dei, qui faciet nos discumbere cum Abra-
ham, Isaac, & Iacob in Regno cœlorum, &
transiens ipse ministrabit nobis, cui in ter-
ris Angeli ministrabant. In cœlis erit ipse
minister noster, ut nihil nobis desit in vlla
gratia & in perenni gloria.
13. Hinc apparet quam meritō Christus sic-
cuti iubet querere Regnum Dei, iubet ni-
hilominus querere etiam iustitiam ipsam
Dei, qua & bona cœlestia consequimur, &
consequuntur nos bona etiā terrena. Hæc
enim est misericordia, quam nobis, si ius-
titiam fecerimus, Tobias sanctus vir pol-
licetur, exhortans in spiritu. *Conuertimini*
Tob. 13. 8. peccatores & facite iustitiam corā Deo, cre-
dentes, quod faciat vobis eam misericordiam
suam. Quod dicit, facite; idem est ac si di-
cat. *Quærite.* Quærere enim iustitiam est
illam facere. Dum verō sanctus vir inui-
tans ad eam faciendam dicit. *Conuertimini*
peccatores, exploratissimum est pecca-
tores tūm non querere iustitiam, cum illā
non faciunt. Intelligite peccatores, dum
peccatores estis, iustitiam non facitis, ergo
neq; queritis, sed facitis iniquitatē & pec-
catum. Quid enim est facere iustitiam, nisi
obseruare mandata Dei? quæ idē dicun-
tur iustificationes. Vnde Propheta: *Vei-*
Psal. 118. 5 nam dirigantur via mea, ad custodiendas
iustificationes tuas. Tunc non confundar cū
perspexero in omnibus mandatis tuis. *Confite-*
bor tibi in directione cordis: in eo, quod di-
dici iudicia iustitiæ tuæ. Iustificationes tuas

custodi-m. Sic autem nominantur, quia di-
rigunt animam & opera nostra in rectum
sit cor nostrum, rectum opus. In directio-
ne cordis: dicit de illo. De operibus verō.
Vt iam dirigantur via: mea: ad custodi-
das iustificationes tuas.

Directū cor non habet, qui illud ad ter-
rena conuertit, qui in rem suam facit, quod
facit; nō in honorem Dei. Nam dicit *Psal.*
101. 1. *Confitebor tibi in directione cordis,* id
est laudabo te, honorabo te, si ad te dirigā
cor meum. O quot sunt, qui prauum &
contortum cor habentes, se iactant recto
corde? Num aliud sentimus ex ore Balaa,
nisi quod sonat obedientiam Dei? Sic nun-
cius Balac dicit in domo ac regione sua. *Si*
dederit mihi Balac plenam domum suam ar-
genti, & auri, non poterit immutare verbum
18. *Domini Dei mei, ut vel plus, vel minus lo-*
quar. Et cum peruenisset ad ipsum Balac,
promittentem ei mercedem aduenus sui.
Nunquid loqui poterō aliud, nisi quod Deus
18. *posuerit in ore meo?* Et rursus post primam
benedictionem. *Nū aliud possum loqui, nisi*
12. *quod iusserit Dominus?* Et post secundam: *12.*
Nonne dixi tibi quod quidquid mihi Deus
16. *imperaret, hoc facerem?* En quot bona ver-
ba. Sed prauum tamen illius cor cōtra Dei
iussionem facere conabatur, dolens quōd
mercedem amitteret oblatam & expecta-
tam. Idē enim Angelus restitit ei in via;
idē in prima benedictione dixit: *Ad be-*
20. *nedicendum adductus sum, benedictionem*
prohibere non valeo. Volebat ergō, sed non
valebat. Idē quoque factō sacrificio cum
vidisset, quōd placeret Deo, ut benediceret
Israēli, nequaquam abiit, ut antē periret-
rat, ut auguriū quæreret, sed dirigens con-
trā desertum, vultum suum. Sed consilium
14. pessimum, quōd dedit, de corumpendo
per mulieres populo, aperte cordis sui pra-
uitatem manifestat. O bona verba, quæ ex
ore Christianorum audiuntur. Sed cor eo-
rum deprauatū est post diuitias, sicut fuit
Salamon post mulieres. De viis verō quid
dicendum hoc iam patet, mores videntur,
communis vita fidelium in propatulo est.
Vbi prauum est cor, ibi prauæ sunt viæ, al-
peræ semitæ, distorti calles.

Audi. Nunquid nō concesserat Deus Ba-
laam,

laam, vt iter ad Balaac Regem Moabita-
 tum? Si vocare te vauerint (inquit) ho-
 mines isti; surge, & vade cum illis. Et eun-
 ti tamen obuius fuit Angelus prohibens &
 dicens. Ego veni, vt aduersarier tibi, quia
 peruersa est via tua, mihi que contraria.
 Quomodo peruersa est via concessa à
 Domino? propter prauitatem cordis. Ad-
 didit etiam concessioni Dominus. Ita
 duntaxat vt, quod tibi præcepero, facias.
 Cogitabat tamen homo pessimus, si quo
 modo posset aliter facere, atque Dominus
 præcepisset, si posset populo maledicere,
 Deoque contradicere. Prautum cor praui-
 tatem reddebat viam; dominante illi iniu-
 stitia, propterea iniustam mercedem app-
 etebat. Contra quod rogat Psalmista:
*Gressus meos dirige secundum eloquium ve-
 rum: vt non dominetur mei omnis iniustitia.*
 O vox Sancti viri: Conuertimini pecca-
 tores, & facite iustitiam etiam Deo, Ini-
 stitiam faciebat Balaam coram Deo, qui
 intuebatur cor eius. Nè facias iustitiam
 coram hominibus: modò coram Deo faci-
 endum est. Quoniam interdum quod ap-
 ud homines iustum videtur, iniustitia
 est apud Deum.
 16. Claram de hoc habemus doctrinā Do-
 mini Iesu apud sanctum Lucam Euangeli-
 stam. Vbi postquam relata est doctrina
 ista, qua remouetur temporalium solici-
 tudo & dixit Dominus. Non potestis Deo
 seruire, & Mammonæ; dicit Lucas. Au-
 diebant omnia hæc Pharisæi, qui eranta-
 uari, & deridebant illum. Et ait ad illos:
 14. Vos estis, qui iustificatis vos coram homini-
 bus. Deus autem nouit corda vestra: quia
 quod altum est coram hominibus, abomina-
 tio est ante Deum. Et quis est, qui non hanc
 doctrinam irrideat, quasi vanam? quasi
 inutilem? & quasi ad nos non pertinen-
 tem? facta clamant, si lingua silet. Homi-
 num mores communes adiuentiones,
 quid cogitent homines in cordibus suis,
 manifestum faciunt, quod videlicet sum-
 ma sapientia sit querere, quæ sunt super
 terram: in qua sapientia seipso iustificat,
 rationem adducens, cur diuitias parant.
 O qui scrutaretur corda hominum; vide-
 ret derisionibus plena, quæ irridet doctri-

nam de non colligendis diuitijs, & se iusti-
 ficant, vt qui prudentes sint, etiam apud
 Deum. Air enim Salomon: *Sapiens sibi vi-
 detur vir diues.* Ergò iure meritò Chri-
 stus non absolute dixit: *Quærite iustitiam,*
sed: Quærite iustitiã Dei. Quærite (inquit)
primum Regnum Dei, & iustitiã eius: etis,
(inquam) id est Dei. Et hoc est quod dixit
Tobias: Facite Iustitiam coram Deo.

Vt hanc facere impellamur, fructum at-
 tendamus. Credentes videlicet, quòd fa-
 ciat nobiscum misericordiam suam. Fru-
 ctus hic est sanctæ huius sollicitudinis erga
 Regnum Dei, & Iustitiam eius: de quo di-
 ximus, quod cælestia bona confert, atque
 terrena; quæ vtraque Tobias sub nomine
 misericordiae diuinæ comprehendit. Nam
 & in cælis Deus coronat in misericordia
 & miserationibus, & homines & iumenta
 saluat secundum misericordiam suam. Secun-
 dum quam etiam populum non deleuit in
 deserto, vt ille meruerat, & ipse fuerat cõ-
 minatus. Remouet autem imprimis To-
 bias falsam illã iustitiam hominum pecca-
 torum, qui in peccatis atatem degentes &
 arbitrato suo, in misericordia Dei gloriã-
 tur. Inbet Deus vt iustitia fiat, & tunc de-
 mum credatur in misericordia Dei. Quòd
 si Deus iustis pollicetur gloriam suã, hoc
 est ex misericordia eius. Nã etiam si nulla
 esset nobis merces deputata, teneremur
 tamen Deo seruire: & hæc est doctrina
 Domini dicentis: *Cum feceritis omnia, quæ
 præcepta sunt vobis, dicite: Quia serui inu-
 tiles sumus. Quod debuimus facere, feci-
 mus.* Facientibus ergò iustitiam miseri-
 cordia promittitur & exhibetur. Tribu-
 latio autem & angustia in omnem animã
 operantis malum. Quã igitur solliciti es-
 se debemus, vt iustitiam hanc Dei quæra-
 mus, & faciamus, ex qua & in deserto pa-
 scimur, & satiamur in patria? Per eam vi-
 uimus in hoc sæculo, in futuro regnamus.
 Nunc boni, tunc beati. Nunc rectè ince-
 dentes, tunc quietè & gloriosè sedentes
 in Regno Dei. Diligite ergò iustitiam,
 qui ad Regnum inuitamini, nè quando
 pereatis de via iusta, sed immaculati am-
 bulantes in lege Domini, beati sitis; do-
 nante Patre nostro. Amen.

MORA.

PROV. 28. 13

T. b. 13. 2a

Ps. 102. 4.

Ps. 135. 8.

Exod. 32.

10.

LUC. 17. 10.

Rom 2. 9.

Psal. 118. 2.

MORALE.

18. *Q*uis vestrum potest adiacere ad statu-
ram suam cubitum unum? Quis ve-
strum potest unum capillum suum album
facere aut nigrum? Quis vestrum dicere po-
test: *Anima mea habes multa bona posita in*
annos plurimos? Quis vestrum cogitare po-
test, aut dicere: *Est mihi sufficiens vita?*
Quis vestrum norit, quid superuentura pa-
riat dies? Quis, quis vestrum dicat: *Ani-*
ma mea in manibus meis semper: Pote-
stat habeo ponendi, & iterum sumendi eam?
Hec in manibus Dei sunt sortes nostræ.
Ipse claves habet mortis & inferni. Si aper-
rit, nemo claudit. Si claudit, nemo aperit.
Ipse solus occidit, & viuere facit; percutit &
sanat; pauperem facit & ditat; humiliat, &
subleuat. Vos qui ditari festinatis, ad quem
ibitis? Vellem ex vobis scire, quod vos so-
licitudo diuitiarum impellit, quod trahit
cupiditas, quod ducit auaritia. Quod Da-
uid cecinit, ad omnia se extendit: *Inclina-*
ui cor meum ad faciendum iustificationes tuas in
æternum, propter retributionem. Propterea quod
omne agens agit propter finem: qui finis ad
se cor nostrum inclinatur, ut illum desiderans,
opus, quo ad illum aspiratur, libenter am-
plectatur. Quod nimirum non faceret, nisi
finem illum assequi speraret. Velle ergo à vo-
bis scire, ad aurum anhelantes, ubi est spes
vestra? In quo confiditis? Grandis vobis re-
stat via, & hominum pars maxima deficit in
hac via; paucorum enim sunt diuitiæ; pau-
perum plenus est orbis terrarum.
19. Quis ergo vos pascet in hac via? Num
3. Reg. 19. 5. Angelus? num coruus? num vidua Sare-
17. 6. prana? Quis ductor est vester? num Deus?
13. num Christus? num mundus? num Satanus?
num animus ipse vester? super quem nitimini?
Quæ est ista, quæ ascendit de deser-
to, inuixa super dilectum suum? certum est
neminem super alium inniti, quem non di-
ligat, qui non sit dilectus eius. Amabo vos,
dicite, cogitate, discutite; stare super vias
vestras, attendite vobis, videte quid faci-
tis. Ne velitis in circuitu ambulare, oculis
erutis molestantes in rem hostium vestrorum
sicut Samson. *Nolite fieri sicut equus & mu-*
lus, quibus non est intellectus. Videte vos-

metipfos. Iam labor vester manifestus est,
& laboratis sperantes in incerto diuitiarum.
Venite ad iudicium, ut in iudicio dispo-
natis labores vestros. Scio ego, & scitis
vos, quod fiducia sperandarum rerum, etiam
non apparentium pascit vos, ab inuente
studio & opere vestro. Alioqui enim in
tam grandi via, & opere tam operoso de-
ficeretis. Quid verò spem istam in nobis
operatur? Num fortuna? Non est hoc Chri-
stianorum, qui sub nutu diuine providen-
tiæ omnia subdunt. Num mundus? At
mundus quid est, nisi creatura Dei, quæ est
in manu Dei? Et si mundo adscribis confi-
dentiæ tuam, nescis tu ipse in quem confi-
das, nisi iterum ad fortunam reuertaris.

Distinguiamus ergo, si forte cæcorum
oculos possimus aperire. Aut Deus est, aut
sunt homines, aut diabolus, aut homo ipse
innititur prudentiæ suæ atque potentiæ.
Singula discutiamus, ut detur paruulis a-
stutia, & his, qui ignorant & errant sapien-
tia & intellectus. Et à Deo possessore cæli
& terræ, initium faciamus, qui terram palmo
concludit. Porro qui sperant in illum, non
confundentur. *Suscitat verò de terra*
inopem, & de stercore erigit pauperem, ut
collocet eum cum Principibus. Quod minus
in Deo confidas, non recuso. Sed de illo
canitur. *Qui pauperem facit & ditat. Esu-*
rientes impleuit bonis, & diuites dimisit ina-
nes. In quem ergo diuitias collocabis? &
quid facto opus est, ut thesauris replea-
mur? Sapientem audiamus. Mirabilia ope-
ra Altissimi solius, & gloria; & abscondita, &
inuisa opera illius. Quare, quæso, sapiens
huiusmodi sunt opera Dei? pergit ipse.
Multi tyranni federunt in throno, & insu-
spicabilis portauit diadema. Id est, quod mul-
ti, qui propter tyrannidem non erant Regno
digni, regnauerunt; & multi abiectione, de qui-
bus, quod diadema Regni acciperet, neque
spes erat, neque etiam suspicio, & acciperet
tamen. De his tamen aliqui de folio gloriæ
deturbati sunt. Sic sapiens. Multi potentes
oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt
in manus alterorum. Ecce hoc in potesta-
tibus. Vide & in diuitiis. Est homo labo-
rans, & festinans, & dolens impius, & tan-
to magis non abundabit. Est homo marci-
dus,

33. dus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & exerxit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum Nunquid nō in hac veritate mirabilia sunt opera Dei, & absconsa & inuisa? Poteſt Deus quemcumque, voluerit replere diuitijs, qui & Iob ab omnibus derelictum, locupletauit; & Tobiam, qui de vxoris labore victitabat, diuitijs amplificauit Sed qui sunt, in quos respicit oculus eius in bono? Num qui laborant & festinant, vt dicuntur? Num qui petunt ab eo locupletari? Num iustos omnes? sed pauperes euangelizantur, & pradicatur altissima paupertas eorum. Si hoc sciremus, iam nō mirabilia essent opera Altissimi, non absconsa, non inuisa. Diuidit singulis prout vult Impietas tamen obstat. Propterea sapiens impium vocatillum, qui laborat, festinat, & dolere, & tantō magis non abundat. De marciō verō debili, & inopi dicit, quōd multi mirantes honorauerunt Deum, nempe quia eleuatur de puluere egenū. Tamē neq; hæc est firma regula: quia hunchumiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu Domini. Certum est hoc, quōd *Qui festinat ditari, non erit innocens* Quis ergo in eo, quod peccat, se arbitrat ab Omnipotente adiuuari? Erit ergo, qui peccans, confidat, quōd Deus faueat illius concupiscentiæ suæ. Pro uerbum sic compler Salomon: *Vir fidelis multum laudabitur. Qui autem festinat ditari, non erit innocens.* Vides cupidum, illi, qui fidelis est, opponi? Ergo qui ditari festinat, non est fidelis. Ergo quod videtur fidere in Deo, fidelitas non est, fides non est, fiducia non est: sed præsumptio, sed temeritas, sed infidelitas est. An non est manifestum, illum qui cupidus est, alijs inuidere? sua cupit esse omnia, putat, vt de Leuiathan scriptum est, quōd in os eius insuat Iordanis: cupit quōd saphiri sint lapides eius, & glebæ illius, aurum. Sed de tali homine dictauit Salomō. *Vir, qui festinat ditari, & alius inuidet: ignorat quōd egestas superueniet ei.* Non est ergo, quōd in Deo confidatis, o cupidi, putantes ab eo vobis para-

Tom. II. Bellintani.

ri diuitias, qui etiam necessariorum prohibuit sollicitudinem: & querentibus Regnum Dei, tantum necessaria pollicitus est. *Et hæc omnia (inquit) adicientur vobis.* Quæ verō omnia? quid manducabimus? quid bibemus? quō operiemur? sine tua sollicitudine hæc prouidebit. Cū sollicitudine ergo voraginem ipse replebit auaritię tuæ? Iubet ipse. *Cauteo ab omni auaritia. Luc. 12. 15.* Et auaritiã nutriet ipse diuitiarum abundantia? Certē qui sic confidit in Domino, existimans, quod ei Dominus similis sit, Deum blasphemat.

Ergo ad alia transeamus. In hominibus est confidentia tua? Si bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Vbi malum est confidere in Domino, qualis erit confidentia in homine? An necis, quōd omnis homo mendax? an ignoras quōd Ægyptus homo est, & nō Deus? *Isa. 31. 3.* & equi eorum caro, & non spiritus? & inclinabit Dominus maam suam, & corruet auxiliator, & cadet, cui præstatur auxilium: simulque omnes consumentur. Hoc dicit de populo, qui auxilium quætebat ab Ægypto. Et tu confidis in homine? Audi ergo: *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Erit enim quasi myri: a in deserto. & non videbit, cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra falsuginis, & inhabitabili.* Desertus est locus hic, dimitte turbas, vt emanent sibi escas. *Matth. 14. 15.* Homo in deserto impotens est prouidere. Habitas in terra deserta & inhabitabili, vbi aſida sunt omnia, si confidis in homine. Balac confidit in Balaam, & quid inde haustit ad votum suum? Pro maledictione benedicti sunt hostes eius, pro corruptione populi, ab eo superatus est, & extractus est exercitus eius. Sed & homo, qui confidit in homini, homo est. Plurimum in seipſis confidunt auari, sed & confidentiam istam obtinuit Deus, & maledictioni supposuit, qua dixit per Prophetam. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Nōnne maledictio, quam Balac Rex Moabitum inducere satagebat super populum, cecidit super eum? ecce vox Dei per os Balaam de populo. Qui benedixerit

Fff tibi, sit

Nam 24 9

tibi, si ipse benedictus. Qui maledixerit in maledictione reputabitur, & subdit scriptura. Iaruf; Balac contra Balaam complotis manibus ait. Ad maledicendum inimicis meis vocavi te; quibus e contrario tertio benedixisti: reuertere in locum tuum. Deceueram quidem magnifice honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. Ecce vanus conatus recedens magis in contrarium; ut cupiat homo, non fuisse aggressum opus, vnde sperabat emolumentum. Tu, tu ipse homo es ille, cui dum confidis, perdis oleum & operam. Audisti ne Salomonem in hanc rem; audi, audi illum. *Qui confisit in corde suo stultus est: qui autem graditur sapiens, ipse saluabitur.* O quanta hominum stultitia de se præsumunt, se magnifice circumspicientium, quasi potentes sint, quasi sapientes, veluti ceteris omnibus excellentiores. Sed stulti sunt, & stultitia eorum in fine operis, si non citius, manifestatur. Nam si qui sapiens graditur, saluabitur; ergo stultus salute priuabitur, frustra se laborasse experietur, in ventum iactasse studia, opera, sudores suos: stultus est, & stultus deprehendetur. O vnam saltem prudentiam stulti Balac imitaretur. Stultus fuit confidens in homine: at discooperta sibi stultitia sua, ab ea recessit. Reuertere ad locum tuum: dixit ad Balaam. Iam celsa, opera tua non indigeo, quæ non mihi cedit in bonum. Tu autem stulte, & in principio stultus es, & cadens non aperis oculos; sed adhuc conaris maniter. Id arrogantiæ tribuimus, an amentia: stultitiæ dedit Salomon, dicens: *Qui confisit in corde suo stultus est: sed reuelata stultitia, in ea adhuc persistere, nõ amentia est: sed te video in alium transferre culpam tuam, vbi & confidentiam.* Satana te tradis, ut tradat tibi, quæ ab alio sibi tradita mentitur. Balac in Balaa confidebat, nõ propter ipsum, sed quia ariolus erat, dæmonum confors, diaboli minister; nulla tamẽ facta est diaboli mētio, homini facta est locutio, promissio, redargutio. Sic sic qui fideles vocantur, Satana adherent, ut diuites fiant. Sed de hominib; loquuntur, de seipsis, de Deo, & in Satana tamẽ confidunt. Vis scire hoc?

Prou. 28. 26.

Qui confisit in corde suo stultus est: qui autem graditur sapiens, ipse saluabitur. O quanta hominum stultitia de se præsumunt, se magnifice circumspicientium, quasi potentes sint, quasi sapientes, veluti ceteris omnibus excellentiores. Sed stulti sunt, & stultitia eorum in fine operis, si non citius, manifestatur. Nam si qui sapiens graditur, saluabitur; ergo stultus salute priuabitur, frustra se laborasse experietur, in ventum iactasse studia, opera, sudores suos: stultus est, & stultus deprehendetur. O vnam saltem prudentiam stulti Balac imitaretur. Stultus fuit confidens in homine: at discooperta sibi stultitia sua, ab ea recessit. Reuertere ad locum tuum: dixit ad Balaam. Iam celsa, opera tua non indigeo, quæ non mihi cedit in bonum. Tu autem stulte, & in principio stultus es, & cadens non aperis oculos; sed adhuc conaris maniter. Id arrogantiæ tribuimus, an amentia: stultitiæ dedit Salomon, dicens: *Qui confisit in corde suo stultus est: sed reuelata stultitia, in ea adhuc persistere, nõ amentia est: sed te video in alium transferre culpam tuam, vbi & confidentiam.* Satana te tradis, ut tradat tibi, quæ ab alio sibi tradita mentitur. Balac in Balaa confidebat, nõ propter ipsum, sed quia ariolus erat, dæmonum confors, diaboli minister; nulla tamẽ facta est diaboli mētio, homini facta est locutio, promissio, redargutio. Sic sic qui fideles vocantur, Satana adherent, ut diuites fiant. Sed de hominib; loquuntur, de seipsis, de Deo, & in Satana tamẽ confidunt. Vis scire hoc?

Nũ. 24. 11.

ad locum tuum: dixit ad Balaam. Iam celsa, opera tua non indigeo, quæ non mihi cedit in bonum. Tu autem stulte, & in principio stultus es, & cadens non aperis oculos; sed adhuc conaris maniter. Id arrogantiæ tribuimus, an amentia: stultitiæ dedit Salomon, dicens: *Qui confisit in corde suo stultus est: sed reuelata stultitia, in ea adhuc persistere, nõ amentia est: sed te video in alium transferre culpam tuam, vbi & confidentiam.* Satana te tradis, ut tradat tibi, quæ ab alio sibi tradita mentitur. Balac in Balaa confidebat, nõ propter ipsum, sed quia ariolus erat, dæmonum confors, diaboli minister; nulla tamẽ facta est diaboli mētio, homini facta est locutio, promissio, redargutio. Sic sic qui fideles vocantur, Satana adherent, ut diuites fiant. Sed de hominib; loquuntur, de seipsis, de Deo, & in Satana tamẽ confidunt. Vis scire hoc?

Prou. 28. 26.

ad locum tuum: dixit ad Balaam. Iam celsa, opera tua non indigeo, quæ non mihi cedit in bonum. Tu autem stulte, & in principio stultus es, & cadens non aperis oculos; sed adhuc conaris maniter. Id arrogantiæ tribuimus, an amentia: stultitiæ dedit Salomon, dicens: *Qui confisit in corde suo stultus est: sed reuelata stultitia, in ea adhuc persistere, nõ amentia est: sed te video in alium transferre culpam tuam, vbi & confidentiam.* Satana te tradis, ut tradat tibi, quæ ab alio sibi tradita mentitur. Balac in Balaa confidebat, nõ propter ipsum, sed quia ariolus erat, dæmonum confors, diaboli minister; nulla tamẽ facta est diaboli mētio, homini facta est locutio, promissio, redargutio. Sic sic qui fideles vocantur, Satana adherent, ut diuites fiant. Sed de hominib; loquuntur, de seipsis, de Deo, & in Satana tamẽ confidunt. Vis scire hoc?

fraudes, furta, mendacia, iniustitiæ, vltra. Læo testis sint: per hæc enim dæmoni prestatur obsequium; ut de manu illius, quod expetât, assequantur: stultitiã hanc dixit an malitiam? an perfidiam? an animi duntiam & obstinationem? Heu tandem abiciamus opera tenebrarũ, & quæ sapientiã sunt sequamur: id quærentes, vnde & nunc salui esse possimus, & in æternum Amen.

FERIA III. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA

Nolite solliciti esse in crastinum vsque, nolite iudicare & non iudicabimini, Matth. 6. 34.

ARGUMENTVM.

De crastino non debemus esse solliciti. proximum iudicare non debemus. Quam ingens peccatum hoc iudicium. Quam nobis noxiũ. Optime.

APTVM documentum Sapientis omnibus sermonibus, in quibus verba Dei proponuntur, est hoc: *Esse mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas.* Facile ac promptum iubens hominem auditorem esse ad sui suscipiendum verbum. Nam qui aurem exhibet obsequentem ac docilem, hic clarius percipit & intelligit. Quod si de quoocunque verbo id est faciendũ, proculdubio id maxime præstandum est in auditu verbi Dei, quod potest saluos facere, qui obtemperanter excipiunt illud: cui consonat Iacobi Apostoli sententia & hortatio. *In mansuetudine suscipite istum verbũ, quod potest saluare animas vestras.* Quamuis autẽ, vti ait Apostolus, Euangelium virtus Dei sit in salutẽ omni credenti, id tamen, quo appetitus immediatusq; docemur effugere iudicium

cum condemnationis, appositum magis videtur ad saluandos credentes, fideq; ac obedientia manfere illud humiliterque suscipietes. Quod imprimis illud est, quod ab Ecclesia nobis hodie proponitur in Eu-

angelica lectione, ubi dicitur: *Nolite iudicare, ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Propterea enim orabat Psalmista: *Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.* Vos igitur documentum illud obseruantes, in mansuetudine suscipite verbum, quod propono vobis hodie.

Cum Dei precepta regula sint morum atq; actionu nostraru, iuxta illud: *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, q; ad faciendam, & ad omittendam nos ordinat, nostru manifestum signum est infirmitatis, q; in diuinis mandatis tot audiamus prohibitiones: sicut argumentum est furoris, vehementiaq; procellaru, q; Deus terminum illis constituerit arenam maris, ne vltra procedant, iubens: *Vsq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Etenim hoc illis factum preceptum innuit, illas nisi prohiberentur, terra forte inundaturus; id quod minari videtur tanto impetu in littora irruentes. Ergo & magna in nobis ad peccata propensionis signum sunt tot iussiones, quibus tam frequenter iubemur, ne hoc vel illud faciamus.*

Hinc est q; Saluator in hac sua legis promulgatione iterat prohibitiones. *Cum facis elemosynam noli tuba canere. Orates nolite multum loqui. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes. Nolite thesaurizare in terra. Nolite solliciti esse in crastinum. Nolite iudicare. Nolite dare sanctum canibus.* Quin & sapientes illi, Auctor libri Ecclesiastici, & Salomon in prouerbis suis, qui moralibus preceptis egregie vitam nostram instituerit, in primis precepta negatiua se legentibus inculcauerunt.

Nam in Ecclesiastico post commendatam sapientiam in communi, plurima huiusmodi negatiua precepta subiiciuntur, atq; ab ipsis multa capita inchoantur. Ita n. incipit caput quintum: *Noli attendere ad possessiones iniquas.* Sic sextum: *Noli fieri pro*

amico inimicus proximo. Sic septimum: *Noli facere mala.* Sic octauum: *Non litigas cum homine potente.* Sic nonum: *Non zelus vxorem proximi tui.* Haud secus in prouerbis fit. Nam in primo capite excellentissime laudata sapientia, fit hoc speciale mandatum: *Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquires eis.* In secundo capite pro singulari effectu sapientie, quo inducimur ad illam capessendam, ponitur: *Uteru riuu a via mala, & ab homine, qui peruersal quiescit, & a muliere aliena.* In capite tertio inculcata admodu sapientia cum laudibus, mox hanc referuntur negatiua precepta. *Noli prohibere benefacere. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, & cras dabo tibi. Ne moliaris amico tuo malum. Ne contendas, & huiusmodi.* In capite quarto idem seruatur. Proposita enim prius sapientia in communi, mox speciales inferuntur prohibitiones: *Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, &c.* Idem seruatur & in quinto. Nam post hortationem factam ad sapientiam, subditur illico: *Ne attendas fallacia mulieris.* Et circa hanc prohibitionem totum versatur caput.

Sed quid dicemus, quando & ipsa diuina lex, quae ex ore Altissimi prodit, ab ipsis prohibitionibus exorditur? *Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile. Non adorabis ea neq; colas. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Et interpositis duobus preceptis affirmatiuis de sanctificando sabbato, & de honorandis parentibus, iterum ad negatiua descendit. *Non occides. Non moechaberis. Non fueris facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces.* Quemadmodum ergo Deus noster pro nobis sollicitus est, & frequens in remouendo nos a malis sua lege; nos similiter huic studio maximam continuamq; debemus diligentiam adhibere: hasque duas nobis hodie propositas prohibitiones attentius considerare. *Ne solliciti sitis in crastinu. Nolite iudicare.* Quarum altera respicit nos, altera proximum.

Prima est de re, quae ad nos maxime pertinet. Secunda de re, quae nihil profus ad nos. Nam illa est de necessariis vitae nostrae; secunda de rebus, quae nihil nobis conferunt.

Mat. 5. 2. 7. 16. 19. 7. 6. 3

Eccl. 10. 1. Rom. 13.

4. Exo. 20. 3. 4. 7. 15. 17.

13. 4. 15. 16. 17.

Disiiso.

Regulat nos prima circa bona nostra. Regulat nos secunda circa proximi nostri mala. Propriamque utriusque Dominus addit rationem, cur videlicet id faciendum sit quod iubetur. Super primam prima sit consideratio nostra, eaque brevis, ut in secunda simus aliquanto longiores & attentiores.

5 Tam cupit Deus, ut illi totum cor nostrum præbeamus, ut illud velit quantum possibile est, a creaturis omnibus, omnibusque alienis occupationibus remouere. Atque ubi ad illas magis propensum videtur, ibi retinacula fortiora, ibi obstacula opponit frequentiora, ut nihil profus de corde nostro omittamus, quod Deo non committamus, impenseque atque propense admodum offeramus. Facile autem illud cor nostrum, ut quasi ad hoc coactum esse videatur, ad sibi solum respiciendum labitur. Exemplo formicæ, quæ congregat in aestate sufficientia sibi, quibus in hyeme cõseruetur. Idem terminum statuit Dominus huic nostre sollicitudini, ne diem vnum prætereat. Nam & populus manæ pro tota illa die colligebat manna: & pro sequenti altera die. Cautum erat diuino præcepto, ne quid præuideretur.

Exo. 16. 11.

23.

Deus singulis diebus pluebat præter sabbatum; & certe ad quid laborare pro sequenti, quando possibile est ut eadem nocte animam tuam repletant te? Ad quid laborare in conseruando? Ad quis horrea dei ruere, ut ampliora sumptibus superuacaneis ædificentur? Sufficit diei malitia sua. Malitiam vocat necessitatem, quæ nos ad nobis prouidendum adigit, simulque laborem huic impensum prouidentia; ut bonum illud sit solum, in quo Deo exhibemus corda & corpora nostra.

6 Heu homines, ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Ut quid inutilia de labiis vestris proficiscuntur. Ut quid in alieno infideles estis? Ut quid superfluos labores præoccupatis? communes anxietates, quæ velut diluuium totam operiunt superficiem terræ, cleuent arcam animæ vestræ etiam super montes, ut discatis ab his, qui in vanum laborauerunt, & frustra sudant cernere terram de longè, cælis mente appropinquare, totos vos diuina prouidentia commendare. *Ne dicas amico tuo: Vade, & re-*

uertere; & eras dabo tibi, cum statim possis dare. Moneris hoc Salomonis præcepto, ut non sollicitum reddas proximum in crastinum; ut statim des, quod petiit a te, cum statim possis dare. Quod autem tu facere ruberis erga proximum tuum, num vel suspicari poteris, Deum, qui omnia potest, tibi illico necessaria non præstaturum; iubet ut arceas a fratre tuo sollicitudinem in crastinum, mox id, quo indiget illi præbendo. Quare dubitasti modicæ fidei; ne forte Deus, quæ tibi nunc necessaria sunt, præstare differat? Modò des tu illi nunc, quod potes dare. Præbe illi cor tuum; quia, ut statim possis dare, omnem sollicitudinem tuam auferat a te, ut ne quidem cogites de crastino. Qui cum vxore est, cogitat, quæ sunt mundi, & diuilius est: quia tantum de se ipso tribuit mundo, quantum de illo cogitat. Cogitatur autem corde: corrigitur de mundo cogitans longè est a Deo, quantum libet illi labiis appropinquet, dicens: Domine, Domine. Quæ sic diuilius est, Deo placere non potest, quando fecit, totum hominem fecit, quando punit propter peccata sua, diuidit illi, partemque eius ponit cum hypocritis, qui cordis intentione diuili, terrena sapiunt, ubi tamen corporis contentatione in cælis diuersari videtur. *Reddite ergo, quæ sunt Deo, Deo.* Qui totum dedit, totum recipiat; ne si totum non recipiat, totum reiiciat, & corpus & animam velit perdere in gehennam. Hoc sufficiat de primo præcepto.

Ad secundum præceptum accedamus, quod tantò magis vrget, quanto minus quam de nobis, de alienis conuenit sollicitos esse. Et eò adhuc magis, quòd sollicitudo illa ad nihilum valet, & ideo mittenda est foras & penitus abiicienda. *Nolite iudicare, ut non iudicemini.* Duo in his verbis Dominus præcipiens innuit: Culpam & Penam. Culpam, quia prohibet: *Nolite iudicare.* Penam, propter consequentem effectum. *Ut non iudicemini.* In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Due igitur sint nostre circa ipsum considerationes. Prima; quomodò peccatum sit. Secunda, quam noxium.

Vbi primum nota, quòd iudicium duo significat. Per iudicium enim intelligitur discussio mentis decernentis, nisi res aliqua bona

bona nē sit an mala. Intelligentur etiam cō-
demnatio alicuius, siue etiam puni-
tio. Et in vtroque peccatur cōtra prae-
sentem Domini iussionem & prohibitionem. Quod
ut diligentius expendamus, primò videamus,
quomodo iudicium primo modo
acceptum, peccatum sit, quando eo modo
fit, quo Dominus illud prohibuit. Ratio
autem propria quare peccatum sit, hæc est:
quia est actus nobis non congruens. Chri-
stus, quando illum requirenti, ut diceret
fratri suo, quod secum substantiam diui-

obseruator. Et iudicium fertur, quando de
aliquo quaestio est, nū legem fuerit trans-
gressus. Nam vbi de hoc quaestio nulla est,
non est opus iudicio. Quoniam ergo tria
hæc soli Deo conueniunt; propterea Dei
iudicium est. Quoniam ipse est Rex Re-
gum & Dominus dominantium; cui
subiecta sunt omnia, & Dominus est cæli
& terra. Ipse legislator primus, cuius sapi-
entia legum conditores iusta decernunt,
sequentes videlicet legem scriptam in ta-
bulis cordis eorum, & quam Deus homi-
nibus notam fecit. Postremò iustus est, &
rectum iudicium eius. Quamobrem Abra-
ham illum alloquens super Sodomorum
exterminium, sic dicebat: *Abstine à te. ut rem
hanc facias, & occidas iustum cum impio,
sicutque iustus sicut impius. Nō est hoc tuum,
qui iudicas omnem terram.*

Dupliciter autem iudicatur. Vel exteriori
iudicio, vbi iudicialiter proceditur, &
fertur sententia, & causa cadens condem-
natur. Vel interiori iudicio, quando apud
se homo aliorum facta discutens, vel ius-
tificat eos vel condemnat, hunc iustum
arbitrans, illum verò impium. Iudicium
omne legem supponit, secundum quam
iudicat, damnans transgressorem, liberans
seruatore. Lex autem vel interior insita
nobis, vel exterior est, scripta videlicet &
pro mulgata. Hæc autem exterior propter
transgressionem posita est, ut ait Apolto-
lus, mempe ut peccata euidentius appare-
rent, & possent per manifestum iudicium
ab hominibus quoque castigari. Nam si
seruata fuisset naturalis, exteriori opus nō
fuisset. Quod intendit Apostolus dicens:
*Iusto non est lex posita, sed iniustus, & non
subditus impij & peccatoribus, sceleratis, &
contaminatis, parricidis, & matricidis, ho-
micidis, fornicariis, masculorum concubito-
ribus, plagiariis, mendacibus, & periuris, &
si quid aliud sana doctrina aduersatur.* Posita
nihilominus est, ut secundum illam ho-
mines iudicare possint. Quibus, ut legiti-
mum possent iudicium facere, potestatem
dedit iudicium facere: confert enim non
modicum, quòd homines instituuntur
iudices ad seruandam pacem at-
que iustitiam, & ut fræno disciplinae ho-

Luc. 12. 14. *deret, dixit: O homo, quis me constituit iudi-*

cem, aut dicitorem inter vos? Ostendit ma-
nifeste, non opus esse cuiusque hominis a-
lios iudicare, nisi ab eo, qui habet autho-
ritatem constitutam. Non enim hominis
ex naturali sua conditione est quemquam
iudicare, sed Dei. Ita enim Moyses iudices
constituens super populum præcepit illis:

Deut. 1. 16. *Audite illos, & quod iustum est iudicate, si*
no cuius sit ille, siue peregrinus. Nulla erit di-
stantia personarum; ita paruum audietis, ut
magnum: nec accipietis cuiusquam perso-
nam. Quia Dei iudicium est.

9 Tria namque illi conueniunt, qui debet
esse iudex. Primum est, ut sit Princeps, qui
possit sibi iudicare subiectos. Hinc Psal-
mus: *Et nunc Reges intelligite: erudimini*

Psal. 2. 10. *qui iudicatu terram.* Secundum est, ut sit

Iac. 4. 11. *lex in manu eius: Vnus est enim (inquit Ja-*
cobus) legislator. & Iudex. Tertium, ut ius-

Sap. 1. 1. *tus sit, cum debeat iuste iudicare. Hinc*
Sapientiam: Diligite iustitiam qui iudicatis
terram. Primum & tertium sunt prorsus

Deut. 1. 15. *necessaria. Idem de se ipso iudices institu-*
ente scribit ipse Moyses: Tulit de tribubus
vestra viros sapientes & nobiles, & constitui
uos Principes, tribunos, & centuriones, &
quinguenarios, & decanos. Præcepitque eis,
quod iustum est iudicate. Principesque cō-
stituit, ut possent. Secundum autem, quod
est legem ferre, non sic necessarium est, ut
Iudex esse non possit, qui legem non tulit,
sed hoc tantum ei conuenit, qui supremus
est Iudex. Iudicium quippè ut sit, legem
supponit. Nam ut iustum sit, necesse est,
quòd secundum legem sit. Nam sine lege
iudicium esse non potest: Iudicatur enim,
num iudicandus, legis sit transgressor aut

Pro. 8. 15.

Gen. 18. 26.

10

Gal. 3. 19.

1. Tim. 1. 9.

mines coerciti, faciliores se præbeant atque propensiores ad dirigendos pedes suos in viam pacis & salutis æternæ.

II Peccatur autem iudicando ex primo capite, nempe ex auctoritate. Primū, si quis non constitutus iudex se ad iudicandum ingerat & intrudat: quia Dei iudicium est, & hoc in utroque iudicio tam videlicet interiori, quā exteriori. De exteriori manifestum est. De interiori quoque certum.

Rom. 14. 4. Vnde Paulus. *Tu quis es, qui iudicas alienū seruum? Domino suo stat, aut cadit. Et infra. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut quid spernis fratrem tuum? omnes enim stabimus ante Tribunal Christi. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo: non ergo amplius inuicem iudicemus.* Vides cur hos iudices arguat, qui fratrem suum iudicant, super quem non habent iurisdictionem. Atque ita qui sic iudicat, iniurius est in proximum. Quis enim es tu, qui contra fratrem insurgis, quasi potestatem habens super eum, cum sis illi non plusquam frater aut proximus? Præterea etiam Deo iniuriam facis, seruos suos iudicare presumēs, & quod solius Dei est, tibi met ipsi tribuens. Dei seruus est ille, qui propterea Domino suo stat aut cadit, illi rationem reddit siue de statu siue de casu suo: num steterit rectus in obediētia legis suæ, num ceciderit ab illius obseruatione. In hoc ergo peccas, quasi Deo surripies seruos suos, tibi que contra fas faciens esse subiectos. Dei iudiciū est, qui est Dominus omnium.

Psal. 81. 8. Vnde Psalmus: *Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Omnes in quā gentes tuæ sunt, tibi subiectæ: iudica ergo terram omnem quam gentes habitant.* Qui ergo sibi iudicium arrogat, sibi & regnum & dominationem arrogare videtur. Cogitatio & cogitatio tantum criminis accessit facile temerarios, qui audent sibi arrogare Dei iudicium usurpare.

12 Ex secundo capite, nempe ex legislatione diuus Iacobus hos temerarios iudices criminatur, dicens: *Qui iudicat fratrem suum, iudicat legem: si autem iudicas legem, non es factor legis sed iudex. Unus est legislator, & iudex qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum?*

quasi dicat. Ad legislatorem propriè pertinet iudicare, nisi alteri suas committat vices. Unus quippe est legislator, & iudex. Tu verò quis es, qui nec legem cōdidisti, nec ab alio iudicium potestatem acceperisti? quis es, ut tibi arripias quod tuum non est? Tantam prius oportet te potestatem habere, ut legem condere possis, discernere inter iustum & iniquū, ut iustitiam discernere valeas. Hoc solius est Dei, cui canitur: *Mandasti iustitiam testimoniis tuis, & veritatem tuam nimis.* Non est hoc tibi datum deluper. Qui hominem legitime iudicat, prius de lege iudicium tulit, iudicans & discernens, illam esse iustam. Non enim ideo Rex cœlestis iuste iudicat, quia fidei lex prescribit: sed lex ipsa a suo iudicio profecta est, qui illam iudicauit, illam prescriptis illam decreuit, illam promulgauit. Itaque qui hominem iudicat, legem prius iudicauit. Unus legislator, & iudex. Si tu tibi ergo iudicium arrogas in hominem, arrogas & in legem: & tamen factor non es legis, sicut nec hominis. Quam ergo facis iniuriā Deo? Præterea num tu potes perdere, aut liberare quemquam? Qui legem statuit, vindex est quoque in his, qui illam transgressientes male operantur. Quomodo ergo iudicas, quem neque perdere vales nec liberare? Vanè, ne dum inique iudicas, vanè condemnas, vanè iustificas. At iudices constituti habent, vnde perdere valeant & liberare: quoniam qui dedit eis potestatem iudicium facere, dedit & bene facere aut male. Non enim sine causa gloriā portant. Quia propter Pilato dicenti: *Nescis quia potestatem habes, nisi a te?* Respondit Dominus: *Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi latum esset desuper.* Vnde etiam illud documentum sapientis est: *Noli querere fieri tuæ, nisi valeas virtute imperi iniquitates.* Quid ergo (ut inquit Paulus) iudicas fratrem tuum, quando iudicium tuum frustratorium esse

Ex tertia conditione, quæ est iustitia, si sum opere peccatur tam in exteriori, quam in interiori iudicio. Vnde iudicibus potissimum intimatur. Quod iustum est iudicare. Et adicitur quod non respiciant personam homi-

hominis, siue parvus sit, siue magnus; siue
 civis, siue peregrinus; causam non perfo-
 nam attendentes Et ne propter ignorantiam
 causa iniustam ferant sententiam, illis in-
 iungitur; vt diligenter querant veritatem,
 & quod in ore auertent, aut timent rectum
 peribit, qui interficietur. At verò quod qui
 interius iudicant, aut spernunt fratres suos,
 necessario false iudicent, manifestum est,
 cum iudicialiter nō possint discernere ve-
 rum. Hinc Paulus: *Mibi autem pro minimo
 est ut à vobis iudicet, aut ab humano dno.
 Sed neq; me ipsum iudico. Nihil enim mihi
 conscius, sed non in hoc iustificatus sum. Qui
 autem iudicat me, Dominus est. Itaq; nolite
 ante tempus iudicare, quoad vsq; Dominus
 veniat qui & illuminabit abscondita tene-
 brarum, & manifestabit consilia cordium.*
 Vbi aperte causam tangit, cur iudicandum
 non sit, quoniam videlicet causa nos lateat,
 quando neque homo seipsum sufficienter
 cognoscit, vt se possit saltem iustificare.
 Expectanda ergò illuminatio.

Dant. 17. 4
 Cor. 4. 3
 Luc. 12. 14
 Act. 10. 42
 Ioh. 5. 17
 Rom. 7. 12
 Iac. 4. 11
 Ioh. 8. 7

quantò minus iustos: Iustus autem quisq;
 praesumendus est, donec probetur malus.
 At in tuo iudicio non probatur ex dictis.
 Ergò peccans non peccantem iudicat.
 Quertò, quia radix huius iudicij mala est.
 Quid enim te, cum non sis iudex consti-
 tutus, mouet ad iudicandum? certe aut su-
 perbia, sicut Phariseum dicebant: Nō sum
 sicut ceteri hominum, raptores, adulteri,
 velut etiam hic Publicanus. Vel odium,
 quod impedit animum, nō possit cernere
 verum. Vel alia passio etiam amoris: quos
 enim odimus, damnamus; quos amamus,
 hos iustificamus. Sic Pharisei contra Chri-
 stum. Quibus ideo dixit: *Nolite iudicare
 secundum faciem, sed iustum iudicium iu-
 dicare.* Secundum faciem iudicabant di-
 centes: Nonne hic est faber, & fabri filius?
 Non est hic homo à Deo, qui sabbatum
 non custodit. Quos certe odium impelle-
 bat. Sed se amantes, se se iustificabant du-
 centes ad aquam iumentum, & de fovea
 extrahentes.

Luc. 18. 11.
 Ioh. 7. 24
 Marc. 6. 3.
 Mat. 13. 55
 Ioh. 9. 16.
 Luc. 13. 15.
 Mat. 12. 11

Si autem iudicium, vt est alienorum fa-
 ctorum discussio, peccatum est, quantò
 magis vt est ipsius proximi condemnatio?
 Hic enim Christus eas potissimum habet
 in causa, qui proximū condemnant. *Quid
 autem vises festucam in oculo fratris tui, &
 trabem in oculo tuo non vides?* Vbi de duo-
 bus reprehendit. Primum de falso iudicio.
 Secundò de falso zelo; sumpta similitudi-
 ne ab oculo; vbi magis videt homo alteri
 peccatum, quam suum. Qua in re suppo-
 nit, quòd omnes sint peccatores: sed discrimi-
 natim, qui plus, qui minus. Omne autē
 peccatum impedit oculū, nē videat rectē:
 propterea minus peccatum assimilatur festu-
 cae existenti in oculo: maius verò trabi.
 Vel festuca est peccatum non verum, sed
 iudicatum: trabs autem verum peccatum.
 Vnde mirum est, quomodo habens trabē
 in oculo proprio, videat festucā in oculo
 alterius. Quod cum impossibile sit, argu-
 mentum est falsi iudicij eius, & male affe-
 ctionis, qua ad tale iudicium mouetur.
 Quod est contra praeceptū Sapientis. *Intel-
 lige, qua sunt proximi tui ex te ipso* Quia tibi
 places, misericordia vteris in te iudicando;
 excusas peccatum tuum; in aliū vel in dia-
 bolum

15
 Eccl. 31. 13

bolum reiciis. Cur ergo austerus es contra proximum tuum? cur putas prohiberi? Non coques hædum in lacte matris & 34 26
Exo. 23. 19
Et 34. 26
 hædi est comestio eius. Ideo coctio est iudicium, quo peccator ad suum finem ducitur, ubi mors depascet eum in inferno. Non ergo indices eum in lacte matris sue, affectu videlicet materno, dulci, & placido. Nè te, qui peccator es, iudices. Quod si facis. Cur austerus es in proximum? cur in aceto coquis illum? Intellige ergo, quæ sunt proximi tui ex te ipso. Falsus zelus reprehenditur dum dicitur. *Aut quomodo dicitis fratri tuo. Sine, eijciam festucam de oculo tuo. Et ecce trabs est in oculo tuo?* Vide quæso cõtraria. In iudicando, austerus es proximo, tibi mollis. In zelando, de illius salute sollicitus, de tua oblitus. Quomodo possunt hæc fieri? quia ubique falsitas: falsus es in iudicando, falsus in zelando: non iuste iudicas, non verè zelas. Audi Veritatem. *Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* Fingis ergo zelum, quem non habes. Non enim sibi hæc duo cohererent, quod zelus salutem proximi, non verò tuam. Nam ex te intelligenda sunt, quæ sunt proximi tui; & dilectio tuimet est regula & mensura dilectionis proximi. Qui ergo se non diligit, non diligit proximum. Unde rectè. *Quomodo alicui fratri tuo: sine, eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Quomodo inquam dicit?* Quia ratione id facis? Quid ac hoc te mouet, quod est contra rationem: contra naturam? contra legem? contra debitum? cõtra utile? Nulla est ratio, cur hoc praestes, cur hoc facias. Nam ratio, & natura, & lex iubet, ut te ipsum prius cures. ut magno tuo malo remedium adhibeas, antequam paruo proximi. Et hoc maxime, quod impossibile sit fieri. Tanta trabs quomodo finit, ut videas paruam festucam? quam si non videas, quomodo eicies illam ex oculo fratris? ò veritas quantam in nobis stultitiam discooperit?
 17 Rursus si quis iudicat proximum, in eo peccat, quod falso iudicio iudicat, falsum

zelum ostentans, qui odio potius mouetur vel superbia. An non peccat, qui proximum spernit qui despicit? qui confundit? Arguit Christus falsum iudicium falsumque zelum. Nonne ergo magis proximum arguet despectionem & detractionem: dequitur autem hæc communiter temere præsumptum iudicium. Idcirco Iacobus iudicio adiecit detractionem: *Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem, detrahit legem, & iudicat legem.* Ecce quomodo iudicare legem est illam condemnare: Iudicia ista falsa, detractiones gignunt, despectiones, opprobria, ut necesse sit despectus & spreus clamare ad Dominum: *Miserere nostri: quia in te non repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbi.* Vide & concordantem Apostolum: *Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut quid spernis fratrem tuum?* Qui iudicat, spernit fratrem, quasi iniustum, quali præuaricatorem, quasi indignum humano aut publico conuentu, ac si leprosus esset. Propterea enim & Pharisæi vitio dabant conuersationem Christi cum publicanis. Quare inquit cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit Magister vester? Huic tanto vitio ac malo, ecce quale Apostolus adhibet remediũ: *Omnes stabimus ante Tribunal Christi, & unusquisque pro se rationem reddet Deo.* Christus legitimus iudex est & iustus vindex. Omnes ab illo iudicandi sumus. Quid tu praueus iudicium eius? Quis tibi dedit hanc potestatem? iudicabit ipse in tempore opportuno. *Cum ac eperi* inquit *tempus, ego iustitiam iudicabo.*
Itaque fratres, ait Paulus nolite ante se ipsum iudicare, quòd a iudice Dominus veniat. Hæc cum autem venerit ille, arguet mundum de peccato iniquitate. Et tuac unusquisque que pro se rationem reddet Deo. Non tu pro fratre, quem iudicas, non ille pro te, nihil qui peruertere fecerit peccatorem, qui curam non habuerit sibi creditarum animarum. Sed adhuc tamen & ipsi pro se rationem reddent Deo. O rationes, cur non sit iudi-

fit iudicandum. Quis si illas attendat, ad-
huc iudicabit? lingua cordis tui sententiam
contra proximum tuum proferens, illa est,
71.16.18. de qua dicit Salomō. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.* Cor pravū, mens obliqua, animus tortuosus, linguam habens fallacem, loquitur vanitates: quia malacogitat: quia ubi debent veritate querere, sibi vacare, inutilia dimittere, se ad aliena facta spectanda conuertunt; nō verō si bona fecerint, vt congaudeant & imitentur; aut si mala, cōpatiuntur & auxiliantur: sed vt mala exprobrent, & in mala etiam, quæ bona sunt, cōuertant; sic operantes ruinas, veras sibi, proximo falsas, & interdū plurimis quoq; veras. Nocet semper sibi, qui sic loquitur, malè iudicans; quia semper peccat, indignumq; se reddit diuinā misericordia. Fingit ruinas in proximo, estimans illum iniquum, & forte etiam cupiens illi quasi facinoroso diuinas punitiones. Sed quoniā os lubricum, quod facillè quo plenum est libenter effundit, quomodo interius iudicauit, cōdemnat exterius: sicut spreuit, sic detrahit: sicut cotēpsit, ita cōfundit. Quot hoc pacto quantaq; ruinas operatur? linguam interiorem si non frānasti, quam ratione aut vi compescas exteriorē? os lubricum operatur ruinas. Qui malè cogitat, malè loquitur; qui maledictum cōcinat in animo, in ore profert maledictum. Et quia homo de se præsūmens, alios prope omnes malo iudicio prosequitur; propterea in omnes effudit sua maledicta; nemini parcens; cūctos, qui sibi obiciuntur, condemnans & calumnians. Vt bene dixerit Salomō: *Sicut avis ad alia transuolans, & passer quōd liber vadens; sic maledictū frustra id est sine causa prolatus, in quempiam, superueniet.* Et hoc non opus est, plenum ruinarum? Quiescite ergō cogitare peruersè, dicere peruersè, agere peruersè.

SECUNDA PARS.

9 QVAM sit noxium peccatum istud, quo proximus malè iudicatur, notat Dominus his verbis. *Vt non iudicemini. Nolite* (inquit) *iudicare, vt non iudicemini. In quo*
Tom. 11. Belliniani.

enim iudicio iudicaueritū, iudicabimini. Effectus sequens hoc peccatum, illius grauitatem & detrimentum indicat. Communiter enim causę vis in effectib. declaratur, tam in malo quā in bono. Sic bonitas Dei manifestatur in his, quæ fecit, quæ sunt omnia bona. Malitia transgressionis Adā in subsecuta morte tā sui, quam omniū filiorum suorum, vsq; in finem sæculi; quin & sine fine omnium tæcutorum, in quibus morte æterna punitur transgressio impiorū, quæ ortum habuit a prima illa Adam. In frequens Moyses populo vt ostenderet, quāta esset legis vis, quid obseruatoribus indè proueniat, quid transgressoribus, perspicue manifestat: Indè sunt maledictiones, indè benedictiones, quæ maxima cum solemnitate, iubente Deo, in distinctis montibus à distinctis tribubus pronuntiatæ sunt. Dominus ergo ad exaggerandam malitiam mali huius peruersiq; iudicij, dixit. *Vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritū, iudicabimini.*

Iudicari autem hoc loco, vt sepè in aliis scripturarum locis, accipitur pro condemnari. Nam certū est, omnes viuos & mortuos esse iudicandos, tam iustos quā iniustos. Si autem hic dicitur: *Nolite iudicare, vt non iudicemini.* Planum est ex iudicio nostro nō sequi iudicium illud commune, quo etiam iusti iudicandi sunt; sed speciale illud, quo impij iudicantur & cōdemnantur. De quo Psalmus: *Sepulchrū patens est guttur eorum, lingua sua dolose agebant; iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, Domine.* Ita & Apostolus: *Si nosmetipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Vbi manifestum est, pro eodem accipi, & iudicari & puniri, siue in tempore siue in æternitate. Dum iudicamur igitur, damnamur.

De hoc ergō effectū, qui est damnatio, sequens iudicium proximi, duo videamus. Primū, quā sit noxius, & quā sit iustus. Quā videlicet homini noceat, & quā iuste illi conueniat. Primum illius videlicet detrimentum indè apparet, quōd cum

Ggg omnes

omnes peccauerint, & egeant misericordia Dei, nihil prorsus illis potest esse nocētius, quam a Dei misericordia propulsari, atque sine illa iudicari. Quod timēs Propheeta rogabat: *Non intras in iudiciū cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnia uiuens.* Quid prodest homini etiā si uniuersum mundum lucretur, & ab fuerit ab illo misericordia Dei: Fac, verum dixerit Satanas de Regnis omnib. mūdi, & gloria eorum: *Omnia tradita sunt mihi, & cui uolo, do illa.* Et dicas illi: Si tibi tradita sunt, cur non tibi ipsi seruas? Cur illis nō frueris, atque in ipsis delectaris? Quidquid damnatio contingit, totū illi pœna est, totum exitiū; ubi abest Dei misericordia, omnis ad est miseria, q̄ sine ipsa misericordia leuari non potest. Habeat Princeps huius mūdi, totū ipsum mundū in potestate sua; Num inde colligit fructū? Num inde delectatur? Num inde boni quidquā haurire vnquam poterit? Sibi grauis est, tormentū, cruciatus. Et quoniam omnes cupit suæ damnationis esse participes, propterea illis dat mundū, ut eodem & ipsi obruantur, opprimantur, & conterantur. Studet enim, ut & illi æq; ac ipse, illum possideant, nempe ad ruinam atque tormentum; ut perpetuō sine Dei misericordia iudicentur & crucientur. Non ergo sine illa prodest quidquam, sed obfunt uniuersa. Quid profuit Balaā, quod cum Deo loqueretur? quod futura cum ueritate prædiceret? quod tantę esset potestatis, quantam exprimit Balac Rex Moabitaram, dicens: Noui quod benedictus sit, cui benedixeris; & maledictus sit, in quem maledicta congesseris. Quid illi munera profuerunt a Rege illo ei collata? pronuntiet ipse de se suam damnationē: *Dixit homo, cuius obturatus est oculus; dixit auditor sermonum Dei, qui uisionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius.* En sua damnatio, ab eodem prædicta. *Num. 31.8.* Etā. Quin tādē a populo interfectus est. Dona, neque spiritualia neque temporalia quidquam iuuant, ubi non est gratia Dei & illius misericordia. O ratio potentissima, quam obrem a temerē iudicando proximum debeamus abstinere.

22

Iuuat etiam considerare, quam merito,

qui alterum iudicat, a Deo sit iudicandus. Quod manifestum est, cum ex ipsa rei natura, quam innuit Dominus dicens: *In quo enim iudicio iudicauerit, iudicabitur,* tū ex regula illa generali, quam diuina statuit prouidentia. *Eadē mensura, qua mensueritis remetietur & uobis.* Quod res sic potest, indē monstratur. Se ad homines habet Deus, sicut sol ad stellas: secundū uerō dispositiones stellarū solis claritas recipitur ab eisdem: itā superni splendoris radij plus, uel minus terrenos illuminat homines, sicut ad illos varias habent in se preparationes & dispositiones. Itā & secundum dispositionem materiæ ab ea recipiuntur forme. Hinc alia ex terra, alia ex aquis Deus ipse formauit. Quod benē nota. Ideo Deus prædisposuit populum suū, ut dignus esset possessione terræ promissæ: quapropter dedit illi primū legem; & quando rebelis recusauit illam, ut denuō disponeretur ad illam ingrediendam, retentus est in deserto quadraginta annis, donec rebelles omnes interirent. Sic & daturus Abraham missum semen, in quo benedicendę essent omnes nationes terrę, longa expectatione exercuit illum; ac demum circumcissione quasi purgauit illum. Et primam radicem huius hominis nempe Isaac speciali sanctitate illustrauit, quem sibi offerri iussit, quem in terra illa natum, ex ea nunquam exire uoluit. Scito ergo de te faciendum id esse, quod tua postulat dispositio. Et si quidem arbor fueris infructuosa, excideris, & in ignem mitteris: si autem fructum bonum gignes, custodieris a Deo.

Congruentissima est igitur consecutio, ut, si iudices, iudicaris. Qualis est enim arbor, ex qua semen prodiit, talis est arbor, quæ ex illo semine exurgit. Nam in semine uirtus est arboris illud producentis, ex qua uirtute eiusdem naturæ lignum nouum generatur: ut ex pyro pyrus; castanea ex castanea; ex uite uitis; ex ficu ficus. Merito ergo ex iudicio iudicium; & iudicium sine misericordiis, qui non faciunt misericordiam. Et qui uocantem sapientiam non audiuit, inuocans illam non audiatur ab ea. *Quia uo. Pro. 1. 24. canit, & renusit. Tunc inuocabit me, & nō 28. 33.*

EXAM-

*exaudiam. Qui autem audierit me, absque terrore requiescet. Et de impio scribit Salomon: In multitudinis stultitia sua despicitur. Qui videlicet a se lumen veritatis repellit, stultè se gerens, absq; lumine in tenebris conticescet, seductus ab errore viae suae. Iustè ergò iniustum iudicium, iusta plectetur damnatione. Iudicasti absq; potestate; a potestate iudicaberis. Inspiciens protulisti iudiciù; sapiens te examen prosequetur. Iniquè egisti proximum tuum iudicans; maximà aequitate & iustitià pœna à te exigetur iniquitatis tuae. Tui oblitus superuacaneè proximum curare voluisti videri; te in te ipsum impellent, vt tuâ videas, sentias, sustineas impietate, vt aliorum præterea considerare nõ valeas. Sedisti super thronum, non tibi præparatum, factus a te ipso iudex iniquitatis; ergò dicitur tibi: O homo, quis te constituit iudicem super alienum seruum, super fratrem tuum, super eum, qui non tibi subiectus, sed proximus est? Arripuit iudicium manus tua, non accepit à Deo; arripierit te, velut torrens ignis, iudicium cum gladio exiens de ore sedentis in throno, & iudicantis orbè terræ in aequitate. Ergò à iudicio parcite menti vestrae, *Vt non iudicemini.**

24. Hæc diuina iustitia mirifice exaltat illius misericordiam, quòd videlicet in manibus nostris posuerit iudicium suum, statuens *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Crudelis ille tyrannus Adonibezech, qui regnavit in Bezech, vidit hanc diuinam aequitatem, rationis plenam, quandò sicut alijs ipse fecerat, sic factum fuit illi. Multi recipiunt secundum eorum merita, & indignantur, quasi liceat illis facere quod libet, & hoc impune; ita excauit eos malitia eorum, non attendentes, q; commuerunt; verum id solum, quod patiuntur. Sic Saul non considerabat, quòd Deus illum ob suam inobedientiam repulerat, nè regnaret; sed hoc solum attendebat, quòd Dauid regnatus esset pro eo. Ideò non culpam cui abbat emendare, sed pœnã tantummodo amouere. Qua in re culpã aggravabat, de qua certior pœna consequeretur, & cõsecuta est. Sic Semei ille de cognatione domus Saulis factum Dauid considerabat,

non causam; & de vtroq; iniquè faciebat iudicium dicens: *Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuassisti Regnum pro eo. Et ecce premunt te mala, quoniam vir sanguinè es.* Non sic Adonibezech, de quo scriptum est; quòd Tribus Iuda persecuta illum cõprehenderunt, casis summitatibus manuum ac pedum. Dixit enim: *Septuaginta Reges amputati manuum, & pedum summitatibus colligebans sub menja mea ciborum reliquias, sicut feci, ita reddidit mihi Deus.*

Voluit hoc Deus in lege considerari. In qua statuit: *Reddet animam pro anima, oculus pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.* Et alibi: *Qui percussit animal, reddet vicarium, id est animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuiuslibet ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei. Qualem inflixerit maculã, talem sustinere cogetur.* Quãuis autem in lege Euangelica docuerit: *Non resistere malo, sed magis benefacere: non propterea tamen sustulit debitum iustitiæ, sed nos docuit misericordiã proximis exhibere, seruans sibi iustam vindictã.* Qua in re si nunc, quandò est tempus beneplaciti & gratiæ, rigidi fuerimus iudices in fratres nostros, amplius accipimus iudicium. Neq; enim lex Euangelica, peccantes & non pœnitentes absoluit à pœna, sed ampliori iudicio reddit obnoxios, qui magis gratiæ aduersarij fuerint & misericordiæ. Docuit ergò lex Moyfi quid iustitia flagiter pro delictis. Docet Euangelium, nos non debere iustitiam psequi, sed Deo committere, quod iniuste patimur: magis rogantes: *Domine ne statuas illi hoc peccatum.* Expectat enim Dominus, donec misereatur, nolens aliquem perire. Sed impœnitentes acriori pœna plectentur. Ergò immiserordes, qui clementiæ aduertantur, ampliori iudicio deputantur. Quid autem clementius, quam in nostra ponere potestate suum iudicium?

Stat sententiã *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Quale vis, tale fac iudicium.

Ggg 2 Non

1. Reg. 16. 7
2. Reg. 1. 6
Exod. 21.
2. 4.
Gen. 17. 11
Gen. 11. 1
Gen. 1. 6
Mat. 5. 39
1. Reg. 18. 26 & seq.
1. 11.
1. 14.
33.

Non vis reddere animam pro anima? abhorres hunc rigorem iustitiæ? clementiam postulas? ecce tibi ad illa aperta via. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Esto pius, esto misericors; desine iudicare; æ qui boni; consule ea, quæ patent hominibus, noli secreta rimari. Dominus solus intuetur corda, omniaq; nouit hominum consilia: sit ipse iudex. Tu autem attende tibi, vt dicere possis cum Propheta: *Cogitavi vias meas: & conuertit pedes meos in testimonia tua.* Ita enim monet Salomon: *Palpebra tua præcedant gressus tuos.* Ratio distat ab Apostolo: quia videlicet vnusquisque pro se rationem reddet Deo. An minimum est opus istud, vt se negligat, & aliorum opera, verba & consilia discutere, examinare, iudicare velit. *Ne comprimaris*

Psa. 118. 59. *bi, vt dicere possis cum Propheta: Cogitavi vias meas: & conuertit pedes meos in testimonia tua.*

Prou. 4. 15. *monia tua. Ita enim monet Salomon: Palpebra tua præcedant gressus tuos.* Ratio distat ab Apostolo: quia videlicet vnusquisque pro se rationem reddet Deo. An minimum est opus istud, vt se negligat, & aliorum opera, verba & consilia discutere, examinare, iudicare velit. *Ne comprimaris*

Rō. 14. 10. *Et est ab Apostolo: quia videlicet vnusquisque pro se rationem reddet Deo. An minimum est opus istud, vt se negligat, & aliorum opera, verba & consilia discutere, examinare, iudicare velit. *Ne comprimaris**

Eccl. 31. 17. *in conuiuio. Monet Sapiens. In conuiuio vnusquisq; sibi manducat & bibit, non alteri. Ne igitur ita comprimaris, vt hinc inde alios sentias, alij attendas, sed tibi soli attendas. Ita nunc quæcunque agimus, dicimus, cogitamus, nostra sunt. *Re. 2. Covint. 5.* *feret vnusquisq; propria corporis, prout in corpore gessit, siue bonum, siue malum; de his nostra sit sollicitudo.**

27. *Et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Arcens à iudicando, nos eleuat ad hanc regulam generalem, sub qua continetur, quod dictum est de iudicio. In qua sicut magna nobis Dei misericordia reuelatur, sic & reuelatur ira Dei de celo, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui ad vitam euocati diligunt mortem; qui diuinam clementiam trahunt ad iustam sententiam. Dauid bene hanc regulam apprehendit, quandò post misericordiam præstitam Sauli se persecuti, cuius vitam pepercit, cum posset illum dormientem interficere: dixit illi: *Dominus retriluet vniciq; secundum iustitiam suam. & fidem; tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in Christum Domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni angustia. Quid aliud sanctus vir iste postulat, nisi quòd regula ista monet, & pollicetur.**

1. Reg. 26.

23.

In qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis: lumen naturæ, lumen doctrinæ, lumen gratiæ, lumen diuinæ promissionis & reuelationis, regulam istam edocebunt. Non tanta est in elementis proportio; nõ tanta inter cælum & terram; non tanta inter diuersa sæcula & præcedentia & sequentia; nõ inter varios diuersarum naturarum effectus tanta est respondentia, quanta est huius regulæ cõgruentia, quanta firmitas, quanta certitudo. Quod sperauit Dauid, q̄ petijt, id firmiter consecutus est; liberatus de omni angustia; saluatus de manu persequentium: euectus ad apicem Regni; donatus requie ab omnibus inimicis suis.

In hac regula & Sapiens suam illam sententiam collocauit ac roborauit: *Qui bonorum norat patrem suum, iucundabitur in filio. Qualem te gesseris erga patrem tuum, tales erga te experietis filios tuos. Si patrem honoraueris, à filijs honoraberis; si secus feceris, non fallit regula, non erit tibi filiorum iucunda successio. Ita enim idem Dauid modeste cõminans Sauli persequentis, iustam illius futuram punitionem, pronuntiauit: *Iudicet Dominus inter me & te, & i. Reg. 14. vlciscatur me Dominus & te.* Sicut & in 13. prouerbio antiquo dicitur: *Ab impijs egredietur impietas.* Prouerbiũ hoc ex regula illa ortum est. Impius in alium, in seipsum impius est. Impietas sua sibi erit exitio. Consumetur nequitia peccatorum, id est, secundum literam Hebraicam; consumet nequitia peccatores. *Ærugo ferri ferrum rodet; humor ligni lignum corrumpet: aqua sibi dimissa, si non moueatur, foetet, facta sibi corruptio. O quanta huius regulæ veritas, quanta est virtus! Saul ipse dum actu persequitur Dauidem, dum querit ad necem; videns & manu tangens eius mansuetudinem, cogitur à veritate in hac verba prorumpere, & cum fletu: *Iustior tu es, quam ego. Te enim tribuisti mihi bona; ego autem reddidi tibi mala; sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo, quod hodie operatus es in me; & certissime scio quod rognaturus sis.* Victus impius Rex tanta pietate Dauidis, tanta patientiæ ipsius potentia, rogat pro illius salute, quam ipse infertur.**

Statu: totis totius regni sui viribus conatur illum interficere; & tamen precatur Deum, ut illum saluet, eripiatq; de manibus suis. Neq; oratione contentus, Et assertione confortat, & confirmat; *Certissime scio, quod regnaturus sis.* Quæ tamen postmodum nõ destitit persequi; veritas in ore, impietas in opere. Hæc ita stabilita regula istam: *in qua mensura mensi fueritis, remetietur tibi vobis,* voluit eam in cordibus nostris impressam esse fortissimè.

19. Sapientes ordinatione mundi confidentes sapientiam didicerunt. Discite iustitiam vos, qui ceteros iudicatis. Non est opus nobis in longinqua discurrere. Manete in vobis ipsis, legite in tabulis cordis vestri, & inuenietis virtutem, & iustitiam apprehendetis. Tu homo vel iustus sis, vel iniustus; vide vias tuas; scito quid feceris: bonum bonos tuetur: malum malos perdit; *Comedet unusquisq; fructus via sua.* Desiderium suum in se dabitur. *Desiderium peccatorum peribit. Nonit Dominus via iustorum & iter impiorum peribit.* Quod vadunt omnes homines? Omnes quarunt quæ sua sunt. Quarunt bona sibi. Bonum appetunt omnes, expetunt, exquirunt. Si ambulat vias terræ; si perambulans semitas maris; si pennas sibi assumunt, sicut volucres cæli currentes, decurrentes, peruolantes, & nunq; in eodem statu permanentes, nihil quarunt aliud quam bona sibi. Nouit Dominus viam iustorum, probat illam, deducit per illam, confortans & dicens: *Quarite & inuenietis. Comedite bonum, & delebitur in crassitudine anima vestra.* E contra iter impiorum peribit. *Decident à cogitationibus suis: semper quærentes, & nunquam inuenientes: umbras prosequentes, umbras & phantasmata apprehendentes; & nihil tandem inuenientes in manibus suis.* Disce ex te ipso quæ tua sunt. Si ex te ipso discis, quæ sunt proximi tui; discet magis, quæ tibi euentura sunt, siue bona siue mala; si benefeceris, statim recipies; si malefeceris, statim in foribus aderit peccatum tuum. Quonia in qua mensura mensus fueris, tibi remetietur. *Non enim iniustus Deus, ut obliuiscatur operis vestri.* Quoniam reddet unicuiq; secundum opera

sua. *Quoniam iustus Dominus, & iustitiam dilexit: & Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Hæc igitur cogitantes, omnem sollicitudinem abjiciamus, siue erga nos siue contra proximum, & ad cælestia suspiremus, de illis duntaxat solliciti, ut ea tandem consequamur gratia Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Improbatur sollicitudo ista nimia rerum temporalium: hortamur ad illam cælestium. Iuste iudicatur à Deo, qui alium iudicat. In morali suadetur sollicitudo salutis.

QUAM suauem possemus vitam agere, si animam intendentes in illud Salomonis Prouerbum: *Vnguento, & variis odoribus delectatur cor; & bonis amici consiliu anima dulcoratur:* intentas Iesu Christi Domini nostri consilij aures præberemus. Amicus ipse est, qui amat animas; bona sunt illius consilia, quæ salutis profunt, & huius vitæ & futuræ. Neque huic dulcedini quantumuis vnguenta pretiosa, aut varij odores valent comparari; quod non tanta sit eorum ad cor delectatio, quanta est ad totam vitam ex verbis Domini suauitas & dulcedo. Quam rem consilia eius, in præsentia lectione nobis data, demonstrant euidenter. Quæ enim vitæ æquabilitas omnibus esset, si non sollicitarentur in crastinum, si proximi iudicij non occuparemur? Illud etiam sapientis dictum obseruantes: *De ea re, quæ te non molestat, ne ceteris.* Hæc igitur bona, sancta vtiliaque consilia, promptè suscipiamus & mente & voluntate. *Nolite solliciti esse in crastinum. Nolite iudicare ut non iudicemini.*

Vbi apertè videmus, Saluatorem nostrum vtilia nobis proponere, quæ & huic temporis, quo viuimus super terrâ, valde conducunt, & in alio sæculo nobis profunt.

Ggg 3 Iuxta

- Iſa* 48. 17. Iuxta quod dixerat in Propheta : Ego Dominus docens te utilia. Et hoc maxime ubi prima facie appositum videtur. Et ut partem primam aggrediamur, qua sollicitudo in crastinum prohibetur: sapientia atque prudentia ab omnibus iudicatur, quod quis futuris necessitatibus tempore prospiciat oportuno. Unde Salomon ipse docet : *Qui congregat in messe filius sapiens: qui autem stertit astate filius confusiois.* Pigrum caufatur, dicens; *Propter frigus arare noluit: mendicabit ergo astate, & non dabitur illi.* Rursus: *Provi. 21. 5. Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger semper in egestate est.* Illum *Provi. 6. 6:* quoque ad fornicam, ut sapientiam discat, mittit. Sed ecce plusquam Salomon hic, ita docens & hortans: *Nolite solliciti esse in crastinum.* Ut ergo appareat veritas, que utrumque conciliet, & ostendat verum atque conducens suadere.
2. Sciendum est, quod in providentia futurorum duo possunt contingere. Alterum est labor & diligentia: Alterum est animi sollicitudo & anxietas quaedam. Et illa quidem bona est & utilis, hæc verò culpabilis & molesta. Vterque quod sibi congruebat, docuit. Salomō plurimum docet, quæ cōmuni hominum conuictui conducunt, hominis componens mores, quatenus ad præsentem vitam sapientem ducendum faciunt. Sed cum parabola sint dicta & enūtiata, eleuanda sunt ad apertam veritatem rerum spiritualium, quæ spectant vitam virtutis & sanctitatis. At Christus iam non in proverbij loquitur, sed apertam annunciat veritatem, loquens de Regno Dei. Propterea quoniam in labore, & diligentia prospiciendi in futurum anxietas plurimum interuenit, cautela adhibet Christus, qua ipsam amouet sollicitudinem: simul docens, quod perfectum est, & legi suæ congruit, quæ altior est, quam vetus, secundum ea, quæ in utraque in primis manifesta sunt, atque euidenter apparentia. Ad eod quod, & si liceat in crastinum providere, perfectius tamen atque excellentius sit, de crastino nō vel cogitare.
3. Qua in re duo admodum præstantia, suā, qua præditus est, charitate & sapientia nobis ingent, Hoc quidem, quod molestia

nos leuat: illud verò, quod mentem immaculatam reddit, solutam & expeditam: in utroque docens utilis. Propterea si eleuentur Salomonis proverbia ad documenta salutis, illis admodum cōfert, quod docet Christus: Intendas ergo Salomonem, quod dum tempus habemus, operemur bonum spectans ad Regnum Dei. Si huius rei exemplū id, quod in libro Ecclesiastæ docet: *Quocumque, facere potest manus tua, instanter operare:* quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quod tu properas. Quid magis ad hunc colligendum thesaurum confert, quam de temporalibus nullā habere sollicitudinem? Propterea enim & sabbatum iubetur custodiri, qui e-rat dies Deo sanctificatus, ad eod ut nihil operis fiat in eo, sed totus sit homo in Dei obsequio occupatus. Vita verò Christianorum, intendit Christus, quod sabbatum sit. Unde Paulus: *Relinquitur sabbatum populo Dei.* Et alibi: *Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.* Volo autem vos sine sollicitudine esse. Atque ita mirabilis consonantia concordat sapiens a Deo Salomon, & Sapientia Dei Christus.

Sed suauitatem quoque ac delectationem huius consilij Euangelici consideremus. Quid intenditur, dum docemur diligentiam atque providentiam in futurum? certe commodum, ut homo non egeat, & non patiarur. Propterea de pigro iam dictum est. Mendicabit. *Mendicabit ergo astate, & non dabitur illi.* Quid hoc nisi malum, afficiens corpus & animum? quod bene respondet illius negligentia, quam prius tetigit dicit: *Propter frigus piger arare noluit.* Quare propter frigus? ne videlicet frigoris molestiam sustineret. Quod est dicere: Ut parua molestia euitaret, incidit in maiorem, iuxta illud. *Qui timet pruinam, irruet super eum nix.* Ergo qui pigritia abiecit, sibi prouiderit in posterum, gaudebit in bonis suis, omni leuatus miseria ac tædio. Compensat autem suo consilio hanc voluptatem Christus, quoniam sollicitudo angit animum, rodit, & cruciat. O si dulcedinem hanc homines degustarent, qua liber fruitur animus! Conditio ponarū infernalium maxima est, quod ligati sint manibus & pedi-

Gen. 9. 25. & pedibus: & res omnibus animantibus molestissima est, vinciri & recludi: Libertas enim omnibus iucunda est: propter q̄ & poena seruitutis assignata est Chanaam. Hoc verò humana menti contingit, quæ tam libera est creata, vt solum Deum cognosceret Dominum, de cætero ab omnibus libera esset. Quapropter nihil illi repugnat magis, quàm seruire cuiquam, præter Deum. Vincula autem, quibus ligatur, amores eius sunt: vnde & Charitas, vinculum appellatur. Si ergò amat creaturas, illis obligata est, facta illarum serua. Quid igitur dulcius esse potest, quid grati⁹, quid vilius, quàm liberum esse ex omnibus? q̄ soli Deo seruire? Hoc enim sicut gloriosum est, ita & iucundum est, plenumq; voluptate. Vt non immeritò huiusmodi Proverbium Sapiens proferat: *Qui seruat fructum, comedit fructus eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur.* Dulcedinem ficius, vt experiuntur homines, ita & in parabola Abimelech aperte monstratur, vbi inducit arbor ista dicens: *Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructu q̄ suauissimos; & ire, vt inter cætera ligna promouear?* Hos fructus comedit, qui arborem seruat. Quis verò seruat? Qui custos est domini sui. Sit verum de dominis secularibus, quòd qui curam illorum habent, ab eis glorificatur. Sed parabola ad sublimiora nos erigens, docet, dulcedinem singularem, suauissimamque illum degustare, qui seruit Domino soli. Hoc enim intelligitur per cultu diam, vt de re nulla alia sollicitus sit; sed diuino obsequio totus intentus. Et quam gloriã recipit à Domino suo, à quo glorificatur, nisi quòd constituitur super omnia opera sua, vt omnibus dominetur? Vides quomodò libertas & dominatio, & gloriã affert & dulcedinem? Hanc sancti experti sunt, qui eleuati ad summam libertatem filiorum Dei, omnia contemnebat. In quos optimè illud quadrat: *Anima saturata calcabit faenum:* sicut è contra, qui diligunt mundum, experiuntur quod subdit Salomon: *Et anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet.* Cum certum sit, sollicitudinē temporalium amarã esse maxime, cui tamè ob insatiabilem concupiscen-

tiam oculorum vacant iugiter seculares, de quibus scriptum est: *Infernus & perditio Pro 27. 20 nunquã implentur: similiter & oculi hominũ insatiabiles.* Tanta illorũ esuries facit, vt amara mundi quasi dulcia sumant; quæ Sancti, qui sincerum habent palatũ, amara sentientes, gustata cœlesti dulcedine, calcant; Et ipsam dulcedinē, qualiscunq; sentiatur in ipsis, spernentes, & sub pedib⁹ suis proicientes. Hanc dulcedinem in nobis Christus cupiens ponere, consiliũ dat: *Nolite solviti esse in crastinum.* Neq; n aliud est malitia diei, de qua subdit: *Sufficit diei malitia sua;* quam malum associans sollicitudinem, & ipsius sollicitudinis detrimētũ.

Vis videre hanc malitiam amaritudinemq; in homine vno? Balaã ariolus, homo pessim⁹, mercedis cupidus, q̄ illi Moabitaram Rex Balac offerebat, optabat illius annuere votis populo maledicens, non audebat Deo inconsulto id præstare: Audit à Deo: *Noli ire cum eis, neq; maledicas populo, quia benedictus est.* Maiori instantia Balaã missis nobiliorib⁹ Principib⁹, magnãq; oblatã mercede illum inuitat, cuius mercedis cupitate illectus, cupiens accedere ad Balac, rursus Deum consulit, qui cognita illius avaritia respondit. Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita duntaxat, vt quod tibi præcepero facias. Vadit lucrum sperans, quòd præsumat populo se maledicere. Obuius Angelus iter impedit, illum arguit dicens. Ego veni, vt aduersarer tibi; quia peruersa est via tua, mihiq; contraria. Concedit tamè vt vadat, præcipiens. Caue nẽ aliud, quàm præcepero tibi, loquaris. Vadit & suis incantatoribus conatur maledicere; sed Deo mouente linguam eius, benedicit. Iterumatque iterum conatus maledicere, benedicere cogitur. Cuius intentio atque conatus ex eo apparet, quòd Scriptura dicit. Cum vidisset Balaam quod placeret Domino vt benediceret Israël, nequaquam abiit, vt antè petregerat, vt augurium quæreret. Accidit tandem, ne mercedem perderet, consilium dedit, vt per mulieres populũ corrumperet, quod sic posset illũ superare. Ecce studium & assiduitas avari. Amor nummi incitat illum, & tamen si impeditur sepe & redargutus,

dargutus, non desistit tamen à peruersa via sua. Frustrantur consilia sæpe, diligentia, labores, permanet tamen in proposito distendendi; semper sollicitus, semper anxius, semper mente laborans & corpore.

*Exhortatio
Num. 31. 8*

Quid conaris miser? quid meditaris? quid moliris? frustra fatigaris. Labor certus, incerta spes Animi afflictio re, pecunie additio spe. Nunquid Balaam deniq; non perit interfectus in bello? Auarus tota die ac nocte in laboribus est, & perit tandem, nihil secum afferens de rebus, pro quibus laborauit: sed nudus reuertetur, vnde nudus egressus est. *Si sufficit diei malitia sua.* Igitur dies omnes mali, secum habentes malitiam suam. Quæ verò illa? Necessitas sustentandi corpus hoc corruptibile. Cui si addas sollicitudinem in crastinum, aggeras temporis malitiam: & quantò maior est sollicitudo, ad plura extendens sese, maioriq; studio terrena procurans; maior est malitia, maior afflictio, tum propter laborem, tum propter laboris frustratione. Laboratio corpus, frustratio animum affligit, vt nec caro requiescat, nec quiescat animus. Viti, etiam ne post tot experimenta laborum & dolorum, quos frustra suscepistis, in hac tam manifesta insania permanetis? Balaamita nimirum, qui scelestum hunc imitami, idola adoranté, à demonibus auguria quarentem. Eiusmodi est negotium suum, vt Deo prohibente, id transigere non possit; putans, se prima vice deos falsos alloqui, quos colebat; sed Deus verus prohibet, ne vadat ad maledicendum populum. Toties videt, Deo displicere, qd facere conatur; perseuerat tamen iugiter in peruersa illa sua atq; auara mente. Sic semitæ omnes auari non declinant à consiliis suis, vsq; dum perficiantur, & deniq; dum pereunt. Quam grauis putatis erat ipsi Balaam diuina correptio, dum illi prohiberetur maledicere? Nollent auari, nollent mundani suas voluntates præpediri; vellent blanditiis & adulationibus demulceri: sed

Prov. 27. 8

quid Salomon? *Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus.* Amat nos Dominus. Sed quid amor iste prodesset, si in effectu non appareret? En clarus effectus, manifesta correptio, quam tamen re-

spuit, qui sui amans, inane atq; peruersum desiderium suum explere conatur? Heu miser, non vis ergò amari à Deo? Non vis iuari? *Veni, vt aduersarer tibi* dixit Angelus Num. ad Balaam. Aduersatur Deus consiliis tuis, quia peruersa sunt, illiq; contraria. Esto tu contentiens aduersario tuo, ne pereas.

SECUNDA PARS,

Quid mirum, si qui sibi nequam est, alijs non sit bonus? Bonum te lex facere intendit, dum iubet: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum* At qui diligit iniquitatem, qui sibi noxia cupit, quippe qui sapientiam non audiat, hostis est animæ suæ: ille non diligit seipsum; odit animam suam; odio habet carnem suam, dum nutrit & fouet eam. Et qui seipsum odit, neminem diligere potest, quem diligere sicut seipsum debet. At qui superfluis curis secularibus detinetur, sibi ipsi inimicus est. Ille ergò & proximo inimicus sit, necesse est Recte ergò vbi sollicitudo prohibetur, quæ nobis noxij sumus, ibi quoq; ne proximo noxij simus, prohibemur. *Nolite inquit iudicari, vt nõ iudicemini.* quin magis etiam hic interdicitur nobis malum nostrum, quod alios iudicantes incurramus. *Vt non iudicemini,* inquit. Quod nunc placet considerare.

Vbi aduerte, quòd sibi homo dupliciter nocere potest, vel sibi ipsi malum inferendo, vt qui se interimit vt Saul, vel qui aliu prouocat ad suum detrimentum, vt propheta quidam homini sibi occurrenti dixit: *Percute me* Quamquam autem omnis peccans vtroq; modo sibi noceat, quia & se deordinat, & priuat pace & gratia Dei, & à Deo puniri de sua iniquitate meretur: peccata tamen quædam apertius & immediatius peccanti nocent, quædam ab alijs merentur castigari. Hoc pacto sui esse sollicitum, sibi ipsi nocimento est. Qui verò proximum iudicat, hic aliorum iudicium super se suo trahit merito. De primo dicit Salomò tale Prouerbum. *Sicut auis trans migrans de nido suo: sic vir, qui derelinquit locum suum.* Auis in nido suo quiescit, ubi parit & nutrit pullos suos. Locus vni est status, illi à Deo constitutus, animæ quietis & pax,

& pax, propriumque officium & munus; quem locum si dimiserit incertis vagans sedibus, sibi ipsi periculum creat, damnū, & incommodum. Quandoquidem idem

Num. 27. 10 Salomon. *Domum fratris tui nē ingrediarius in die afflictionis tuae. Qui enim locum suū derelinquit, vix locum inueniet etiam apud fratres, vbi tuto recipere se possit in suis necessitatibus. Docemur ergo ista sententia, nē ipsi nobis ipsis malum inferam⁹.*

Micb. 7. 5. At vtrā proximo, siue a quocunque caueamus, vbiq; docemur: aded vt ab ea quoq; cauendum sit, quæ dormit in sinu viri, quandō illi molesta est. Propterea idem

Num. 27. Sapiens ait: *Tecla persillantia in die frigidis, & litigiosa mulier comparantur: qui re-*

16. sine eam, quasi qui ventum teneat. Magna molestia quod tecla, quandō frigus est, persillit; sed maior sanē litigiosa mulier, cui remedium adhiberi non potest, sicut ventus teneri non potest.

9 Hoc ergo secundum malum, nunc euitare docemur. Madianitæ & Balaam, qui populo aduersati sunt, interfecti sunt sic iubente Deo. Hostes vos sentiant Madi-

Num. 25. 17. nitæ, & percutite eos: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepere infidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiam Ducis Madian. Quod factū est dicente Scriptura.

Num. 31. 7. Cumque pugnant, & vicissent; Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. Sententia ista Dei ante mentis oculos semper habenda est. Hostes vos sentiant, quia hostiliter egerunt. Quia *qua mensura mēsi fuerit, remeietur vobis.* Propterea Sapiens.

Ecc. 7. 1. Noli facere mala, & non te apprehendent.

2. *Discede ab iniquo* (id est iniquitate) *& desicent mala ab te. Fili non semines mala in sulcis iniustitia, & non metes ea in septupliū.*

Num. 31. 1. Cur verō iussit Deus, vt fieret vltio ista ante mortem Moyfi, dicente Domino: Vlciscere prius filios Israël de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum? Textus ostendit, quod relata victoria, populus, si non affuisset Moyfes, peccasset, mulieres referuando. Vbi docemur, quod iusta erit pœna peccantium, ac plena; nihilq; proferat ad plenam perfectamque iusticiam. Mulieres verō cognitæ referuabant, quæ iussu Moyfi occisæ sunt, vt consonant pe-

Tom. II, Bellintani.

na puniretur culpa. Ergo nouerimus, quod ad mensuram delicti erit & plagarum modus. Ad mensuram (inquam) delicti, non delectationis, quia si opus attendas, modicum quid videtur: sed si delictum in illo opere perpetratum, si Dei offensam, si peccatum, quatenus peccatum est, quid grande est, & grandi punitione dignum. Vna mulier fuit, quæ populum corripit, paucis adiunctis, sed omnes mulieres Madianitæ, quæ captæ fuerant, interfectæ sunt. Voluit Deus, vt, legislatore viuente, ista vindicta sumeretur, vt sciamus hoc ad legem Dei pertinere, vt qui peccat puniatur, eaque mensura qua peccauit: & qui aliter intelligit, legi contrariatur.

Vbi notandum, quod Deus maximè offenditur ab his, qui suæ iustitiæ, qua peccantes punit, aduersantur; quæ res maximè Dei furorem accendit, vt tantò magis puniat. Hoc enim peccatum est contra Spiritum Sanctum, quia contra ipsum Deum surgit, non ex fragilitate, sed ex malitia & temeritate. Si enim iudicare proximum, causa est, vt iudicans iudicetur; quid de illis erit, qui iudicia Dei iusta sugillare ausu temerario præsumpserint? Semel atq; iterum Deus populum delere decreuit. Pri-

Deut. 25. 2.

10

Exo. 32. 9.

11

Num. 14.

12.

Num. 16.

13.

Num. 16.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

H h h

Aaron,

Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thimiam: & stans inter mortuos & viuentes, pro populo deprecatus est. Equo animo, vt ita dicā, fert Deus alia peccata, quæ rogatus facillè demittit. Sed contra suam iustitiam, qua flagellat peccatores, pugnare; nō potest nisi atrociter ferre: propterea non minatus est modò; sed inflicta plaga, suum furorem ostendit.

12. Nunquid verò contra suam hanc iustitiam verè non pugnant, qui dicunt: *Circa*

Iob. 12. 14. cardines cali ambulat, nec nostra cōsiderat:

Ecl. 5. 6. Misericordia Dei magna est, multitudinē peccatorum meorum miserebitur? Neq; verò sermonibus sanctis non contradicunt, qui peccare non cessant, perinde ac si vltio illorū iniquitatis nō sit aliquandò sumēda. Huiusmodi sunt quoque, qui dicunt & docēt: Quid frustra ad tua delēda peccata labore confumeris? quandoquidem pro omnibus sua Christus passione satisfecit. Nimirum stat sententia. *Anima qua peccauerit, ipsa morietur.*

In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et: *In qua mēsurā mēsi fueritis, remeietur & vobis.*

13. Hoc quidē generale est peccatis omnibus; sed quædam iustitiæ æquitas in iudicandis proximis apparet maximè. Qui enim alium iudicat, seipsum condemnat, vt ait Apostolus: *Quid in proximo iudicas, nisi peccatum?* Sed non audis: *Qui sine peccato est vestrū, primus in illam lapides mittat?* Si ergò eadem facis, quæ iudicas; profectò, iam tu pprio iudicio damnatus es. Iustum enim iudicium nō respicit personam hominum. Quod si tu respicis te ipsum, vt aliis tuo iudicio damnatis, tu quasi innocēs relinquantis, iam peccatum tuum erigit caput, seq; prodir: neq; vt damnetur, procul abeundum est, quandò ipsūmet iudicium, quo peccata condemnas, supra ipsum peccatum, quod falso iudicando cōmittis, iustè reflectitur: hac enim speciali tua sententiā agis, vt ea tu damneris, quæ contra delicta vniuersa, generalis fertur sententia. Quid enim nisi peccatum à quoq; iudicatur? Peccatum

Rom. 2. 1. Quid in proximo iudicas, nisi peccatum? Sed non audis: *Qui sine peccato est vestrū, primus in illam lapides mittat?*

Iob. 8. 7. Si ergò eadem facis, quæ iudicas; profectò, iam tu pprio iudicio damnatus es.

Iustum enim iudicium nō respicit personam hominum. Quod si tu respicis te ipsum, vt aliis tuo iudicio damnatis, tu quasi innocēs relinquantis, iam peccatum tuum erigit caput, seq; prodir: neq; vt damnetur, procul abeundum est, quandò ipsūmet iudicium, quo peccata condemnas, supra ipsum peccatum, quod falso iudicando cōmittis, iustè reflectitur: hac enim speciali tua sententiā agis, vt ea tu damneris, quæ contra delicta vniuersa, generalis fertur sententia. Quid enim nisi peccatum à quoq; iudicatur? Peccatum

(inquam) non hoc, vel illud; sed quicquid apparet sub ratione peccati. Tu ergò tuo iudicio, iam iudicasti omne peccatū damnatione dignum esse; quam veritatem indita lex demonstrauit tibi. Ergò peccata omnia suā habent ex diuina lege determinatam damnationē ac pœnam. Et hoc tam certum atq; perspicuum, vt etiā peccator id nōrit ac fateatur; quandò qui alium iudicat, non est sine peccato: neque trabs in oculo eius ad hoc videndum impedimento est.

Quam igitur excusationem assertis aduersus iudicium Dei? toties Deus Balaam suam voluntatem declarauit, neq; tamen propterea à sua iniquitate cessauit, donec interiret. Iam audierat: *Nō maledicas populo, quia benedictus est.* Et mercedis tamen illectus cupiditate, ad eam maledictionē, omnes erexit vires, vt perueniret. Et tibi quid aliud dicitur his verbis à Christo: *Nolite iudicare, nisi, nō maledicas populo, quia benedictus est.* Nimirum quilibet proximus sic iustus est, vt à te non possit iudicari ac maledici. Quia iudicium Dei est, non tuum, qui occulta hominum videre non potes. Vbi voluit Balaam maledicere, benedixit. Innocens à quocunque maledicatur, à Deo benedictus est. Si habitat in adiutorio Altissimi, quis poterit contra illum præualere? Si in protectione Dei cœli commoratur, quis etiam si esset terræ Deus (vt iactabatur Nabuchodonosor) expugnabit eum? Dicit Holophernes dux militiæ eius: *Non est Deus, nisi Nabuchodonosor; qui est Dominus vniuersæ terræ.* Veruntamen mox in eius exercitu vox ista audietur: *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor.*

Vides potentiam Dei? Heu mi, trabs in oculis vestris obstabit, quò minus Dei iudicia videatis? Num aliquandò nō aperientur oculi vestri ad veritatē dispiciendā? Educite trabem de oculo: excæcat malitia; oculos claudit inordinat⁹ amor. Cur munera excæcant oculos etiam sapientium? Quia omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Ergò dilectio munerum aufert mentis oculum, vt non videat neq; intel-

intelligat. Sic ira impedit animum, ne possit cernere verum: Et propterea sententia concitate iudicans & damnans, crudelis est, non iusta. *Ira* (inquit Salomon) *non habet misericordiam, nec erumpens furor*. Holo-
 phernes audita de ore Achior veritate indignatus est vehementer, dicens illi: *Quoniam prophetasti nobis; gladius militia mea transiet per latera tua. Heu, impetum concitati ferre quis poterit?* Vnusquisque iudicet semetipsum, sese condemnet, vt non cum hoc mundo damnatur, emundet conscientiam suam, expurget oculos suos, mentemque purificet, vt cognita veritate, pius erga Deum, iustus erga seipsum, atque erga proximum sit misericors, vt misericordiam a Deo consequatur. Amen.

M O R A L E.

16 **Q**uam indignum facinus nobis Balaam scelestissimi perfidia ob oculos, atque pertinacia, quæso, ponit? cupit bonam mortem, inquam: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia*. Diuinam contra se profert sententiam & ultionem, semel & iterum. Dixit homo, cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. *Videbo eum, sed non modo; intuebor illum, sed non propè*. Neque tamen a sua iniquitate desistit. Quis non cupiat foelicem finem? Quis non perfectam beatitudinem? Quis non requiem æternam? Norunt fideles, iniquitatem æternam damnatione puniri, audiunt latam sententiam. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis*. Exhortatione illam sentiunt. *Nolite iudicare, & non iudicabimini*. Et aliam nihilominus. *Nolite solliciti esse in crastinum*. Et Balaam instar, solliciti de re temporali, quæ certò sibi euentura mala sunt, negligunt, perinde se gerunt ac si euentura non essent. Heus Balaam, diuinam super iustos vides protectionem, & in te ipso illam experiris; qui cupiens maledicere, ad benedicendum impelleris, ex quo fit, vt nouissima tua cupias illorum esse similia. Cur Deo non cedis vo-

lens, vt illius causa populo benedicas? Admoneris de iusta, tuique actibus dignalata sententia, & ad penitentiam non moueris? Heu quot sunt huiusmodi? presentia instant, vos futura non premunt. Hoc facitis, quod facere vidistis Balaam. Dolet, quòd mercedem perdat suæ diuinationis. Deo aliter præcipienti resistit, quantum potest. Sic impij, sic scelesti, illecti presentibus, futura non memorant. Christus sollicitudine tollit temporalium, non in longum duntaxat cogitare prohibet, sed ne in vnum diem, in crastinum, vt quò minus transeuntia curamus, eò pro permanētibus magis laboremus. *Nolite solliciti esse in crastinum*. Videte quid facitis nunc, & quid inde sit euenturum.

De temporalibus incertus euentus est, **17** de spiritualibus certus atque indubitatus. De illis audi Salomonem: *Ne gloriaris in crasti. Prou. 27. 1. num, ignorans quid superuetur a pariat dies*. De spiritualibus idem docet: *Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur viis, concidet semel*. O homines, qui de incertis solliciti, certa dimitunt: casta illa est sollicitudo, ad nihilum valens, necessaria est ista ad omnia valens. Ad quid de crastino sollicitari pro vita ista breui? *crastinus dies sollicitus erit sibi. Sufficit diei malitia sua*. Deus nostras nouit necessitates. Id modicum, quod illarum causa a nobis petit, est presentis diei sollicitudo. Si quid plus facere prætendis, falcem tuam mittis in messem alienam, in diuinam potestatem. Sibi ipsi seruauit de futuris curam; futura certò nouit; nihil illum laet, qui nouit omnia antequam fiat. Hoc sibi seruat: & tu id rapies de manu Dei; Quiduis moliaris, & non rapiet quisque de manu eius: propterea quòd incerte sunt prouidentia nostra. Tanta est futurorum & spiritualium sollicitudo habenda, vt non vacet de presentibus sollicitari. Noxia ergò, nedum casta est de temporalibus in futurum cura. Futura amabo considera, attende, prospice, quæ minime transeunt, quæ semel accepta non præterea derelinquuntur. *Qui peruersis graditur viis, concidet semel*: dixit Salomon. Sint plures illius peruersæ viæ; multa sint mala desideria eius; varia, iniqua consilia: concidet semel, **18.**

fatis est casus vnus, quia non inde vltra confurget. Heu! quare ista non cogitatis in cordibus vestris?

- 18 Stare, & videte. Stantes respicite; alio-
Num. 34.3 qui cadentes aperietis oculos. Sic Baalam:
 Dixit homo, cuius obturatus est oculus,
 qui cadit, & sic aperiantur oculi eius. Nam
 trabs aut potius mens erat in oculis Balaam,
 homo idololatra, ariolus, avarus, dolosus:
 ideo obturatus erat oculus eius, vt non
 videret cælum. Et tu quare non vides eui-
 dentia? expectas quando clausis corporis
 oculis aperiantur oculi interiores, & vi-
 deas casum tuum in profundum abyssi?
 quando corpus cadet, vt cadauer sit, tunc
 perspicias, quam vana fuerint, quam falsa,
 quam fallacia bona huius mundi. Tum ex-
 perieris: & totum corpus, oculus erit, &
 tota anima, quia totus senties, quam ma-
 gna, quam præstantia, quæ nunc futura,
 quia tunc erant præsentia. Cadit & sic a-
 periuntur oculi eius. Quoties intellexit
Nũ 11.12. Balaam diuinam voluntatem? primum
 21. prohibitus est ire. Secundo permittitur, sed
 iustus, vt faceret, quod sibi præciperetur.
 Obstat Angelus, & arguit, itidemque iu-
Num. 23.1. bet, ne aliud loquatur, quam sibi fuerit
 14. præceptum, & sic ire permittit: & nihilo-
 minus peruersa via eius & mens est ad ma-
Num. 24.1. ledicendum. Curat per maleficia sua ma-
 14. ledicere, & non valet: hoc semel; & iterum
 tamẽ tentat, si possit maledicere; & quam-
 uis frustra, rursus opus aggreditur, nec ces-
 sat, nisi etiam remisso conatu mouetur ad
 benedicendum. O malitiam, o duritiem, o
 trabẽ cupiditatis! Sed quid? quod via ma-
 ledicendi non potest, altera exequitur,
 dans consilium, vt per mulieres corruptus
 populus à Deo dimitteretur, & sic cederet
 aduersariis.

- 19 Quis non stupeat tantam huius arioli
 peruersitatem? Dico autem ego: quis non
 admiretur hominum cæcitatem? qui au-
 diunt sermonem Domini; qui norunt il-
 lius voluntatem; quos docet fides de non
 apparentibus, quæ venient aliquando; &
 æquẽ ac Balaam resistunt tamen manda-
 tis Dei. Num stulti sunt eiusmodi, vt ille,
Job. 17.22. de quo Salomon: *Si consideris stultum in
 pila, quasi pisanas, feriente de super pilo, non*

auferetur ab eo stultitia eius. Pisanas est hor-
 deum decorticatum. Incepciones, rationes,
 & exhortationes, comminationes, &
 huiusmodi percussiones pili sunt, quibus
 veluti contunditur homo stultus, vt so-
 lent pisanæ contundi. Et tamen quantum
 est numerus Christianorum, qui durante
 stultitia sua; in insipientia, dico in cæcitate
 in duritia cordis? O homines duræ cer-
 uicis, duræ mentis, duro corde, audite.
Qui dura mentis est, corruet in malum. A. Pro-
 nimium intendite in ea, quæ aduenient vo-
 bis. Nisi conuersi fueritis, corruetis in ma-
 lum: non ibitis duntaxat in malum, nõ ca-
 detis in illud, aut concideris; corruetis,
 ruinoseruetis, vt non sit vltra resurgendi
 spes. Sic ista vna cõfusio pili, quod est ver-
 bum Dei. Num fortis non est hic icetus,
 qui nobis minatur æternum interitum? O
 stulte, adhuc sentias percussorem huius
 pili, huius mallei, qui etiam Petram con-
 conterit. Num natura ipsa tua, id est tu-
 pse, non repugnat (inquam) tuæ prænarri-
 cationi? patitur nõ illa, vt trabs sit in ho-
 minis oculo? Ergo qui trabem habet in o-
 culo, naturæ aduersatur. Trabs est magna
 quidem iniquitas tua, quam habes in ani-
 ma, quæ tota oculus est; & quod natura
 patitur, id exequitur malitia: O malitia!
 Denuo feriaris. Possibile nõ est, vt cui
 trabs oculum perdidit, occupat, opprimat,
 quidquam videat? Videbis autem tu, cum
 trabe in oculo, proximum tuum? Videbis
 oculum eius? Videbis in eo festucam? Vi-
 debis modicum quid, quod ab oculo, nisi
 acutus sit & mundus, videri non potest? At
 malitia tua aperit tibi oculum ad videndas
 proximi tui fragilitates, leuia etiam pec-
 cata sua. O naturæ aduersator! An natura
 fert, vt de aliis magis, quam de se quisquã
 sollicitus sit? Vnde tibi ergo de aliis cogita-
 tio, de te ipso obliuio, vt alius sis salutis, exi-
 tio tibi? non charitas, non zelus, non pie-
 tas, malitia, malitia hoc tibi suggerit; ma-
 litia naturæ contraria, contraria charitati.
 O prodigium; o non hæc tunc audita no-
 uitas! Vider quis parua existentia procul,
 propè existentia, quæ magna sunt valde,
 non discernit. Consonum nõ naturæ istud
 est? stultus autem iste noster hoc valet,
 hoc vult;

hoc vult, sic videt: grandia sua peccata nō iacetur, aliorum parua clarius aspicit. Sua sibi propinqua illum latent, aliorum remota & minuta, illi parent. Clamat natura, quod naturalis scripsit: *Quod non enī est non est scientia. Quod non est verū, nemo vidit unquam.* Et videbis tu, o stulte, in proximo tuo mala, quæ non fecit? peccata quæ non habet? culpas, quæ non existunt? & hæc videbis, etiam si trabs sit in oculo tuo? O iniquitas inimica natura! O peccata naturali ordini repugnantia! Hæc stultus si consideraret, stultus non esset: sed si contuderis stultum in pila, non auferetur ab eo stultitia eius. Veniat desuper feriens pilus etiam flagellorum, quibus eiusmodi duros homines percutiat brachiū Domini. Et erit quod dictum est per Prophetam. *Populus non est reuersus ad percipientem se, & Dominum non exquisierunt.* Et quod dolet Dominus: *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* Et si illata non mouent, mouebunt intentata flagella? Factis non cedunt, & verbis cedent? Quod non faciunt presentia malafacient futura? De stulto actum est. Non auferetur ab eo stultitia eius. Fert in animo, quod non feret in oculos; fert in corde, quod non feret in corpore. Ibi insensatus, hic sensibilis, etiam plus quam oportet. Trabem non sustineret in capite, immanitates tenet in mente. O stulti & duro corde, suscipite disciplinam, cedite pilo, accipite verbum sanum & irreprehensibile, vt sitis sine querela in die Domini nostri Iesu Christi, qui redimat vos à malis & repleat bonis. Amen.

FERIA IV. DOMINICÆ
DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Nolite dare sanctum canibus,
nec mittatis margaritas vestras ante porcos.
Matth. 7. 6.

ARGVMENTVM.

Ad orationem nos Christus inuitat praecepto & ratione, vt propensius ei obtemperemus. In praecepto duo considerantur, vis ipsius iustionis, & vis verborum illam exprimentium. Orationis effectus est, nos Deo coniungere. Quomodo petere debeamus in oratione.

VÆ nobis, si nobiscum vellet Deus praeceptum illud obseruari. quod fecit Apostolis suis, quos Doctores instituit orbis terrarum, dicens. *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* Per sanctum & per margaritas intelligens Euangelium suum: quod, quia sanctum est, canibus immundis non est dispertiendum. Quoniam verò pretiosum, ante porcos mittendum nō est, qui illius valorem ignorantes, pedibus illud facile cœculcabunt; imò vtrique, & canes & porci, hinc irritati, insurgent contra vos, vt veluti vasa dirumpant, vbi thesaurus iste repositus est. Væ (inquam) nobis, quoniam si vitam nostram attendamus, non longè erimus ab his immundis bestiis, de quibus Prouerbum est illud Salomonis citatum à Petro Apostolorum Principe: *Canis reuersus ad suum vomitū, & sus losa in volutabro luti.* Et idcirco indignissimi, quibus verbum salutis tribuatur: Quo si priuaremur, vitæ fieremus exortes, quoniam fructus iusti, lignum vitæ. Mitius tamen nobiscum egit clementissimus Deus; tum, quia inter multos indignos, sunt & digni, quibus non propter indignos cœlestis subtrahenda est alimonia; tum quia credendum non est, omnes indignos, tantæ esse peruersitatis & procacitatis, vt contra ministros Dei sacrilegè insiliant. Imò persuademus magis nobismet, vos attentè ac reuerenter, verbum istud accepturos, quod potissimum erit de oratione, quæ virtus summoperè omnibus necessaria est: Quod vt prestare dignemini, obnixè rogo.

1. Pet. 2. 2.
Pro 2. 6. 11.
Pro, 11. 30.

- Diuisio.** 1. Ad orationem Dominus nos valde excitat, præcepto & ratione, iubens videlicet, ut illam exerceamus: addensque rationem, cur illam colere debeamus. Air enim: *Petite, & accipietis, Quarite, & inuenietis, Pulsate, & aperietur vobis.* In verbis imperatiuis, *Petite, Quarite, Pulsate,* præceptum habemus. In verbis indicatiuis promissionem continentibus, rationem habemus a pertam. Vt sciamus Deum, quamuis ex Maiestate & Potestate sua mereatur, vt à creaturis omnibus illi obtemperetur; leges tamen suas atque præcepta ad nostram utilitatem esse destinatas, voluisse nobis esse compertum, vt utroque simul, & debito & commodo, tracti & impulsus, plenius in ea, quæ nobis præcipiuntur, intendamus. Sic Moyses relaturus legem Populo, eamque denud propofiturus, in fine itineris per desertum, principio ac firationem reddat tam longi tamque diurni itineris, monet, eius causam ipsorum fuisse inobedientiam pertinacem. Infert postmodum iam collata beneficia in traditis sibi regnis duorum Regum Amorrhæorum, Schon & Og. Accedens denique ad legem commemorandam, rationes illius obseruandæ proponit, commoda continentes; ac vltimo loco præcipiens, Dei proponit Maiestatem, in hunc modum exordiens: *Et nunc Israel, audi præcepta, & iudicia quæ ego doceo te.* Immediateque adiicit rationem: *Vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas terram.* Quam rationem amplificans, bifariam diuidit, vt vita promittatur faciētib; & gloria. De vita ait: *O uli vestri viderunt omnia, quæ fecit cōtra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhaeretis Domino Deo vestro, vivitis vniuersi vsque in præsentem diem.* Vbi ex nece inobedientium, & ex vita obtemperantium apparet emolumentum parentium legi. Utilitati verò addit & gloriam subdens: *Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populo, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant. En populus sapiens & intelligens, gens magna.* Nouissime verò ad mentem illis reducit Maiestatem Dei legem ferentis in summitate montis Sinai. *Nè obliuiscaris*

(inquiens) *verborum, quæ viderunt oculi tui. Docebis ea filios, ac nepotes tuos, à die in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb. Et accessistis ad radices montis, qui ardebat vsque ad cælum, erantque in eo tenebræ & nubes, & caligo.* Ita manifestum est sua præcepta nobis munita rationibus proponere, vt ad ea implenda fortius impellat. Quod potissimum erat in hoc orandi præcepto faciendum. Petimus enim, vt accipiamus: *Quarimus, vt inueniamus. Pulsamus denique vt nobis aperiantur.* Cuius reifuturos nos compotes asseuerat, vt ad opus foret accingamur.

Rationem hanc quoque confirmat regula ista generali. *Omni enim, qui petit, accipit; & qui quarit, inuenit; & pulsanti aperietur.* Quam etiam regulam, simulque rationem regulæ innixam, exemplo roborat patrum cōmuniū, qui proprios filios suos à se aliquid postulantes non repellit, verum protinus exaudiūt. *Aui quis est inquit, ex vobis homo, quæ si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aui si pisces petierit, nunquid serpentem porriget ei?* Vide quàm fortiter hoc exemplo argumentationem suam stringat. *Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se?* Vbi aperte affectu paternum ostendit, hæc nobis ferre salutaria præcepta, vt & nos veluti filij obedientie illa deuotè suscipiamus.

Præceptum primum igitur in primis attendamus, in quo veniunt duo cōsideranda: vis ipsius iussionis, & vis verborum illam exprimentium. Vis iussionis maxima est ex fonte, vnde illa procedit, & ex fine ad quem accedit. Fons autem est Deus, qui in lege ferenda frequens dicebat *Ego Dominus. Hoc & hoc facite. Ego Dominus. Leges meas obseruate. Ego Dominus.* At nunc nouæ legis legislator Dominus Iesus est, qui iubet, vt oremus, tanquam qui de cælis ad terram de sinu Patris attulit donorum cælestium abundantiam, vt que nō in vanum pro nobis attulerit, iubet, vt ea petamus, vt digni efficiamur promissionibus eius. Ergo & maiestatem ostendit & pietatem: præcipiendo, Maiestatem certe prodit. At, vt

At, vt petamus ab eo, pietatem cum Maie-
state demonſtrari, ſed magis pietatē. Innuit
enim ſe plenum gratiarum; ſe pronum at-
que propenſum ad eas diſtribuendas; ſe
facile daturum, modò petatur.

5. Antiquo populo non ſic appetē iuſſit vt
peteret, ſed ipſe illis compatiens conde-
ſcendebat, vt diſcerent conſidere in Do-

Exod. 2. 27

7:

mino. *Clamor filiorum Iſrael venit ad me:
dixit Dominus.* Sed fortè non quo ad Do-
minum clamarent, ſed conquerentes de
afflictione, qua ab Ægyptijs opprimeban-
tur, Et tamen vltroncus miſit illis Salua-
torem Moyſen. Murmurabant potius in
neceſſitatibus, quàm precibus atq; humi-
litate Deum exorabant; & tamen ipſe cle-
mens dabat benignitatem. Ita poſt exitum
de Ægypto, appropinquante illis Pharaone,
clamauerunt quidem ad Dominū, ſed
murmurantes dixerunt ad Moyſen: *Forſi-*

Exod. 14.

11.

*tan non erant ſepulchra in Ægypto? Ideò tu-
liſti nos, vt moreremur in ſolitudine.* Sic ad
aquas amaras murmurauit populus contra
Moyſen dicens: *Qui bibemus?* Sic defi-
ciente cibo murmurauit omnis congrega-
tio contra Moyſen & Aaron: *Cur eduxi-*

Exod. 15.

14.

Exod. 16. 2.

*ſti nos de Ægypto, vt occideretis omnem
multitudinem fame?* Sic deſiciente aqua
iurgati ſunt contra Moyſen: *Cur faciſti nos
exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos*

Exod. 17. 2.

Deut. 6. 16

17. 106 13

noſtros, & iumenta ſui? Tentabant Deum,
vt impingit illis Moyſes, non rogabant in
in neceſſitatibus ſuis. Quo ſenſu id intel-
ligi poteſt, quod canitur in Pſalmo: *Et cla-*

17. 106 13

mauerunt ad Dominum, cum tribularen-

17. 106 13

tur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Niſi fortè hoc idè intelligatur, quia
Moyſes pro ipſis clamabat: Deus tamen
miſericors & clemens, opem ferebat, vt ſui
noſſiam illis ingereret, & oſtenderet glo-
riã ſuam in vniuerſa terra; præterq̃ quod,
& in populo multi ſancti orabãt, & popu-
lus ipſe didicit deprecari. Nunc autè mo-
net & iubet, vt petamus, vt nobis ſit per-
ſuaſiſſimum, diuitem illum eſſe in miſeri-

Eph. 2. 4.

Rom. 8. 32.

cordia. Qui, quod maius eſt, dedit, nempe
Filium ſuū vniuerſum, ne dubitemus, quin
omnia nobis cum illo donaturus ſit.

6.

Rurſus iubens poſtulari, oſtendit ſe o-

6.

mnium Prouiſorè, qui Creator eſt omniū.

Vt corpus conſeruariet, parauit illi cibos,
quibus libenter veſcitur. Vt alimenta con-
tinuarentur, herbas & arbores inſtituit, cū
ſeminibus generis ſui. Sed quoniã peccata
noſtra, prohibuerunt bonum à nobis, pro-
uocantes Deum ad iram, *Leuem. 5. 23*
remedium ora-
tionis adhibuit, vt viuant, quæ ab eo crea-
ta ſunt ad vitam. Oratio enim quædam
vis eſt pertingēs vſq; ad cœlos, vnde hau-
rit, quæ vtilia & neceſſaria ſunt nobis: qua-
ſi nos ſimus vaſa vacua, quæ os aperientia
in oratione, nè vacuum detur, trahunt de
cœleſtibus alimenta cœleſtia.

Per orationem autem proſpicere nobis
voluit Omnipotēs, duplici de cauſa: Qua-
rum eſt altera, vt à Deo iugiter pendea-
mus: & hic eſt finis, ad quem accedit ora-
tio. vnde patet vis maxima huius præcepti
de orando. Omnis quidem creatura pen-
det à Creatore, quaſi radius à ſole: ſi enim
radius à ſole decidatur, recidatur in nihi-
lum neceſſe eſt. Sic creatura omnis, ſub-
tracta manutenentiã diuinã virtutis, ceſſat
proſus eſſe. Et naturalia quidem immo-
biliter perfeuerant, quia non habent vn-
dè peccando à Deo abſcindantur, & in ni-
hilum cedant. Angeli quidem ſtabiles non
ſunt: idcirco aliqui eorum à Deo, reſelle-
runt, quos Deus in eum ſtatim reiecit, in
quo deſiderant mori, ſed fugit mors ab eis.

Qui enim Deo non adhærent, digni ſunt
morte, vt quaſi ad nihilū deducantur. Sed
Angelos Deus & animas rationales eſſe
voluit immortales. Nec propterea tamen
vim intulit naturæ, quæ à Deo receden-
tia conuertit in nihilum, quoniam incor-
ruptibilia Quæ inſtabilia ſunt, deiicit in
conditionē morte deteriorem. Vndè bo-
num eſſet illis, ſi exorta non fuiſſent. Vt
igitur Creatori adhæreant, Angeli tribuit
intellectū, quo ſe à Deo pendentes, vide-
rēt perſpicuè ac perpetuò. At homo obrut⁹
mole carnis, nō ita clarè videt Deum, ſeq;
ab illius manutenentiã continuò depen-
dere: ſed pondere, fragilitate, atq; corrup-
tibilitate carnis ſubtracta, claritas illa cō-
penſatur. Caro enim ipſa ſemper deſiciens,
& in corruptionem labens, clamat ſe con-
ſeruante indigere; vndè panis illi quotidia-
n⁹ neceſſari⁹ eſt, qua neceſſitate cogitur ad
Deum

7.

Iob. 4. 18.

Luc. 11. 3.

Deum quotidie exclamare: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Rectè ergò oratio instituta est, ut quod à nobis obtinere non possumus, à Deo postulantes, Deo ipsi tutori atq; conseruatori adheramus.

8.

Propter hoc in supremis necessitatibus, vi clamoris ad Deum, populo præstitum est subsidium, ut mox visum est. Quando

Exod. 14.

24.

Exod. 16.

13.

Exod. 15.

25.

Exod. 32.

11.

ab hostibus illi imminere mors, clamantes liberati sunt. Quando à defectu rerum necessariorum, eadem imminere mors, & panis & aqua suppeditata sunt. Quando & exterminium ob eorum scelera illorum capitibus imminere, clamans Moyses Dei indignationem auertit. Haud secus iam terram incolebant, patribus eorum repromissam, sæpè captiui, ut commiseri fuerant, à vicinis populis, clamantes saluabantur. Quia ab ipsa terra in alienas abducti, pœnas dantes suarum iniquitatum, si ad Deum conuersi clamabant, auxilium postulantes, exaudiebat illos. Quo fit perspicuum, per orationem homines Deo coniungi, qua coniunctione fit, ut viui conseruentur à Deo.

9.

Hinc & in terris visus, & cum hominibus conuersatus, in sanctuario & templo suo habitans inter illos, locum sibi statutum ad habitandum cum illis, qui domus eius est & dicitur, domum orationis voluit nominari; ut hinc patesceret, orationem vinculum esse quoddam, Deum & homines vnà connectens. Ut quemadmodum Anima vegetat ac regit Corpus, Corpus autem vicissim Animæ deseruit; sic homines à Deo vitam atq; inspirationem recipientes, Deo vicissim ipsi ad nutum obtemperarent. Quomodo Moyses mediator, inter homines & Deum, Deo precans vtebatur, & à Deo excepta & verba & dona super populum effundebat, quasi Moyses suis manibus orationem, & ad Deum ferret, & referret ad populum; quam idèd manibus designabat. Hinc & dimittente Iosue cum Amalec, leuabat ipse ad

Exod. 17.

11.

Deum manus, quibus victoriam obtinebat. Manus leuata ad Deum, manus cum hostibus conferentes roborabant, laborque pugnantium vim suam ab orantis labore hauriebat. Atque ita & pugnans po-

pulus, per orationem Moyses à Deo pendeat; pendeatque Deus subsidij sui virtutem pugnantibus, mediante eadem Moysis oratione.

O vinculum perfectionis, quod est oratio. O fidelium singulare præsidium atq; priuilegium. O apposita verba Moysis! *Nec est alia natio tam grandis, qua habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Habebant quidem aliæ nationes deos suos sibi materialiter appropinquantes, adeo ut eos tangere atque transferre huc atque illuc liberè valerent: at verè longè aberant in auxilio opportuno, opis nihil profusus conferre valentes supplicibus suis. At Deus noster, ut habitat in caelo, non longè est ab vnoquoque nostrum, præfens precibus atq; postulationibus nostris. Oratio enim munda prozimum facit Deo, qui est vita nostra, refugium & virtus, adiutor in tribulationibus nostris. Vnde & Moyses dixerat ibi supra: *Vos autem, qui adheretis Domino Deo vestro, vniuersi.* Appropinquat igitur Deus nobis, dum adest cunctis obsecrationibus nostris. Ergo cum Deo vincimur per obsecrationes.

Quæ coniunctio, præterquam quod bonorum Dei nos facit esse participes, etià ipsius diuinæ nos facit esse naturæ consortes. Dum oras Deum, ut tibi postulata concedat, sic illi adheres, ut fiat ipse Dominus Deus tuus, ut seipsum infundat tibi. Vbi obseruare non pigeat Mosaicam phrasim: dicit prius: *Custodite mandata Domini Dei vestri*: postea verò: *Sicut, quod docuerim vos præcepta atq; iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus.* Vnde ergò ista differentia Deum appellandi, nunc populi nunc suum? Mandatum est in causa, eum sibi correspondente obedientia. Mandat omnibus præcepta, tunc omnium est Dominus & Deus. Mandat Moysi, ut illa doceat; sic Moyses Dominus est ac Deus. Ita ergò & oratio penetrans nubes, intrat in conspectu Dei, inclinans aurem illius ad deprecantis precem. Si aurem suam Deus inclinat homini, totum se inclinat illi; non enim aliud est Deus, aliud auris eius, sicut nobis euenit,

1. Cor. 12. venit, de quibus Apostolus: Si dixerit auri: quonia non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Vis videre, nihil apud Deum interesse, inter aurem & intertorum? Audi Christum in Psalmo, qui idem dicit: *Aures autem perfecisti mihi; corpus autem aptasti mihi.* Aurē vocat Psalms: corpus Apostolus. Ergo auris & corpus idem sunt. Corpus (inquam) illud, de quo scriptum est: *Verbum caro factum est.*

12. Haud secus suo modo, quinimò & excellentius, auris Deus est. Aurē verò audientem, quando quæ petimus, elargitur: sed non sic dona sua à se ablegat, ut fortè putatur, quando talenta partiti sunt, & peregrè profectus est, abiens in regionē longinquam. Hoc enim non est per elongationem præsentia sua, sed per longanimitatem patientiæ, expectans & spectans, num negotiemur ac de negotio lucrū reportemus, ut tandem nos constituat super omnia bona sua. Quod dum facit, seipsum communicat in omnibus bonis suis. Audi Coriphæum Apostolorum: *Maxima & pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc diuina efficiamur consortes nature.* O diuinam pietatem: Indigere nos fecit pane & aqua, huiusmodique rebus vilibus, ut dum hæc postulantes ad Deum erigimur, Deum consequamur, Deum possideamus, eidemque immediatè coniungamur, ut verè sit Deus noster, Emanuel, nobiscum Deus.

13. Hinc saluberrimū trahimus documentum ex verbis illis Apostoli Leuantes puras manus ad Deum. Quis enim pretiosum balsamum in vas immundum infundat? & quomodo pollutas manus extendat ad Deum, quibus magna & pretiosa illius dona excipias, in quib' seipsum dat? Nunquid non audis illum præcipientem. *Nolite dare sanctum canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos.* Num oblitus es alia eiusdem Saluatoris verba? Nō est bonum sumere panē filiorum, & mittere canibus. Filios nos appellat, se Patrē. *Si enim vos cum sitis mali, nosis bona data hære filii vestri: quanto magis Pater vester cæli stus dabit bona parentibus se?* Hæc ergo bona sua sunt panis filiorum, prorsus canibus nō porrigendus. Foris canes. Qui non intrabunt, nec circuibunt ciuitatem, quantumuis famē patiantur, ut canes. Famem (inquam) patiantur; quia non est, qui panem frangat eis & tribuat. En modò, cur docuit nos orare: *Pater noster qui es in cælis.* Nempè ut, dum oramus, filios nos exhibeamus, non canes, aut porcos. Alioqui ut Iacobus scribit: *Petitii, & non accipitis, eò quod male petitis; ut in concupiscentiis vestris infumatis.* Concupiscentia famēs est: multiplicia concupiscere famēs est magna, quæ peccatores, ut canes, patiuntur: quos ideo non exaudit Deus. *Scimus enim, quia peccatores Deus non audit, sed si quis est Dei cultor, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Ideò immundi, si nō prius purificati, templum, quod erat domus orationis, ingredi non poterant. Et Paulus etiam ab vxoribus abstinendum docet, ut vacetur orationi.

Tom. 11. Bellintani.

Sed heu! quàm longè absumus ab his instructionibus? Immundi, iniusti, auari, superbi, elati, immisericordes, accedimus ad deprecandum Deum, & appropinquare Deo præsumimus, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & mandata Dei sui non dereliquerit. Heu! si liceret conscientias discutere tot fidelium, in templo missas audientium, orationes recitantium, quot videremus similes sepulchris dealbatis, qui id, quod de foris est dealbatum & deuorū, ostendunt, intus autem pleni sunt rapinā, hypocrisis, & iniquitate? Deus iubet: *Nolite dare sanctū canibus.* Et putas, ipsum dona sua impertiturum canibus? Num canes nō sunt ij, de quibus Apostolus: *Quod si inuicem mordetis? Mordent murmuratores, detractores, alienum tollentes, inuidentes, zelum habentes amarum, contentiosus; hi canes viuunt.* In gregem porcorum Dominus deprecantes milit spiritus immundos, non gratias suas.

Heu! quot voluūt in volutabro luti, & ad cœnam nuptiarum intrare nō verentur? O gregem porcorum! O multitudo lingentium terram, terrena appetentium, in terrenis delectantium. Quò acceditis deprecaturi? Ad domum Dei? *Hic est Pater noster, qui in cælis est.* Quid igitur terrena

Iii petis

Apo. 12. 15.
Psal. 58. 7.
& 15.
Matt. 6. 9.
Iacob. 4. 3.
Ioh. 9. 31.
I. Cor. 7. 5.
14. Exhortatio.
Ism. 58. 2.
Gal. 5. 15.
MARC. 5. 12

- petis ab eo; qui habitat in caelis? Filius prodigus à longè stans, proposuit postulare patrem suum: *Fac me, sicut unum ex mercenariis tuis.* At factus propè, suam confessus iniquitatem abstinuit à proposita petitione: Indignum se filium apertè professus est, non tamen mercenariorum appetiit, aut petiit conditionè. *Filius manet in domo in aeternum*, seruus & mercenarius non a què. Filius, quæ in domo Patris sunt, appetit, ut illic maneat in aeternum: Mercenarius mercedem quærit, quæ extra domum Patris familiàs vtatur, & in suos vltus conuertat. Petite cœlestia, quæ pertinent ad Regnum. *Quærite primum Regnum Dei, & iustitiam eius; & hæc omnia adiicientur vobis.* Iustitiam Dei quærite, quæ manet in sæculum sæculi. *Quærite Regnum Dei, quod iusto ostendit Deus.*
- Sap. 10. 10.* Dicente Sapiente: *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei.* Ostendit Regnum, dabit iustitiam, quæ per vias rectas deducat ad Regnum. Sed heu! iustitiam negligimus, Regnum spernimus, terrenis inhaeremus. Sapiens monet: *Da misericordiam, & non suscipias peccatorem. Da bono, & non receperis peccatorem. Benefac humili, & nò dederis impio.* Et putas Deum id agere, quod nobis prohibet.

CONCIO PRIMA.

16. **F**acit ad intelligentiam modi orandi sensus illorum trium verborum: *Petite, Quærite, Pulsate.* Quæ idè hic conuenièter examinamus, vt sic modus innotescat orandi. Duplicem quippe possunt habere sensum, vt primò idem significant, quòd pluribus exaggeratur verbis, vt fortius impellamur. Qui sensus, euidentis significatio est magnæ pstantiæ virtutis huius, ad quæ repetitis verbis còpellit nos Dominus, qui diligit nos. Inuenimus enim verbum *Quærite* positum pro *Pestulare*: dū monet Sapiens: *Noli quære à Domino ducatum, neq; à Rege cathedram honoris.* Similiter & *Pulsare*, iuxta illud: *Si perseverauerit pulsans.*
17. Quamvis tamen idem actus per plura hæc verba significaretur, non synonyma sunt tamen, sed addunt aliquid ad actum

postulandi, duo hæc: *Quære* videlicet & *Pulsare*: vt Petere sit simpliciter orare; *Quære* dicat perseverantiam. Petitiò quidem vnico actu potest fieri, nò sic quæritio. Hinc de muliere illa sollicita de perdita drachma scribit Euangelista: *Quærit diligenter, donec inueniat eam.* *Pulsatio* verò instantiam designat. Vndè Domianusamicum, ad cuius ostium pulsatur, inducit respondentem: *Noli mihi molestus esse.* Molestia hæc instantiam notat postulantis; & subdit Dominus: *Si perseverauerit, pulsans, dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eò quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi, quod quibet necessarios.* Itaq; Quæritio perseverantiam addit petitioni: *Pulsatio*, instantiam, quæ coniungit quoque cum perseverantia. Sic docemur, orandum perseveranter & instantè. Vndè Dominus de perseverantia ait: *Oportet semper orare, & nunquàm deficere.* *Multum enim valet* (inquit Iacobus) *deprecatio iusti assidua; & Sapiens: Nò impediaris orare semper, & ne verearis vltimè ad mortem iustificari.* Vult quidem nos continuè proficere in sanctitate & iustitia. Ad quod quoniam necessaria est oratio, semper orandum docet. Et quoniam curæ huius sæculi, multa præbent & non modica impedimenta orationis: hæc à nobis iuxta posse docet amovere & elongare. Rationè addit sapiens, cur & in oratione perseverare, & in iustificatione proficere debeamus, subdens: *Quoniam merces Dei manet in aeternum.* Si finem nunquam profusus habitura est merces, cur opus, cur merces debetur, finè habeat hæc in vita velociter transeunte? Instantiam suadet Apostolus scribens ad Romanos: *Orationi instante.* Et ad Colossenses: *Orationi instate.* Ille est clamor, de quo frequenter Scriptura loquitur: *Clamauerunt ad Dominum. Quid? Clamas ad me? Ad Dominum, cum tribulatione. Clamavi. Idè & Dominus clamore valido, & lacrymis hanc suam vehementissimam instantiam demonstravit. Hinc & in edicto Regis Ninive continetur: *Clament ad Dominum in fortitudine.* Defectus duarum conditionum harum est frequenter in causa, quam obrem non exaudiantur preces.*

preces nostræ: cum quibus tamen vides coniunctam iustitiam. Nam Iacobus dixit: *Multum valet deprecatio iusti assidua.* Et sapiens, cū oratione perseveranti, profectum iustificationis coniunxit. Et Dominus, moleste orantem & improbè, amicum esse notat, qui clamat: *Amice, accomoda mihi tres panes.* Quod si amicus non sit aut iustus, amicitiam querat & iustitiam, camq; & perseveranter & instanter petat, sicut publicanus, qui ascendit in templum, ut oraret, ibiq; humiliter & instanter orans, descendit iustificatus.

18. Possumus per hæc verba non eundem actum interpretari. Nam querere, præter petitionem & alios modos dicit, quibus, quod appetimus, conamur consequi. Propterea sapiens sapientiæ cupidus, postulationi, qua moliebatur sapientiam obtinere, addit & alios modos, nempe, inuestigationem illius, studium, laborem, anxietatem. De petitione enim, cui coniungit quaestionem, ita loquitur: *Ante Templum postulabam pro illa, & usque in nouissimis inquiram eam.* De inuestigatione: *A iuventute mea inuestigabam eam.* De studio: *Inclinavi modicè aurem meam, & excepi illam.* De labore: *Colluctata est anima mea in illa.* De fidelitate: *Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inveni illam.* De anxietate: *Venter meus conturbatus est, querendo illam.* Quo docemur non satis esse, postulare à Domino bona sua; nisi quod nostrum est, faciamus quoq;: Sicut enim, quamuis petas panem, dicens: *Panem nostrum quotidianum da nobis;* nõ tamen cõseris manus, sed laboras, dicente Apostolo: *Qui non vult operari non manducet;* haud secus, qui bona Domini concupiscit, oret quidem cum Moysè, sed & pugnet cum Iosue. Commendet fideli Deo animam suam; sed & laboret anima eius, & agonizare pro anima sua non detrectet. Et his omnibus pulsationem adde, ut omnia diligenter facias instanterque; ut toti simus in deprecando, toti in querendo, lumen accedentes, domum evertentes.

19. Rationem ad huius virtutis deuotum cultum nos excitantem, nunc tandem cõsideremus. Hæc verò certa promissio est

infallibilis veritatis: *Petite (inquit) & accipietis. Omnis enim, qui petit, accipit.* Ratio apprehendèdi mediã, est certa finis expectatio. Qui enim arat & seminat, id facit in spe fructus percipièdi. Qui pugnat, sperat victoriam, de qua si dubitat, pacem querit, ut docet Dominus. Nulla verò potest firmior haberi certitudo, quàm hæc, quæ diuinæ innitur promissioni. Niniuite etiam duobus, an exaudiantur, fortiter clamant. Quo tamen dubio clamare iubentur. *Quis scit (inquit Rex iubens) si conuertatur, & ignoret Deus, & relinquat post se benedictionem, & non peribimus?* Sic piscator mittit rete sub dubio. Sic venator discurret, sperans cum dubietate, num aliquid capiat. Sic totus propè mundus fatigatur pro re, quam admodum incertus expectat: unde & sæpè confunditur. Quanto magis nos conari debemus, vbi firma est certitudo?

Hanc Deus veteribus moliebatur etiam iuramento. Iam pluries Deus promiserat terram, quæ idèd dicitur promissionis, Abrahamo: At tandem nouã auditã promissione interrogauit: *Vndè scire possum, quod possessurus sim eam?* Ipse autem Deus, ut illum faceret certiore, iussit illi rem facere, qua diuinum iusturandum continebatur, ad quod frequens aspiciens Scriptura, dicit de terra illa: *Pro qua iurauit Dominus Patribus populi.* Vide quantum facit Deus, ut illi credamus. Idèd enim exercuit fidem Abraham, cui sæpè fecerat promissiones, & seminis & terræ: quarum executio idèd differebatur, ut res difficilior appareret, ac fortior fieret in fide Amicus Dei. Distulit eum vsque ad senectutem, vsque quo Saræ definerent fieri muliebria, & tunc illi promisit, quod ex vtero eius daret illi semen. Tunc autem credidit, nec considerauit mortuam vuluam Saræ: *Et idèd reputatum est illi ad iustitiam.* Sed fortè miraris, cum in tanto naturæ defectu crediderit semen promittenti, querens signum certitudinis, firmitatemq; promissionis de terræ possessione: *Vndè (inquit) scire possum, quod possessurus sim eam?* Intellige ergò, quod implementationem promissionis de semine illius persona factam, ipse visurus erat; quia in ipso erat perficienda. At terram potissimum

- Gen. 15. 8. posteris eius promittebat. *Semini* (inquit) *suo dabo terram hanc.* Quod si & illi promittitur, dum dicit: *Tibi dabo & semini tuo.*
- Gen. 17. 8. Idem illi promittitur danda, quia danda erat semini eius. Indigebat proinde & semē eius fide in diuinam promissionem. Induit ergo Abraham seminis sui infirmitatem, & certitudinem petit ad confirmandam fidē filiorum suorum. Quam fidem suo tempore etiam in illius filius, nempe in populo Israël, voluit exercere.
22. Sæpe quidem commemorabat Moyses populo, hoc iuramentum factum patribus; sed tamen nūm crederent, Deoq; omnipotenti, & promittenti fiderent tentabantur. Qui sæpe deficientes in fide, Deum ipsi tētabant, nūm firmus esset in promissionib⁹: quando se illis indignos suis iniquitatibus exhibebant, & tot visis probationibus, quibus succurrebat illis in eorum necessitatibus, adhuc hæsitabant, murmurabant, lamentabantur, iurgabantur. Hæc ergo ratio est, quam obrem petit Abraham: *Vnde scire possum, quod possessorus sim eam?* Vnde non dicit. Vnde scire possum, quod tu daturus sis; sed, vnde ego possessor⁹ sim? possessorus (inquam) in posteris meis, qui forte sceleribus suis exacerbabunt clementiā tuam. Vt ergo neq; eorum sceleribus provocatus, non opere impleas, quod promittis, da seruo tuo firmissimam probationē.
- Gen. 15. 16. Quam propterea in iuramento illo expressit, dicens. quod generatione quarta illuc tandem essent reuersuri. Sicut ergo terram illam possessorus erat Abraham in semine suo; sic pro eodem semine postulat certificationem, ad eod, quod semen ipsum, in quo erat adimplenda promissio, firmam teneat ipsius promissionis certitudinem.
23. Nunc altius rem considerantes, attendimus q̄ in hac promissione, iureiurando firmata, continebantur fidei iam reuelatæ mysteria, vt docet Paulus: Nam terrę illius possessio, dominatio est Christi, qui vi promissionis illius hæres factus est mundi, in illo benedicti & iustificati per fidem in ipsum. Ergo in illis bonis, vniuersa, quæ Christus vobis contulit, promittuntur: vt non mireris, quam obrem tam solemnī iuramento firmata sit illa promissio. Vnde
- Gal. 3. 23.

non absurde forsā illo quoq; iuramento de quo P salmista: *Iurauit Dominus, & non pœnitabit eum; tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech:* comprehensa sit. Idem ergo bona, quæ Christus nobis pollicetur, firmant iuramentum illud; vt demū intelligamus inde nos quoq; certum habere atq; persuasissimum, quod *Omnia, qui petit accipit; qui querit, inuenit; & pulsanti aperietur.*

Si autem rei promissæ difficultas commendat Abraham fidem, qui contra spem in spem credidit, certō sperans per gratiam, quod impossibile erat per naturam: certe bonorū, quæ nos obtemus, eximia amplitudo fidem quoq; nostram non parum exalcat, nēpe quod sola petitione fiat nobis, quidquid volumus, nihilq; nobis impossibile sit. O gloriam Christianorum, quibus dicitur: *Petite, & accipietis.* O imensa diuitiarū abundantia, quibus aperti sunt thesauri cœlestes, ad quos per orationem fidei nobis aditus patet. In rerum promissarum difficultate, patuit antiquius diuina potestas, quæ tot tantaq; mirabilia in suorum salutem operata est. At in promissionis generalitate, quæ nullum bonum excipit, pietas nunc Dei nostri declaratur, quæ nobis pollicetur. *Omnia quacunque*

orantes petiit, credite, quia accipietis.

Quod si cum Abraham quæras: Vnde scire possum, q̄ accepturus sim quidquid petiero? Ad firmitatem confugas Abraham. Vbi diuisa sunt animalia illa tria, vacca, capra, aries, & alia occisa sunt, propter quæ Christi mors figurabatur: nam per diuisionem mors intelligitur. Vnde habemus: *Veniet Dominus serui illius, & diuidet eum.* Et, *Ecce Angelus Domini stat, vt secet te medium.* Promissor quippe per secta animalia incedebat medius, veluti protestās. Si non impleuero, quod promitto, hoc mihi faciat Deus, vt & ego diuidar medius, sicut hæc diuisa sunt animalia. Sed vere Christ⁹ ad cōfirmandas promissiones suas mortem obiit, ac si diceret: *Et me ipsum præbeo, vt nemo ambigat, me meis non parciturum bonis, quin omnia vobis abundanter impendam atq; dispendam.* Sic certior factus est Paulus, qui vt nos itidem

certiores faciat, scribit indubitanter de Deo: *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Testamentum enim in mortuis confirmatum est: asserit idem Apostolus.

26 Vt verò manifestet Dominus Iesus, quā ardentem cupiat sua nobis bona conferre, ad nos ipsos nos mittit, vt in nobis ipsis veritatem discamus suarum promissionū. *Aut qui est (inquit) ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem, nūquid serpentem porriget ei? Si ergo vos, cum sitis mali, nostris bona data dare filijs vestris; quāto magis Pater vester cœlestis dabit bona petentibus.* Docet monetque natura ipsa, vt petenti filio bonum tribuat pater; Multo igitur magis Deus, cuius natura bonitas est; A quo omnis paternitas, in cœlo & in terra, nominatur; cum sit Pater noster, & non quicumque, sed qui habitat in cœlis; implebit bonis sperantes in se, postulantes à se.

27 Vbi aduerte phrasim. *Vos etiam si mali sitis, nostris bona data dare filijs vestris.* Nostris (inquā) Amor errorem tollit, vt non des pro pane lapidem, nec pro pisce serpentem; quamuis inter illa sit aliqua similitudo: similitudo autē sit mater fallitatis. Sed charitas mittit foras omnem errorem; etiam si simus mali: neque bona, quæ damus, à nobis sunt, sed data nobis sunt. Deus ergo, qui solus est bonus, & omnia bona sua secum portat, vt quæ ab illo sunt, non sibi à quouis alio data, atque ad eum optimè noverit illa, nō multo magis bona dabit. Quia etiam petentes decipiuntur, petendo. *Nescimus enim quid petamus. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus.* Deus certè non fallitur, nec sequitur ignorantiam nostram, sed bona dat petentibus, etiam si illi lapidem pro pane postularent, serpentem expecterent, piscem illum esse existimantes.

28 Duo autem docemur his verbis Domini, quæ ad nos pertinent, Alterum ad personam nostram, alterum ad petitionem nostram. Quod pertinet ad personam, est, vt simus filij: Quoniam non dicit, quod homo cui libet petenti bonum tribuat, sed filio tantum; & infert: *Multo magis, Pater*

vester, qui in cœlo est. Vnde & in oratione dominica docuit nos dicere: *Pater noster, Mat. 6.9.* *qui es in cœlo: sed heu! vbi sunt filij? Vbi, qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt? Vbi, qui manent in domo in æternum? Vbi, qui dicunt Deo, non ligno: Pater meus es tu? Vbi, qui non degenerant à natiuitate tā nobili, qui verè perfecti, sicut & Pater noster cœlestis perfectus est? Filij potius alieni, qui Deo mentiuntur: Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semet ipsis. Qui cum spiritu cæperint, nunc carne consumantur. Qui bonum aliquando facientes, nunc deficiunt. Filij alienati, qui quotidie dicunt: Pater noster, sed filij alieni mentiuntur, Patrem vocantes, cuius non sunt filij, cuius domum deserunt, cuius hereditatem despiciunt, cuius Maiestatem offendunt, cuius voluntatem impugnant? Vere generatio praua & adultera. Nunquid cum hi clamauerint, Deus exaudiet eos? Audient potius: *Non est voluntas mea ad populum istum.* Et de illis fiet, quod scriptum est in Ezechiele: *Terra, cum peccauerit mihi, vt prauariceretur prauaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum. Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob; ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: ait Dominus exercituum. Quod si & bestias pestimas induxero super terram, vt vastem eam. Tres viri si fuerint in ea, Viuo ego, dicit Dominus Deus; quia nec filios nec filias liberabunt. Vides quid faciat iniquitas? quando nec sancti tam eximij proprios filios possunt liberare? Noë per arcam liberauit filios suos. Iob per sacrificia filios suos sanctificabat. Daniel exemplo & societate sua liberauit tres pueros de camino ignis ardentis. Sed si cum essemus filij Dei, in Satanam conuertimur, qui & ipse astitit inter filios Dei, nunquid Deus aderit obsecrationibus nostris, quibus petimus potestatem, vt Satan, contra proximos nostros?**

Hoc est secundum pertinens ad petitionem nostram; qua petunt aliqui lapidem, non panem; aliqui serpentem, nō piscem.

Isti nociua, illi inutilia. Quid tu petis? diuitias? honores? potestatem? voluptatem? Aut inutilia sunt, aut noxia. Pater, dum Patrem agit non hæc concedit, sed abnuat magis, prospiciens filiis suis. At si obstinato animo petis, quod non expedit, oratio tua in peccatum facta, obtinet ad tui vindictam postulata. Sic populo Regem postulante, dixit Dominus Samuelli: *Audi vocem eorū: Sed quid deinde dixit Dominus per Prophetam Oseam? Dabo eis Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* Quod est dicere: Iratus exaudiui rationem eorū, Regem postulantium: Iratus auferam ab eis Regem, mittens illos in captiuitatem: & ita, sicut de Rege feci, faciam & de reliquis. Desiderium eorum afferam eis, & dimittam eos secundum desideria cordis eorum, ut impingant & cadant; exilentia, quæ concedam, scandalum ipsius.

30 Sic fecit Pharaoni, flagella auferens, quod magis indurabat, & ad vltimum peruenit exterminium. Sic murmurantibus dedit coturnicum abundantiam: sed adhuc esca eorum erant in ore eorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum. Quando pro necessariis murmurauerunt, clamantes, exaudiuit voces eorum, illis compatiens. Sed quando pro superfluis clamant, voluptati consentiunt, & concupierunt concupiscentiam in deserto, postulata quidem concessit ad ostensionem potentia suæ, verum mox ad ostensionem iustitiæ suæ, pœnas ab eis sumpsit, & prostrauit eos, ut ad perpetuam rei memoriam, locus ille diceretur, *Sepulchra concupiscentia.* Accidit & quibusdam, quod legimus de Rebecca vxore Isaac, pro qua cum sterilis esset, rogauit Isaac Dominum. Qui exaudiuit eum, deditque conceptum Rebecca. Sed collidebantur in utero eius paruuli. Quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit cœcipere? O quot sunt ea petentes, quæ si obrinerent, postmodum dolerent, dicentes: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit obtinere? Quid necesse fuit populo Regem obtinere, quando hoc fuit ad illius detrimentum? Quid necesse fuit cœcupiscentibus carnes accipere, quando iram Domini meruerunt? Heu quid necesse

fuit tibi diuitias obtinere, quando fuerunt tui occisionis occasio? Quid obtinere cœcupitos amplexus, quando necem miseram commeruisti? Et pessima tamen illa mulier illecebra peccati dicit adolescenti: *Victimas pro salute deuouit.* Gratia Dei est, non ira; quando quod petitis, non accipitis, eo quod male petitis, ut in concupiscentiis vestris infumatis. Hoc ratum bonum, quantum est oratio, quare sumimus ad malum, ad mortem, ad detrimentum? Rogat Psalmus: *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Oratio incensum est nostrum, incensum fidelium, incensum spirituale; sed ignis euaporare facies, desiderium est. Ignem alienum posuerunt in thuribus Nabad & Abiu, non sumptum de altari. Hi sunt, qui terrena concupiscentes, orant pro illis obrinendis, qui ab ira Dei consumuntur, ut in concupiscentiis suis se infumant. Cœlestia, vilia, sacra concupiscentiam; ignem sacrum de altari excipientes, ut intret oratio nostra sicut incensum in conspectu Dei. Ut cum incenso tandem accedamus intra velamen, sicut Pontifex, quod introiit pro nobis Dominus Iesus. Quod nobis concedat Dominus & benedicat. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Qui sine ratione viuunt, canes & porci sunt appellandi: sunt incapaces doctrine Christi. Quales esse debemus, ut Deus in orationibus nos exaudiat. Quales sumus cum proximis nostris, talis & Deus nobiscum, & hoc in Morali.

VERBA illa Domini Iesu. *Si vos cum sitis mali, non sitis bona data dare filiis vestris.* docent medium quodam modo esse hominem, inter dantem & accipientem, ut ab illo accipiat ipse, quod huic tribuit. Solus enim Deus, tantummodo datur nihil a quoquam accipiens. Propterea enim Deus.

Deus, quia sic ex sua immensitate plenus est, vt nihil ei addi possit, nihilq; in illum valeat introire, nihilq; propterea possit ipse accipere. Vnde canit Propheta atq; cōfiteatur: *Dixi Domino: Deus meus es tu; quoniam honorū meorū non es.* Homo autem quidquid habet accipit. Creauit enim illū Deus creator omnium. At quoniam Deus, qui a nullo accipit, omnibus dat, & hominem fecit ad imaginem suam, sibi illum in eo, quod possibile erat, assimilauit. Nō poterat autem in eo facere, illum sibi simile, quod a nullo quidquam accipit, alioqui illum ipse non creasset. Fecit ergō in conditione aliquid aliis conferendi: & propterea statim sumpsit ab eo costā, ex qua mulier edificat. Fecit autem in adiutorium eius ad prolem, nempe ad procreandum, vt in hoc maximē similis esset Deo, vt factus ad imaginem & similitudinem, ad imaginem & similitudinem generaret: & in hoc maximē similis esset Deo, qui illum sibi assimilauit, quod de ipso sibi similem procrearet. Quin & mulierem viro assimilauit, ex cutus costā edificata est, vt atq; atque ille, etiam ipsa alium sibi assimilaret. In vtroq; igitur, homo regulandus est, vt & accipere liciat congruenter, & tribuere: Quod in presenti lectione docemur expresse: vbi nobis dicitur: *Petite & accipietis; quarite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis.* Vt discam⁹ accipere: vt verō tribuere, pariter audimus: *Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos.* Et, *Omnia quacūq; vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* De his ergō duobus erit sermo noster.

Ordo quidem videbatur postulare, vt antē de *Acceptione* loqueremur, postea verō de *Tributione*, quando quidem nisi bona data dare non possumus, & propterea priusquam tribuamus, accipimus. Attamen, tum quia lectio prius de dāo monet, tum quia acceptio inducitur, vt de tribuendo intruamur: Pars prima sermonis nostri erit circa dationem & collationem: Secunda erit de oratione & conditione, qua orantes accipimus a Deo, quod postulamus. Quarum vtrūque demum regula illa confirmatur. *Omnia ergō quacūque vultis, ut*

faciant vobis homines, & vos facite illis. A prima ergō parte exordientes, attendimus iussionem Domini. *Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos.* Vbi supponitur, quod id, quod dari debet & accipi, bonum sit. Nam nemo sibi vult malum inferri, sed bonum tantummodo conferri, & apertē quod dari iubetur, *sanctum* appellatur, pretiosum bonū. *Bona data* (nquit) *margaritas vestras: sanctū.* Discamus ergō in primis, dari quibus debeat. Nominantur a Domino canes, porci, filij. Canibus & porcis prohibet dari. Filiis dari natura monet, experientia docet.

Vbi videmus primum, homines malos brutorum nomine nuncupari, & hoc meritō; cum nō rationale sit obsequium illorum, non ingenium, non consilium, non desiderium, non studium. Idē in scripturis frequentissima sunt interrogationes improbrantes. *Quare fremuerunt gētes? Quare detraxisti sermonib. veritatis; cum ē vobis nullus sit, qui possit arguere me? Quare persequimini me sicut Deus, & carnis meae saturamini? Quare ergō nunc dicitis: Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? Quare seduceris, fili mi, ab aliena? & foueris in sinu alterius? Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras? Cur tantum nephas in vobis?* Et huiusmodi sexcenta, quibus innuitur, sine causa & propterea sine ratione, id fieri vel factum esse, quod ea ratione redarguitur. Sed hoc peccatoribus omnibus comune est. Si enim praecepta Domini recta sunt vniuersa, & iustificata: quoniam lex Domini immaculata, & lata est a summa & infinita ratione, quae est sapientia Dei; certe quidquid contra legem committitur, irrationabile est, & contra etiam humanam rationem, quae vestigiū quoddam est, & radius diuinæ mentis atque rationis: Et profectō quid irrationabilius, quam Deum offendere, qui est summum bonum? Quam se propria felicitate, pro vilissima re, priuare? Quam pro nihilo potius, quam pro re minima aeternis suppliciis tradere? Quam se malis omnibus obnoxium, bonis omnibus indignum reddere indignissimē?

Dicat

Psal. 115. 2.

Gen. 1. 27.

Gen. 1. 27.

Diuisio.

Psal. 2. 1.

Iob 6. 23.

Iob 19. 22.

28.

Pro. 5. 20.

Mat. 15. 3.

Iudic. 20.

12.

Psal. 118. 8.

- 4 Dicat asina Balaam, aperiat mutum animal abiectissimam similitudinem, quam
Nu. 22. 28. induit, quicumque peccat. *Quid feci tibi?*
29. 30. *cur me percussit, ecce iam tertio?* Inquit asina, os illi Deo aperiente. Rationem quaerit ab animali rationali qui est homo, animal irrationale qui est asinus. Reddat rationem rationalis. *Quia commeruisti, & illuisti mihi: Vtinam haberem gladium.* Purget se à culpa asina irrationalis, ut irrationalis appareat ipsius rationalis indignatio atque percussio. *Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti, usque in presentem diem? dic, quid simile unquam fecerim?* Mutum loquenti dicit. Dic: Redde rationem indignationis tuae. Ratio aliqua sublit necesse est, cur nunc faciam quod nunquam feci. Aperiat tibi oculos Deus, ut videas, quod video; & rationem intelligas. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via imaginato gladio. Hoc Deus fecit, hoc refert tam distinctè Scriptura Sacra, ut intelligat vnusquisque, hominem ratione præditum, abque ratione operantem, & peccantem contra rationem, dignum esse, qui à brutis criminetur, culpetur, redarguatur. Rem amplificat, quod loqueretur ille cum Deo, & prophetaret; animal verò esset omnium insipientissimum. Quod Petrus nos voluit animaduertere dicens: *Balaam mercedem iniquitatu amauit: Correctione verò habuit sua vesania: subiugale mutum animal, hominis voce loquens prohibuit Prophetæ insipientiam.* Animal natura insipientissimum insipientiam prohibuit hominis, qui diuina sapientia præditus erat, nēpe propheta. Tu fidem habes; quæ est lumen supra rationem: & meritò tamen argueris à brutis ratione carentibus. Hoc non intendebat Dominus in Isaia? *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit?* O vtinam cognoscerent homines insipientiam & vesaniam suam, & aperirent oculos, & viderent Angelum stantem contra illos, & mala prohibentem, & dicerent sicut dixit Balaam:
Nu. 22. 34. *Peccaui, nesciens quod tu stares contra me: & nunc si displicet tibi, ut vadam, reuertar.*

Tu iam scis, quod Deo displicet hæc vita tua, hæc vita tua, & pergis tamen, ambulans ex aduerso Deo creatori tuo.

Sed ad lectionem. Quamuis animalia omnia ratione careant, in quo peccator similis factus est illis, sunt inter illa quedam, quæ ob suas quasdam proprietates, abominationi sunt præter cetera, quorum duo, canes videlicet & porcos, hodie Dominus nominauit. Vterque immundus, canis & porcus: & adedò procul à rebus sanctis, ut si quis canem vendisset, non poterat pretium eius offerre. *Non offeres mercedem prostribus, quia abominatio est vtrunque apud Dominum Deum tuum.* Et sapiens ait: *Qua communicatio sancto homini ad canem?* Vt aduertat canem maxime opponi sanctitati. Nam & Isaias falsos Prophetas vocat canes impudentissimos. Vnde ait Dominus. *Nolite sanctum dare canibus.* Porcum autem est vilissimū, rei pretiosa maxime aduersari. Vnde ait Dominus. *Neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* Vt in cane potissimum prophani significantur, qui à sanctitate & religione absunt longissimè: In porco autem hi, qui pretiosa spernunt, & multum valentia habent pro nihilo, se versantes in volutabro luti, quod ad nihilum valet.

Ex quib. Domini verbis habemus Euangelij excellentiam in sanctitate & in pretiositate; Sanctum quidem est, quia Lex Domini immaculata; pretiosum, quia Iudicia Domini desiderabilia sunt super aurum, & lapidem pretiosum multum. Sanctum, quia bonum honestum est, & decens. Pretiosum, quia bonum, vtile est, & conducens. Duo quippe sunt, quæ hominem perficiunt, si in se sit mundus, rectus, candidus, splendens; sic plenus seipso, ut nihil illi desit in sua natura: & si bono omni, cuius est capax, repletus sit. At propterea sit veluti vas mundum, absque macula & defectu: & plena sit illius capacitas omni bono. Quæ vtraque Euangelium præstat, mundans corda & replens; mundans culpa, & replens gratia; illud per penitentiam, istud per obedientiam; de quibus non

bus non vacat nunc longius disputare. Solum attendamus qui sint, quibus non dandum sit Evangelium, nempe qui in immunditiis suis delectati, respiciunt poenitentiam; & qui propriae voluntati addicti, ablegant obedientiam.

vita, hoc aliud est nil quam superbia vita. Quid quæso populum illexit, vt vitulum aureum faceret, & adoraret? peruersa eorum voluntas; Neque enim in eo erat delectatio, aut diuitia; iubent tamen Aaroni:

Fac nobis deos, qui nos precedant. Cur durus es, corde? cur veritatem non sumis? cur non inclinas cor tuum ad faciendas iustificationes Domini? superbia cordis tui erexit te; sibi ipsi Deum facit: de suo sibi idolum erigit: non vt solum Deus venter fit, sed oculus, sed animus, sed voluntas. Dederunt illi in aures ad vitulum effingendum. Tu aurem tuam accommodas illi, obedientiam, seruus factus tuæ ipsius voluntatis, vt non aliud velis, quam velis; vt non alia placeat, quam placencia; vt non aliud, quam concupiscentia concupiscatur. Ecce per Prophetam depictos huiusmodi homines. *Po-*

Exod. 32. 1.

11ai. 30. 9.

10. 11.

Cur autem his prædicari vetat Christus, qui dixit postea: *Prædicato Evangelium omni creatura?* Præter alia, quæ possumus respondere, hoc solum dicimus, quod dicitur denotauit, qui non essent veritatem Evangelicam suscepturi, nempe carnales & carnifici: & quod, qui non susciperent, canes essent & porci. Filij autem sunt qui suscipiunt, filios viuunt, qui obtemperant: *Nostis bona data dare filiis vestris.* Nos vocat: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Nunc ergo filij audite me: *Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes: & nolite abijcere eam.* Alioqui peccauerunt ei, & non

Marc. 16. 15.

Psal. 33. 12.

Pro. 8. 32.

Kkk filij eius

7. Hæc enim duo resistunt veritati, sensuum delectatio, & mentis affectio. Qui sensuum delitiis affluunt, iacentes in cubilibus & impudiciis, & alii quibuscunque delectationibus, quæ non sunt in dextera Dei, vocanti respondent: *Noli mihi molestus esse.*

Luc. 11. 7. *Iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubiliis, non possum surgero, & dare tibi.* Vides difficultatem superandi voluptates? Tanta est, vt dicat: Non possum surgere. Et, iam ostium clausum est. Iacet ipse in voluptatibus, iacent pueri in curis. Vt hic sententia Domini accomodetur: *Audierunt, & à sollicitudinibus & diuitiis, & voluptatibus vita euntes, suffocantur, & non referunt fructum.* Neque inter nos desunt, qui eiusmodi sunt. Quandoquidem Ecclesia pro istorum socordia sic à Salomone delineatur; vt dilecto pulsanti, & vt sibi apperiat instanti, respondeat: *Expoliasti me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Vt in lecto suauius dormiret, nudauerat se, ablueratque pedes, propterea tædet illam sibi incommodare. Quod si dicas: Et homo de lecto surrexit, deditque panes amico.* Et hæc tandem surrexit, vt aperiret dilecto suo. Sed homo ille Deum refert, qui importunè rogatus, exaudit: Et ista alium fidelium statum & numerum, in eo quod surrexit, repræsentat. Obstat ergo maxime Evangelicæ veritati secularis oblectatio. Vnde & qui uxorem duxerat ad carnam vocatus dixit. Uxorem duxi, & incedo non possum venire.

Luc. 8. 14. *Aliud obstaculum, quod officit potissimum, est superbia voluntatis humanæ, quæ subdi non vult, quæ in adinventionibus ire decreuit, neque veretur Deo aduersari. Delectatio duo illa complectitur, quæ scribit Ioannes, concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, quæ Christus vnâ coniunxit in figura spinarum, dicens: A sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus*

Cant. 5. 3. *Expoliasti me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Vt in lecto suauius dormiret, nudauerat se, ablueratque pedes, propterea tædet illam sibi incommodare. Quod si dicas: Et homo de lecto surrexit, deditque panes amico.* Et hæc tandem surrexit, vt aperiret dilecto suo. Sed homo ille Deum refert, qui importunè rogatus, exaudit: Et ista alium fidelium statum & numerum, in eo quod surrexit, repræsentat. Obstat ergo maxime Evangelicæ veritati secularis oblectatio. Vnde & qui uxorem duxerat ad carnam vocatus dixit. Uxorem duxi, & incedo non possum venire.

Luc. 11. 8. *Et hæc tandem surrexit, vt aperiret dilecto suo. Sed homo ille Deum refert, qui importunè rogatus, exaudit: Et ista alium fidelium statum & numerum, in eo quod surrexit, repræsentat. Obstat ergo maxime Evangelicæ veritati secularis oblectatio. Vnde & qui uxorem duxerat ad carnam vocatus dixit. Uxorem duxi, & incedo non possum venire.*

Cant. 5. 5. *Expoliasti me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Vt in lecto suauius dormiret, nudauerat se, ablueratque pedes, propterea tædet illam sibi incommodare. Quod si dicas: Et homo de lecto surrexit, deditque panes amico.* Et hæc tandem surrexit, vt aperiret dilecto suo. Sed homo ille Deum refert, qui importunè rogatus, exaudit: Et ista alium fidelium statum & numerum, in eo quod surrexit, repræsentat. Obstat ergo maxime Evangelicæ veritati secularis oblectatio. Vnde & qui uxorem duxerat ad carnam vocatus dixit. Uxorem duxi, & incedo non possum venire.

Luc. 14. 20. *Uxorem duxi, & incedo non possum venire.*

1. Ioã. 2. 16. *Concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, quæ Christus vnâ coniunxit in figura spinarum, dicens: A sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus*

Luc. 8. 14. *Aliud obstaculum, quod officit potissimum, est superbia voluntatis humanæ, quæ subdi non vult, quæ in adinventionibus ire decreuit, neque veretur Deo aduersari. Delectatio duo illa complectitur, quæ scribit Ioannes, concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, quæ Christus vnâ coniunxit in figura spinarum, dicens: A sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus*

Deut. 32. 5. Sicut enim in foridibus; generatio prava atque peruersa.

SECUNDA PARS,

- 10 **S**icut exemplo patris terreni, qui bona data dat filio suo, fides, quam Deum rogantes, habere debemus, roboratur: haud secus docemur, quales nos Deo, ut ab illo exaudiamur, exhibere debemus: *Si vos, cum sitis mali, nostris bona data dare filiis vestris: quantum magis Pater vester celestis, dabit bona petentibus se?* Ergo filios esse nos oportet Patris celestis, si volumus, ab eo exaudiri. Ideo enim etiam orantes dicimus: *Pater noster, qui es in caelis.* Quid verò nos filios facit? Id nimirum, quod canibus contrariatur & porcis, sanctitas videlicet & obedientia. Nam inter filios & canes quòd sit oppositio, testis est ipse Christus, qui dixit mulieri Chananaeae: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Quod verò etiam porcis filij opponantur, habet lex, quae praeceptura filiis Israël, ne immunda manducarent, inter quae & porcus numeratur. Dixit autem: *Deut. 14. 1. Filij estote Domini Dei vestri; Ne comedatis, qua immunda sunt. Sua immunda est; carnibus eius non vescemini, & cadauer eius non tangetis.* Si ergo ad sanctuarium immundis non dabatur accessus, quomodo horum erit accepta oratio ante Deum? Tã longè erant à cultu Dei animalia ista duo, canis & sus, ut per exprobrationem respiciens Deus illorum sacrificia, dicat per *Isai. 66. 3. Itiam: Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum. Qui maculat pecus, quasi qui excerebret canem. Qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat.* Non multo magis ergo impij, qui his brutis assimilantur & per illa figurantur, repellentur à conspectu Dei, & impediuntur illi appropinquare? Et si Apostolis interdictum, ne bonum Dei verbum huiusmodi viris immundis ministrarent, nunquid ipse bona illis sua largietur?
- 11 **I**ta à doctrina tribuendi, ad doctrinam accipiendi transitum faciemus. Si filiis dandum est, non canibus, non porcis: ergo ut exaudiatur oratio nostra, filios nos

exhibeamus, & sanctos & obedientes. Puritatem orationum exagitat Apostolus, scribens ad Timotheum: *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira, & disceptione: & rursus: Sectare iustitiam Operam, cum iis, qui inuocant Dominum de corde puro. Quis enim manus leuet impuras, ad capienda sancta dona Dei? Quis immundum offerat vas, ad ea reponenda? Manus ergo puras exigit & cor purum.*

Propterea daturus Dominus coelestem suam sanctamque ac diuinam alimoniam discipulis suis, mundos ad eum esse voluit, ut & pedes ipse eorum propriis lauaret manibus; innuens quòd etiam à leuioribus culpis, ubi sancta sumuntur, vacuos & mundos nos esse debere. Et Sapiens quando dicit: *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem.* Non egregie laudauit mundam orationem? Coram Rege terreno laudabilis est sinceritas, ut qui sincero corde negotietur, qui eiusmodi esse cognoscitur, libenter auditur, gratia diffusa in labiis suis. At Deus, qui intuetur cor, & illius munditia maxime delectatur, amicum se illi praebet. Amicorum autem communia sunt inter se omnia: Petenti autem gratissimis labiis, nequaquam illi postulata negabit.

Filiorum verò maxime est parentibus obedire, quo se illis charos & acceptos reddunt, & mutua conseruatur inter illos comunicatio: ut filij exhibeant parentibus feruitutem, & patres illis licita omnia postulata concedant, & filij parentibus in necessitatibus subueniant atque prospiciant sicut & parentes filios, ut ait Apostolus, debent thesaurizare. Quapropter filios, qui parentibus subtrahunt necessaria, Sapiens comparat homicidis: *Qui subtrahit (inquit) aliquid à patre suo, & à matre, & dicit, hoc non esse peccatum, particeps homicida est.* Obedientia ergo vim maximam affert orationi, alioqui erit quod Salomon iam olim decreuit: *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Quem enim exaudit Deus, à quo non auditur ipse? Inclinet Deus aures suas ad illius vocem, qui suas non declinat, ut audiat legem eius? A Deo obrinebit quod vult homo

homo ille, qui, quod Deus vult, renuit ipse facere? A quo propter eius pertinaciam, vt beneficiat, Deus impetrare non valet; iste à Deo, vt bene sibi faciat impetrabit? Quem pietas diuina ad obedientiam fectere non valet, huius temeritas ad summtum sibi diuinam Maieftatem inclinabit? *Qui declinat aures suas, ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis.* Sic dicit Veritas, sic dicit Sapiencia, sic Iustitia decernit. Cur putas, quòd ad pascendù porcos deiectus est, qui de domo patris exiens, dissipauit omnem substantiam, viuendo luxuriosè? Ad porcos transit, qui Patris præceptis non est subiectus, qui non Dei voluntate, sed suo arbitratu aetatem degit.

Daemones deprecantur, vt illis liceat in porcos introire; vt de Christi præcepto soluti, requiem ibi quærerent suo more.

Porci sunt, qui margaritas nõ pendunt; qui illas pedibus suis conculcant; qui diuinam legem non super caput ponunt sibi, sed post tergum, imò sub pedibus. Canes indigni sunt, qui audiant veritatem; porci inepti. Legi obstant illi à principio suã impietate; isti post acceptã illam, suis transgressionibus eandem vilipendunt. Inter canum personas siue naturam & legem, & inter porcorum actiones & legem, aperta est contrarietas. Impius non est locus lege dignus, non est factor legis aptus. Daturus Deus legem, à populo immunditiam relegauit, vt dignè susciperent illam.

Illã datã fœdus iniit, quo ipsi se ad illius obseruantiam obligarunt. Itã & canes ablegati & porci. Rectè ergò Christus iubet: Nolite sanctum dare canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos. Vides expullos canes à lege propter id, quod iam sunt? Porcos verò propter id, quod post operantur? Canes itaq; propter conditione, quam habent iam; porcos propter operationem, quam agent post. Talibus vetat Christus dari bonum Dei verbum: & dabit illis ipse bona sua? filiis repromittit, nõ canibus; dicit potius. Non est bonũ mittere canibus panem, qui filiis debetur. Ita neq; porcorum pastor ventrem de siliquis porcorum valet implere. Ergò impij famẽ patientur, vt canes; & non panũ abun-

dantiam edent, sed siliquas; non solidum cibum fument de manu Dei, sed vacuum & inane de terra; quas, qui cœpit egere & fame perit, illis subministrat.

Fames ergò, fructus inobedientiã est: & causa abundantia, est obedientia. Ne dum filij in domo patris, verum & mercenarij abundant panibus. Ergò filij obedite parentibus vestris; Iubet Apostolus: Ergò fideles, filij estote Domini Dei vestri. *Audi, fili mi, disciplinã patris tui, & ne dimittas legem matris tuae, vt addatur gratia capiti tuo, & torques tollo tuo.* Gratiam habebis, si obediens fueris, & gloriam habebis. Vngit caput tuum Deus gratia Spiritus Sancti, qui auctor est donorum omnium, vt vndique implearis à Spiritu Sancto. Collum tuum erit sicut monilia, vt gloriosus appareas in conspectu omnium. *Gratiam enim & gloriam dabit Dominus, & illos non priuabit bonis, qui ambulant in innocentia.* Et firmum fundamentum stat habens signaculum hoc: *Cognouit Dominus, qui sunt eius: Et discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini.* Verba sunt ista Pauli, quibus docet, stabilitũ esse apud Deum, vt qui illum inuocat, discedat ab iniquitate, nec puret se ab oculis eius posse occultare. Cognouit enim ipse, qui sunt eius. Nam & homini dicitur à Sapiente: *Si benefeceris, scito cui feceris: Da bono, & non receperis peccatorem. Quoniam & Altissimus odio habet peccatores: & impius reddit vindictam.*

Veruntamen hæc ita intelligenda sunt, vt iis non detur, qui ex dato fiant peiores. Quod innunt Christi verba, dicentis de porcis: *Nè forid conculcent eis pedibus suis, ac cõuersi disrumpant vos.* Si autem speretur vtilitas, non est beneficentia subtrahenda. Ibidem enim sapiens ait: *Altissimus odio habet peccatores; & misertus est penitentibus.* Alioqui totus mundus erat in maligno, quando Deus misit Filium suum in mundum. Et in Ezechielem dicit Dominus: *Mitto ego te ad filios Israel, ad eos, qui recesserunt à me. Ipsi & Patres eorũ prauaricati sunt pactum meũ, usq; ad diẽ hanc: Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te.* At

Ephes. 6. 1.
Prou. 1. 8.
Psal. 83. 11.
2. Tim. 2. 19.
Eccl. 12. 7.
Eccl. 12. 3.
Ezech. 2. 3.

- Christi prædicatio & Euangelium, quot hominibus fuit in salutem? Neque panis
- Iob. 11. 57.** filijs erat subtrahendus, tamen inter filios Dei esset & Satan, & impij multi essent in congregatione iustorum, eorum videlicet, qui iusti essent futuri, sicut & filij Dei, pro quibus mortuus est Christus, ut illos congregaret. Ideo etiam ad Ezechielem
- Ezech. 2. 7.** dictum est: *Loqueris verba mea ad eos, si forte audiant, & quiescant.* Dat ergo Deus & his, qui boni sunt; & his, qui ex datis possunt fieri boni, vel omnes vel aliqui.
17. Discamus ergo nos ex dictis, qualiter nos gerere habeamus, quod ad rationem dati & accepti, cum Deo & cum hominibus. Et à Deo exordientes, docemur quidem, imò iubemur illū rogare, certi facti, quod exaudiet nos; si, ut petere docuit, deprecemur. Duo autem potissimum in hac lectione exigit in petente, quæ illis verbis tanguntur. *Si petierit filius panem, aut piscem.* Nempe ut petens filius sit, & ut res petita sit panis aut piscis. Filius (inquam) sit, aut petitio illius ad hæc tendat, ut filius sit. Quis verò filius sit, iam expositum est. Si filius, ergo est eiusdem naturæ cum patre; ergo dilectus à patre; ergo patri obediens; ergo patri obsequens. Esto tu talis cum Deo, ut verax sis quando oras: *Pater noster, qui es in cælis.* Sis Dei imitator, quantum potes, si non per naturam identitatem, at per vitam conformitatem, per Vnigeniti sui imitationem: *qui factus est illi obediens usque ad mortem:* & illius, qui cænebat rogans: *Iustificationes tuas custodiã: non me derelinquas usquequoque. Aufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisivi.*
18. Heu! cur Deo rebelles audemus introire in conspectu illius? Filij, filij estote Domini Dei vestri, & rogate Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolite pugnare contra Deum, donis suis abutentes ad illius offensam; alioqui quomodo præterea postulabitis, ut vobis propitius sit. Denique postulate panem, & si liber, piscem quoque. Panis necessarius est ad vitam: piscis sit obsonium; vitam, eamque commodam liceat postulare. Piscis tamen sit, nõ delitix, non diuitiæ, non pompæ, non potestates, non vindicta, aut mors inimicorum tuorum. Non sis sicut Balaam, qui erigebat altaria, offerebat sacrificia, ut populo Dei posset maledicere, quem Dominus nunquam exaudiuit. Deo offeras, ut à Deo auferas. Da, ut accipias. Obtempera, ut impetres. Subditus esto Domino, & ora eum. *Fac, quod vult; & faciet, quod vis.*
- At cum proximo regulam habes. *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Hoc est secundum considerandum. Similis est regula ordini, quæ cum Deo habere debeamus, ut qualem cupimus Deum erga nos, tales pro modulo nostro nos illi exhibeamus. O regula, quam potens es, quam rationabilis, quam iusta? Contra hanc quis vel mutire possit, aut audeat? & tam audacter tamen, quam impiè, quam peruersè aduersus illam incedunt vniuersi? Quis vult offendere? Quis noceri? Quis infamari? Quis bonis suis priuari? Et ecce tamen, *omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt,* non ad utilitatem proximi facti, sed ad detrimentum. *Vnusquisque declinauit in viam suam,* communem dereliquentes, quærentes quid sibi vitale est, non quod multis. Regula ista quanto clarior est, tanto minus obseruatur. Vbi vniuersos sua obligatione comprehendit, nullos prope complectitur sua executione. Quotus eam quisque est, qui, quod ab alijs sibi vult fieri, id alijs præstet? Si non alio nomine quis proximo sit grauis, an non satis grauar iracundia? *Graue est saxum, & onerosa aranea, sed ira stulti utroque grauior.* Quam grauitatem contra se, quis nõ abhorret? Quis proximo non facile imponit? Itã in cæteris quoque id plurimum euenit. Sit ergo cordi nostro impressa regula, ut ab omnium Rectore denique præstetur, ut vbi perfectissimè illa obseruatur, viuamus in æternum. Amen.

MORALE.

Sancta profectò precatio illa est, quam 20. Sanctus Propheta canens ista verba facit: *Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas.* Quid iustius. n. potest postulari quam

fus est, aqua succurrit illi, pabulum illi va-
porum atque humorum suorum præbens.
Rursus aqua, ne profus extenuetur & de-
ficiat, aër vicem rependit defusum pluens,
perditumq; restaurans. Vide obseruatam
præceptū. *Alter alterius onera portate.* Hoc
ficut elementa conseruat molemq; istam
vniuersam, haud scopus magnum est nostræ
naturæ nostræq; imbecillitatis subleuamē-
tum. Omnes n. dūm valem⁹, iusta subsidia

Galat. 6.2.

Gen. 11.3.

agrotis dare iubemur. Propterea quandō
non vltra se potuerunt turrim ædificantes
mutuō adiuuare, inceptum opus dereli-
querunt incompletum. En bonum vnum
quod est plurimum naturale. Verū ex-
cellentius superadditur. Quod tibi per te
ipsum præstas, id habet emolumentum, quod
tu spectabas. At si pro te impotenti, alius
laboret, idem spectatum bonum asseque-
ris tu; sed laborans pro te à Deo mercedem
accipiet secundum suum laborem. Neque
solum lucrum refert spirituale, sed & tu ipse;
primum quidem, quoniam ob infirmitatē
humiliaris sub potenti manu Dei, qui ma-
nu potenti proximi tui de necessitatibus
tuis eruet te: & dum animi grati signa re-
pendis & effectus, nonne incalcescit chari-
tas? nutritur? augetur? nonne inेतatis ad
ceteros adiuuandos, quandō opera tua in-
digebunt? Neq; inutilis est tibi animi ista
prōptitudo & constitutio, etiamsi dempta
opportunitate, opus non sequeretur exte-
rius. En quanta bona nobis ex ista regula
conferuntur? Adde exemplū, quo mutuō
prouocamur, vt non imeritō Salomō pro-
nuntiauerit: *Ferrum ferro exacuitur, & ho-*

Pro. 27.17

mo exacuit faciem amici sui. Quare faciem?
quia dūm videt, & monetur, & mouetur ad
adiutorium simile illi. Adde, q; quædam
sunt opera, quæ non cuiq; conueniunt: tu
me in vno, ego te in alio subleuo. *Commu-*

Galat. 6.6.

nicat (inquit Apostol⁹) *is, qui catechizat*

verbo, et, qui se catechizat in omnibus bo-

Pro. 27.2

nis. *Laudet te alienus. Et non os tuum; extra-*

Pro. 27.10

neus, & non labia tua: Inquit Salomon. Et
quare idem Sapiens dicit: *Melior est vici-*
nus iuxta, quam frater procul? nisi prope-
rea, quōd, qui vicinus est, potest ferre sup-
petias, lōginquus autem, tamerū frater sit,
nihil prodest. Et quid aliud, nisi mutuū

istud adiutorium intendit, quandō in alio
suo libro dixit? *Melior est duos esse similes, quam unum habens enim emolumentum societatis sue. Si vnus ceciderit, ab altero sus-*
cietur. Ad quod facit similitudo illa, quam
addit: *Si d' vmerint duo, fouebuntur mu-*
tuo, vnus quomodo calefet?

Videtur quantum natura, tot tantisque
comodis, bonis, fructibus ad huius regulæ
obseruantiam nos impellat? Innatum lu-
men, diuinum præceptum, humanum co-
modum, euidentis honestum, commune te-
stimonium, cæleste præconium. Quid di-
co? testantur celi & terræ; & si hi tacuissent,
lapides clamabunt: *Quæcumq; vultu vifa-*
ciant vobis homines, & vos facite illis. Sicut
crux, quod est signum filii hominis, appa-
rebit in cælo, cum Dominus ad iudicandū
venerit: Ita hæc lex, quæ est signum filiorū
hominum, aspicietur, quandō stabimus om-
nes ante Tribunal Christi. In hac vide-
bitur, quid factu opus erat: In illa conspi-
cabitur, quam obrem illud idem erat perfici-
endum. Hæc Lex constituet iudicandos;
illa Crux iudicē constituet, & exaltabit su-
per solium suum. Hei mihi! quare vtrinq;
modō post terga habemus? Quare sic no-
strorum sumus cupidi commodorum, vt
quod debem⁹ proximo, profus obliuiscimur?
Quid dico cupidi commodorū no-
strorum? ignorantes illorū magis, aduersa-
rii potius, imō propulsantes, certū ofores,
repulsores, decoctores. Omnia bona nobis
affert regula ista. Ergo qui illam abiecit,
seipsum lædit: qui illam transgreditur, se-
ipsum interimit: qui post habet illam, se se
bonis abdicat vniuersis. Quid dicebam, q;
debemus proximo, obliuiscimur? damnis
illius magis sumus intenti, contra illū per-
fidiosi, iniurij, anxij, fallentes, fraudantes,
detrahentes, expoliantes, bonorum inua-
sores, vitæ insidiatores, exstimationis de-
structores. Vt ex vtraq; parte, tam nostrū q;
proximi, & quantum regula omnes tangit,
tantum ipsam omnis frangit: quemadmo-
dum vniuersalis est in præcipiendo, ita or-
bis vniuersus pugnam contra illam sumit.
Et vbi sunt homines inter se armis proptiæ
cupiditatis præliantes; ita ad illam impu-
gnandam (nam expugnare non datur) fla-
gitiose

gitiose sunt nepharieque coniuncti. Num verbis quis poterit scelus hoc tam generale, tam cordibus hominum impressum, tam iniquis expressum actionibus, explorare, expugnare, exturbare? Concludam cum Salomone: *Cor iniqui inquirit mala; cor autem rectum inquirit scientiam.* Iniqui, ut suam sequantur prauitatem, nolunt intelligere, repellunt scientiam: Recti corde, scientiam inquirunt, ut discant benefacere. Ergo dilcite benefacere, & recedite à tabernaculis impiorum, ut Deus misereatur vestri, & reconcilietur vobis in tempore malo, & suorum vos faciat bonorum compotes in æternum. Amen.

FERIA V. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Intrate per angustam portam, quia lata porta est. *Mat. 7. 13.*

ARGUMENTVM.

Quomodo ista porta sit angusta & lata, conciliantur Scriptura que inuicem pugnare videntur. Viribus nostris non esse sidendum. Pugnandum cum vitiis. Difficultas non est ex parte Virtutis, nec Hominis, sed ex malo vsu. Gratia Dei omnia reddit facilia. Adducit eos in medium, qui latam viam cali esse dicunt, inuehit contra eos.

MIRVM videtur illud, quod hodie dicit Dominus in Evangelio, nempe quod via salutis sit difficilis, dum ait: *Quam angusta porta, & arcta via est, que ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniant eam?* Cum in sacris litteris, quæ verè sunt verbum Dei, via ista facilis prædicetur. Nam ut cætera loca taceam, etiam ipsiusmet Domini Iesu, Sapiens laudans ti-

morem Domini, qui profectò timor via est, quæ ad vitam peruenitur, dicente eodem Sapiente. *Timenti Dominum, bene erit in extremis.* Illi nedum facilitatem tribuit, verum etiam latitiam, gaudium, delectationem, & exultationem. Ait enim: *Timor Domini gloria, & gloriatio, & latitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit latitiam, & gaudium, & longitudinem dierum.* Quæ verborum inculcatio exprimentium gaudium illud, ostendit, non perfunctorium illud esse aut leue; sed solidum, & magnum: & eò magis, quod addit, ab eo deriuari etiam longam vitam, & longitudinem dierum. Quò declaratur, iustum diu viuere, semperque feliciter. Si ergò longà vià eademque felici fruitur iustus, timens Deum, illique bene erit in extremis, vitam illam claudens sine felicissimo æternæ vitæ; quomodo verum est, angustà esse portam, arctamque viam ducentem ad ipsam vitam æternam! Non enim angustia illa portæ atque viæ, aliud sonare videtur, quàm difficultatem maximam virtutis, quæ saluamur. Hoc profectò non videtur a nobis negligendum, tum ut rectum ac solidum sentium habeamus Scripturarum, tum ut in facto salutis nostræ simus eruditi atque prudentes. Attendamus igitur, verbaque Domini profundè consideremus.

De muliere sic statuit Salomon sapientissimus: *Sapiens mulier adificat domum suam; insipiens extructam, quoque manibus destruet.* Per mulierem, nostra infirmitatè atque imbecillitatem designari, cuique apertum est, eò quod mulier debilis sit & infirma. Vbi autem defunt vires, ibi arte in primis opus est, studio, ac diligentia. Ità enim Iacob se gessit cum Laban, volens ab eo recedere, & cum Esau illi occurrente armatâ manu. Nam vbi se viribus vidit illis inferiorem, prudentia ac studio se muniuit; liberab illo egrediens, & securus cum isto congregiis. Ita mulier quauis mollis sit, viribusque deficiens, si sapientia nitatur, ædificat domum suam, erigens illam, dirigens, statuens, augens, atque amplificans. *Melior est enim (inquit Salomon) sapientia quàm vires; & vir prudens, quàm fortis.* Vbi è contra vires sine sapientia, aut euanescent aut

aut in deterius cedunt. Vndè Baruch Propheta: Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum: & quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Infirmus itaque, si sapiens sit, praeualet forti, & manum suam mittit ad fortia, & quæ sibi vtilia sunt operatur. Nam si insipiens sit, defectu virium, ad destructionem fit potens. Nostrum igitur est, qui debilitatem nostram causamur, toto corde sapientiam amplecti, illique totis viribus adherere.

3 Quod ut faciamus, ita vires nostras metiri congruum est, ut sciamus, si possumus cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad nos. Doctrina

Luc. 14. 31. Domini est dicentis: Quis Rex iturus committere bellum aduersus alium Regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Bellum proculdubio nobis est, cum vitiis, eorumque promotoribus, malignis spiritibus, qui potentes

2. Pet. 2. 11. sunt, ut ait Petrus; de quorum principe scriptum est: Non est potestas super terram, Job. 41. 2. 4. qua comparetur ei. Vndè & fortis armatus, Luc. 11. 21. vocatur a Domino. Idè Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, (id est inimici nostri non sunt, velut caro infirma & sanguis fluens,) sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores. Sapientes igitur nos esse conuenit; ut probe intelligamus, si nobis

1. Pet. 5. 8. vires suppetunt ad pugandum contra hostem; qui tanquam leo rugiens, circuit quaerens, quem deuoret.

4 Est quidem manifestum, nos quicquam nostris viribus non valere: Nè diceres (inquit) in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meae, hac mihi omnia praestiterunt:

Deut. 4. 37. Et rursus: Eduxitque te, praecedens in virtute sua magna, ex Aegypto, ut deleret Nationes maximas & fortiores te, in introitu tuo. Nihil igitur possumus in nobis, & à

Ioan. 15. 5. nobis: Nam sine me nihil (inquit) potestis facere. At cum Paulo nobis dicendum:

Phil. 4. 13. Omnia possum in eo, qui me confortat. In il-

lo igitur duntaxat sperandum est; atque ideo non timendum. Quis enim illius fortitudini resistere possit? Propterea lex: Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem, quam tu habeas, aduersarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est. Appropinquante autem iam praelio stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. Audi Israël. Vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum; nolite metuere; nolite cedere, nec formidetis eos: quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, ut eruat vos de periculo.

Veruntamen, sic communiter adiutorium nostrum est in nomine Domini, ut nos tamen armati contra hostes procedere debeamus, vires nostras exercentes, & animos adhibentes, totosque nosmetipsos ad opus applicantes. Semel quidem dixit Moyses ad populum: Dominus pugnat pro nobis, & vos tacebitis. Nam solummodo spectante populo nihilque faciente, Dominus quasi vir pugnatior, currus Pharaonis & exercitus eius proiecit in mare. Respicens enim Dominus super castra Aegyptiorum, per columnam ignis & nubes, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij: Fugiamus Israël: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Attamen non semper sic, verum & ipsos homines, seruos suos, voluit Deus per seipsum pugnare, ut manifestum est in primo hostium occursum, quem populus habuit post transitum maris rubri. Venit quippe Amalec, & pugnavit contra Israël in Raphidim: sed fugauit Iosue Amalec, & populum eius in ore gladij, sic tamen victoriam retulit, ut ipso dimicante, Moyses eleuatis manibus Deum deprecaretur, ut verè manus Domini pugnaret, & vinceret. Vndè Moyses intulit. Manus solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec. Vires quidem nostras adhibere debemus, scientes tamen, quod Deus est, qui dat nobis victoriam. Hinc Melchisedech ad

Gen 14. 20 ad Abraham: *Benedixit Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.*

6 Qua in pugna in scripturis docemur, non eadem ratione nobis semper cum aduersariis dimicandum. Pugnaturus quippe Iosue contra oppidum Hai, dixerunt exploratores. Non ascendat omnis populus; sed duo, vel tria millia virorum pergant, & deleant Ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos: Qui dum sic confidentes ascendunt, mox fugati sunt. Ait enim ibi Scriptura. Ascenderunt ergo tria millia pugnatoru, qui statim terga vertentes, perculli sunt a viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta & sex homines. Esto, hoc euenerit propter peccatum Achan furantis de anathemate Ienico. Vnde Dominus: Non poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Cur purgata hac pollutione per mortem Achan, necesse fuit totum populum ascendere contra Hai? Dixit enim Dominus Iosue. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & confurgens ascende in oppidum Hai. Vult Deus modum multitudinis, modum parua manu nos bella gerere. Exemplum habemus expressum in Gedeone, cui pugnatum contra Madian dixit Dominus. Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius; ne gloriatur contra me Israel, & dicat: *Meis viribus liberatus sum.* Et reuersi sunt ex populo viginti duo millia virorum; & tantum decem millia remanserunt. Dixitque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est. Ac deinde: In trecentis viris, qui lamberunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian; omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. Manifesta est ratio, cur paucos voluit: Ne (inquit) gloriatur contra me Israel, & dicat, *Meis viribus liberatus sum.* Contra Hai iam humiliatus erat populus, ne fideret suis viribus; ideo omnis ascendit pugnatorum multitudo. Ergo ex utroque facto docemur, neruos quidem nostros omnes tendere debere, totaque pugnare fortitudine, scientes tamen bellum esse Domini, atque dicentes: *In te inimicos nostros ventis labimus cornus;*

Tom. II. Bellintani.

Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Nam & manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos (nempe Patres) affixisti populos, & expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacisti in eis. Scimus tamen eos, ut terram possiderent, illos plurimum oportuisse pugnare. Pugnandum ergo nobis, sed ita, ut soli Deo sit honor & gloria. Idem enim & primam ciuitatem, nempe Ienico, ceperunt, tubis potius insonantes, quam armis irruentes. In secunda, que fuit Hai, experti sunt, quam nulla essent eorum vires, si non adesset illis Dominus, ut sic edocui intelligerent, quod homo vanitati similis factus est, & quod Domini est salus, & super populum suum protectio sua.

Huc faciunt ista omnia, ut sciamus, potus belli, & perpetuum nobis est cum aduersariis nostris, quantum sit; ut sciamus iridem, quibus sit nobis viribus dimicandum. Nam supradictis consideratis, intelligemus facilitatem, aut difficultatem virtutis ex nobis pendere potius, quam ex re ipsa. Facillima reputata fuit pugna contra Hai, quod hostes essent paucissimi: at exitus eius sumam difficultatem probauit experimento. Sed vnde hoc? quia propter peccatum populi Deus ab eo recesserat. Non ero (inquit) ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Difficillima est contra videbatur pugna contra Madian ob multitudinem hostium. Madian (inquit Scriptura) & Amalec, & omnes orientales populi fusi iacebant in valle, ut locustaru multitudo: cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena, que iacet in littore maris. At facillime omnes superati sunt. Cur vero? Audi Gedeonem ad Dominum: *Obsecro mi Domine, in quo liberabo Israel? Ecce familia mea minima est in Manasse. Et ego minimus in domo patris mei.* Dixitque illi Dominus: *Ego ero tecum, & percutes Madian quasi virum unum.* Ergo difficultatem facit absentia Domini, presentia facilitatem; quidquid sit ex parte rei, siue arduum sit opus, aut leue.

8 Rem igitur ipsam plenius expendamus, atque diligentius excutiamus. Principio supponentes, quod ex pugna orta est difficultas, nam ante pugnam nullius negotij erat negotium. Hanc autem facilitatem probamus, tum ex parte ipsius virtutis, tum ex parte operantis atque studiosi. Virtus quidem secundum se facilis est, quia est secundum naturam conditam. Virtus enim virtus rebus omnibus ad id, & secundum id, quod illis ex natura eorum convenit. Creatura namque omnes sic creatæ sunt, ut ad Deum dirigantur, qui est omnium finis ultimus, sicut & primus auctor. Nam Deum prædicant omnia; Deo obsequuntur uniuersa. In Deum cuncta recurrunt, sicut ad locum, unde exeunt, reuertunt flumina; & idem

Ecclesi. 1. 7.

Ecclesi. 1. 6.

Gen. 6. 3. 2.

Gen. 4. 2.

Gen. 13. 2.

Gen. 41. 5. 4.

Exod. 12.

35. & 35. 5.

Iudic. 6. 24.

Equent.

Exod. 24.

13. & 13. 9.

Ezech. 4. 4.

Dan. 9. 3.

Colos. 1. 24.

Ios. 3. 16.

Sol oritur, qui occidit, & in circulos suos reuertitur. Ita virtus facit, ut assumantur omnia in obsequium Christi; ut illi obtemperemus; ut illi seruiamus; ut illum magnificemus. Sic Arcam fabricauit Noë: sic grege Abel pascebat: sic Abraham diuinis utebatur, ut illarum dator Deus agnosceretur & coleretur. Sic Ioseph habuit se prudenter in Ægypto in victualium dispositione, ut sic fieret diuina prouidentia gentibus illis manifesta. Sic quæ transportata à populo sunt ex Ægypto, ad ædificationem domus Domini subseruierunt, in qua Deus ipse coleretur. Sic virtutis usus facit, ut ne dum externa, verum & nos ipsos ordinemus ad Deum, faciētes quæ præcipit. Sicut Gedeon, qui destruxit aram Baal, qui adificauit altare Domino, & obrulit sacrificiū, qui populum conuocauit, qui dimisit, qui descendit in castra Madian, & uniuersa fecit, quæ illi iussa fuerunt. Hinc Moyses ascendit in montem, iacuit coram Domino, deprecans iugiter quadraginta diebus & noctibus, non manducans neque bibens. Sic Ezechiel stetit, iacens nunc in vno latere nunc in alio: sic Daniel ieiunauit. Sic fecit Paulus, qui dicit: *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia*. Hæc quidem, quatenus virtutes sunt, atque adeo secundum rationem, quia & secundum naturam hominis, facilia sunt: Sicut facilis est descensus aquarum. Sed reuocare gradū, sicut quan-

do Iordanis conuersus est retrorsum, cum alienum sit à natura aque liquoris, non est in potestate hominū. Nam si fluant aquæ, hoc quia naturale est illis, id est sit sine labore. Ut autem stent solidæ pro muro, viamque præbeant aridam, in cendentibus per medium earum, hoc solius diuinæ potestatis, quod propterea fit per virgam virtutis suæ. Neque enim minus secundum naturam hominis est amare Deum, diligere proximum, custodire seipsum, quam secundum naturam cælorum circuire terram, secundum naturam terræ germinare, aliorumque elementa loca propria tæri: unde fit ut aer in aquis inclusus per se semper superiora petat, nec nisi violenter subtus, decursus aquarum retineatur.

Quod ex eo testatum est, videlicet quia lex Domini sic naturalis est hominibus, ut ipsi sibi sint lex: eorum natura, quæ rationalis est, distat eadem prorsus, quæ scripta sunt in lege Domini. Unde & virtus nihil est aliud, quam viuere secundum rationem: At contra rationem agere, est vim sibi inferre, quod nisi libertate vteremur, facere non possemus, sicut quæ libertatis exortes sunt res omnes, prorsus ex se facere non possunt. Ex quo illud est, quod quando sol & luna steterunt ad præceptum Iosue ducis Israël, Scriptura non dicit, quod astra illa, & luminaria obediuerunt homini. Sed ita loquitur: *Non fuit antea, & postea iam longæ dies, obediēte Domino voci hominis. Nisi enim Dominus cohibuisset eorum cursum, stare per se non potuissent. Quapropter, quamuis sic iussit Iosue: Sol, contra Gabaon, Luna, contra Vallem Aiala.* Scriptum est tamen quod Domino sic tunc locutus. Tunc locutus est Iosue Domino in die, qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israël, dixitque coram eis: Sol, nē mouearis. Nam si Deus non audisset vocem eius, non poterat sol sistere gradum suum. At homo quia liber est, potest & à dextris & à sinistris incedere; potest procedere; potest & retrocedere; potest & secundum naturam, & contra naturam agere; potest facilia, potest & difficilia perpetrare: & ita virtutem colere, quæ secundum rationem est & naturam, & idem

& ideo facilis est, Virtutem pariter respue-
re, quod veluti est contra naturam, res est
difficilis & ardua, repugnante natura libe-
ræ voluntati.

10 Hinc sequitur, quod ex parte hominis
operantis, facile similiter sit, secundum vir-
tutem operari. Habet quidem homo, &
naturam institutam, & corruptionem illi
superinductam, qua caro facta est nedum

108.8.7. infirma, sed & rebellis. Vnde *Sapientia car-
nâ inimica est Deo. legi enim Dei non est, ubi-
iacta, nec enim potest.* Duo hæc sibi inuicem
aduersantur, natura cõdita, corruptio vo-
lita. Illa est substantia in se subsistens, hæc
est accidens quoddam superfedens. Sub-
stantia nũ perdidit virtutem propriam, que
illi competit ex natura sua, sicut calor cõ-
petit igni: quæ virtus naturalis fons est
naturalium operationum. Habet ergo natu-
ra nostra etiam pronitatem ad bonum,
secundum naturam suam propriam; quæ
pronitas cum sit ex natura, stante natura i-
psa, omnino auferrî non potest. Verũ qui-
dem est, quod corruptio superinducta, in-
firmiorem reddit naturam & potestatem
eius, simulq; rectam pronitatem sed pro-
fus non aufert. Vnde concertatio perpetua
est in nobis, lege membrorum repu-
gnante legi mentis, ita, vt non quæcum-
que volumus, illa faciamus. At certum est,
plus posse quod substantiale est, quã quod
accidentale; plus quod fecit Deus, quam
quod homo; plus quod à Deo creatore in-
flicturn est, quam quod est à deceptore
introducitur. Vbi autem maior est fa-
cultas, ibi proculdubio facilitas est maiori;
facilitas enim quædam est expedita fa-
cultas.

Rom. 7.23. 11 *Sit maledicta terra, germinet spinas, &
tribulos;* hoc certè accidentale est, quod sub-
stantiam non delet, quod facile potest im-
pediri: ideo adhibita cultura terra dabit
fructum suum: neque enim agricola opere
suo dat terræ virtutem germinandi, sed auf-
fert impedimẽta. Retinet quippe terra vim
illam, quæ sibi in principio collata fuit per
verbum Domini, iubentis atque instituc-
tis: *Germinet terra herbam viuentẽ, li-
que pomiferum.* Vis itaque ista naturæ
terre à Deo collata præpotens est, superat

que contrariam dispositionem per pecca-
tum inductam. Esto ergò, quod in sudore
vultus vefci nostro pane necessarium sit,
præualet tamen facilitas difficultati. Itaq;
si naturam hominis instituti respicias, fa-
cilissima est virtus; si naturam corruptã, fa-
temur difficultatem obortã ex culpa: sed
supponimus adhuc difficultati facilitatẽ.
Et hoc si rem ipsam secundum se abstractè
consideremus, non attenda aut offensione
Dei aut seruitute diaboli, qua homo velut
tonsis capillis cæcus factus, molam circũ-
ducit Phillistinorum, hostibusque infelix
opem dat.

Si enim hæc adiciamus, aliud quoque
adiiciendum est, quo Samson interitum
creet inimicorum suorum. Hæc est autem
gratia Dei. Paulus præmissa illa pugna, de
qua dicit: *Non quod volo bonum, hoc facio,
sed quod nolo malum, hoc ago.* Subdit: *In-
felix ego homo, quis me liberabit de corpora
mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christũ
Dominum nostrum.* Pugna quidem illa or-
tum habet ex carne corrupta, quam Pau-
lus vocat corpus mortis, siue corpus mor-
tuum: nam rebellio carnis, & repugna-
tia illius contra mentem, pertinet ad mor-
tem illam, de qua dictum fuit: *In qua ho-
ra comederis, morte morieris.* Pugnant er-
gò caro & Spiritus, id est rebellio, cum
natura instituta: sed hæc pugna perficitur
per iustificationem spiritus, qui reprimat
& deprimat resistentem carnem. Vnde A-
postolus: *Corpus quidem mortuum est pro-
pter peccatum: Spiritus autem vivit pro-
pter iustificationem.* Vbi quod dicit, pro-
pter peccatum, potest quidẽ intelligi pro-
pter verum peccatum, siue originale no-
strum siue actuale Protoplasti: nam inde
profecta est talis rebellio. Sed rectius fortè
intelligitur propter fomitem, qui etiam
dicitur peccatum, vt docet Ecclesia, quan-
do ex peccato est, & ad peccatum prouo-
cat. Et sit sensus, quod corpus ita sit mor-
tuũ, vt ad peccatũ inclinẽt: quod est mors
animæ, hoc habet ex fomite peccati, & ex
carnis corruptione, pœna videlicet nobis
inflicta à diuina iustitia. Nam mors ipsa
corporis, de qua loquitur Apostolus, cor-
ruptio est carnis, qua prona est ad malũ ab

Gen. 3. 19.

Judic. 15.
9.

12
29.

Rom. 7. 9.

Gen. 21. 8.

Rom. 8. 13.

Conc. Trid.
sess. 5. in de-
creto de pec-
cato origi-
nali.

adoleſcentia ſua, mox videlicet, vt incepit habere diſcretionem boni & mali. Tunc ergo legitime certamus, quando concupiſcente carne aduerſus ſpiritum, ſpiritus ipſe viuens propter iuſtificationem, concupiſcit atque decertat aduerſus repugnantem carnem, quam pugnam ſi ſequatur victoria, vt ſpiritus rebellatē debellet carnem, tunc pro tanto liberamur a corpore iſto mortuo. Quæ liberatio plena tunc eſt, quando abſorpta fuerit mors in victoria. Nouiſſima quidem deſtruetur inimica mors: *Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Sicut enim mortui reſurgunt incorrupti, adeo vt non amplius diſſoluantur; ita etiam vt nō præterea ad peccatum tendant; adeo quod non vltra habitet peccatum in carne noſtra, ſed ſimus viuentes in carne, quemadmodū & in ſpiritu, & gratia Dei regnet in perpetuum.

13 Gratia itaque Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ nos induit arma lucis, fortes reddit in bello ad pugnandum cum antiquo ſerpente: adeo vt non pedeſtris ſit exercitus noſter, laborans videlicet & in pugnando & in ambulando, ſed equeſtris, vt paruo negotio pugnet, & vincat. Vidit quippe *Apo. 19. 11* Ioannes equum album, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur Fidelis & Verax, & cum iuſtitia iudicat & pugnat, & exercitus, qui ſunt in cælo, ſequebantur eū in equis albis, veſtiti biſſino albo, & mundo. Biſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et ſubiicit partam victoriam de beſtia, & *1. Ioan. 5. 3* regibus, & gentibus. Gratia ergo maximā *Mat. 11. 30* addit facilitatem, ſuperantem contraria omnia, propter quam præcepta Dei grauiora non ſunt; ſed iugum eius ſuaue eſt, & onus eius leue. In Elia manifeſtum eſt, quam ſit potens gratia Dei: nam illa indutus fecit mirabilia, de quibus Sapiens: *Verbo Domini continuit cælum, & deiecit à ſe ignem ter.* Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Qui ſuſtulit mortuum ab inferis, de ſorte mortis. Qui deieciſti Reges ad perniciem, & conſregiſti facile potentiam iſtorum; & glorioſo delecto ſuo. Planum eſt, quomodo oratione ſua continuit cælum, nō plueret; & ruruſ orans, pluuiam impetrauit. Quomodo ad vocem eius deſcendit ignis de cælo, & deuorauit quinquagenarium principem, & quinquaginta ſuos ſemel atque iterum. Quomodo Prophetas Baal coniunctos de falſa religione interfecerit. Quomodo Achab Regem ſuperauerit. Ruruſque Ochozia Regi iacenti in lecto mortem prædixerit. At tandem ſibi ipſi relictus, auditis miniſteribus ob necem Prophetarum Baal, timuit, & ſurgens abiit quocūque eum ferebat voluntas. Vnde ad Deum dixit. *Prophetas tuos occiderunt, & relictus ſum ego ſolus, & querunt animam meam, vt auferant eam.* Ecce qui auctor occurrit Regi Achab, qui colligit quadringentos Prophetas Baal ad necem, nunc ad vocem vnius foeminae timens fugit, veluti alter Petrus. Quitamen poſtea confortatus gratia Dei, viriliter ſe obtulit Regi Ochoziae, nec timuit illum obiurgare, mortemque prædicere. Facile ergo conſregit potentiam Regum, quia manus Domini erat cum illo. Adſit ergo virtus Spiritus Sancti, & erunt praua indirecta, & aſpera in vias planas. Sic animatus eſt Zorobabel ad edificandam domum Domini per Zachariam Prophetam, qui dixit illi: *Non in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu meo, dixit Dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? Sicut montes altiſſimi ad impediendum iter noſtrum; ſi Dominus ſit ductor noſter, complanabitur via; omnis mons & collis humiliabitur. Et hoc erit alia recta via, ita vt ſulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala beſtia non aſcendat per eam, nec inueniatur ibi.*

Prædictiones iſte quid prætendūt aliud, niſi facilitatem in via Domini, omnibus amotis impedimentis virtutis. Quod facit quod idem Propheta prædicit: *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vruſ paſcentur: ſimul requieſcent catulicorum: & leo quaſi bos comedet paleas. Et deſtabitur infans ab ubero ſuper ſoramire aſpidis: & in cauerna reguli, qui ab lactu ſuo ſuſcit, manum ſuam mittet. Non nocebunt, & non occident in vniuerſo monte*

1. Cor. 15. 54.
26.
33.
13.
Apo. 19. 11.
Apo. 19. 8.
1. Ioan. 5. 3.
Mat. 11. 30.
Ec. 48. 3.
3 Reg. 17.
Ec. 18.

monte sancto meo, quia repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes: Hæc scientia Domini porissimum est gratia eius: de qua à mandatis tuis intellexi Nam obedire mandatis, dat verum ac bonum intellectum. Vbi autem scientia ista est, quæ difficultatem parabant veluti malæ bestia, conuenient cum virtute, vt etiam tenelli puelli non exhorreant virtutis arduitatem; quinimò & in ea delectentur.

quem faciunt multiplicata ratione vere studiosum, vere sanctum! Hi nouerunt, P^{sal} 33. 9. quam suauis sit Dominus; quam bonus P^{sal} 124. 4. his, qui recto sunt corde; & quod meliora sunt vbera eius vino. Quid enim est aliud virtutem colere, quam Deo propinquare? Hinc Iacobus; *Appropinquate Deo. & appropinquabit vobis.* Hinc & conqueritur Christus per Isaiam: *Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eius longè est à me* Idcirco Christus ad se inuitat homines. Certum est autem, quod in perfecta vnione cum Deo, stat summa fœlicitas. Adimplet enim læticia cum vultu suo. Qui ergo in via ad eum accedit, profectò illuminatur, vt eum videat secundum mensuram fidei, atq; illi coniungatur. *Accedite (inquit) ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur.* Quid est non confundentur, nisi gloria-buntur, & gaudebunt? Quia quanto quis cum Deo coniungitur, tanto magis videt voluptatem Domini, eaq; perfruitur. Ergo virtus delectabilis est, ac sapida. Hinc Christus: *Qui venit ad me, non esuriet.* Hinc & inuitat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Hic est panis, quo confortatus Elias peruenit vsq; ad montem Dei, vbi eo munere donatus est, quo cœlestis figuratur gloria. Repleri igitur fructu isto libenter viam mandatorum curimus, hoc enim fit, vt saliat sicut ceruus olaudus.

Hæc quidem vera sunt; quidquid murmuret caro; quidquid obstrepat mundus; quidquid aliter sapientes dogmatizent. Neque his aduersantur alia scripturarum loca, quæ videntur tertere pigros, labore, famem, sitim, persecutiones, ac difficultatitina obuiantes. Concinunt omnia. Et verum est, quod clara est, & quæ nunquam marcescit Sapiencia, & facile videtur ab his, qui diligunt illam. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit, assidentem illam foribus suis inueniet. Esto, sit labor aliquis in vigilando diluculo studio quippe aliquid adhibendum est; sed si diligas, nullum est negotium. Fortis enim est vt mors dilectio, superans difficultates omnes, asperum planans iter, & reflexos di-

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

15.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

118.

P^{sal} 33. 11.

P^{sal} 33. 6.

Iob 6. 3.

Matth 11. 28.

3. Reg 19. 8.

Isa 35. 6.

17. Exhortatio.

Cant. 8. 6.

Ecl. 6. 19. rigens calles. Hinc Sapiens. Quasi is, qui arat, & qui seminat: accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Si aspera est, si ardua, hoc est ex negligentia hominum, ex pigritia mandatorum. Quid non graue est pigris? Audi Salomonem. *Abseudit piger manū sub ascella sua, & laborat si ad os suū eam conuerterit.* Hoc nunquid non verum est, in omni negotio, quando & ad os suū, vt comedat, manus adhibendo, se n. mirū *Psal. 9. 21.* laboraturum piger arbitrat? Quid mirū si in opere mandatorum pigri sibi laborem fingunt? Bene scriptum est. Dicit piger, *Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.* Dicit piger: *Leo est in via, & leena in itineribus. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in leuulo suo.*

18. Applicate ista ad negotium salutis, & videbitis totam difficultatem ex hominū pigritia proficisci. Quid non graue illi, cui plumarum mollities molesta est, vt diu nō possit in vno iacere latere; sed receret illud in aliud se vertendo. Num pluma perse sua offendit asperitate? An potius pigro molesta sunt omnia: noxia cuncta, aspera etiam mollia? & leuia grauia? & amara dulcia? Ita est profectō. Fingit ipse sibi molestias, fastidia, labores, offensiones. Quis tibi, o piger, renuntiauit in via esse leonem, leenam in itineribus, vt periculofum sit iter? Ipse tibi hoc persuades; tu tibi ingeris fastidatē; effingis laborem fallum: nē domum ex eas, nē cubiculum dēferas, ne relinquo lectulum tuum, vt inertia vaces. Verum nec tibi requiem inuenit caro tua, vertenda tibi sunt membra, quæ etiam plumarum fastidiunt lenitatem. Sic, sic operatur pigritia, socordia, inertia in mentes hominum: vt in amarum dulce ponant; vt mandata leuia, grauia arbitrentur. Sed mirum est, quomodo ista falsa imaginatio verum aderat; & quod per se non esset, falso iudicio verè existat. Diximus, & verum est, quod qui Deo coniungitur, dignus est, qui eius dulcedinem valeat prægustare. Si sic est: Qui elongantur ab eo, huiusce voluptatis profectō expertes sunt. At pigritia elongat,

dum fingit laborem in præcepto quo labore deterita, nō mittit manum ad aratum, nō apprehendit disciplinā, viam non ingreditur mandatorū, sed a Deo recedit cor eius. Dum ergo falsa imaginatio laborem opinatur, verè labore operatur, & perditionē quia scriptum est: *Qui elongant se a Deo, peribunt; perdisisti omnes, qui fornicaueris abs te. Mihi autem adhaerere Deo bonum est.* Ergo pigritiam excutiamus; e somno cui-gilemus inertiam conculcemus. Et ecce omnia leuia sunt, Et ponit Deus pedes nostros tanquam ceruorum, & cursor leuis explicans vias suas, ad bratium tendit supernæ vocatonis expeditissime.

SECUNDA PARS.

Quod eadem res possit diuersas, quin 19. & aduersas admittere conditiones & proprietates, aded vt eadē actio sit & amplectenda & repellenda, si sub variis respectibus consideretur, Salomon demonstrauit, qui vno & eodem contextu sic docet, & monet, & iubet: *Ne respondens stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.* Nō itaq; repugnat, præcepta Domini esse grauia, & leuia; arctam, & latam viam vitæ; & quod sit dulcis, & amara, potio salutaris. Propterea sanctus Apostolus attendens quod, qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis; & quod omnes, qui volunt pie viuere in Christo lesu, persecutiones patientur; & quod per multas tribulationes oportet nos introire in Regnum Dei: miserabilem quidem vitam allerit esse fidelium, si stertat in hac vita tantum, & extra illam nihil præterea expectemus. Idcirco statuit: *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus omnibus hominibus.* At si miserabiles sumus præ cæteris omnibus hominibus, qua ratione poterimus obtinere dicenti: *Gaudere in Domino semper iterum dico gaudete?* Quomodo Ecclesia fundatur exultatione vniuersa tenet? Vbi est pmissio illa Domini: *Perite, & accipite, ut gaudium vestrum sit plenum?* Iterū videbo vos,

22. *Et vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Bene igitur Apostolus non simpliciter nobis miseriam pronunciat, sed cum hac conditione. Si in hac vita tantum sperantes sumus. Spes à laboribus auertit sensum, ad mercedē dirigit oculum; vt pposito sibi gaudio suffineat cruce. Ided simul Apostolus hæc duo coniunxit: *spe gaudentes in tribulatione patientes.* Spes aut̄ dum animum erigit, ad Deum eleuat; & iam non modica felicitate potitur, cuius asperione & condimento, amara queq; repleat dulcedine.

20. Obserua, quòd in promissione terræ facta Patriarchis frequenter inuenies illam iam datam pronuntiam. Audi promissionem primam: *Semini tuo dabo terrā hanc.*

Gen. 13. 15. Audi secundam: *Om̄nem terram quā conspicis, tibi dabo, & semini tuo, vsque ad sempiternum.* Audi tertiam, factam videlicet Isaac: *Tibi, & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum, quod sponsoi Abraham patri tuo.* Audi quartam, quæ facta fuit Iacob: *Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo.* Audi quintam, eide[m] Iacob factam: *Terram, quam dedi Abraham, & Isaac, dabo tibi, & semini tuo.* Quando, quæso, dedit Deus terram illam tribus istis Patriarchis: (Nam de illorum semine nulla est quaestio) quando S. Stephanus dicit de Abraham. Transtulit illum in terram hanc, & non dedit illi hereditatem in ea, nec passum pedis: & promisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum. Possumus interpretari, quod pro tãto dedit Patribus, pro quanto dedit filiis. Ita quòd, hoc sit dare Patribus, quod datur filiis, in quibus filiis datur Patribus. Sed altius interpretantes, dicimus, quòd per illam terram cœlestis felicitas designatur, sicut docet Paulus ad Hebræos. Vndè & Ecclesia: *Signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctā, quam olim Abrahæ promissisti, & semini eius.* Secundo dicimus, quod tam cœta firmaq; promissio est vitæ æternæ, facta Patribus, quod iam tenetur, quasi possessa. *Spe enim salui facti sumus:* inquit Apostolus. Si ergò tantum bonum iam tenemus; ita vt datum iam nobis dicatur in

Scripturis, quantum est gaudium nostrum? quanta delectatio? Et hæc num patietur, nos virtutis timere arduitate? horrere difficultatem? declinare asperitatem? sic ergò in se quatumuis virtus difficilis, spes ipsa tota lætificans, tranquillum facit, tutam & gaudiosum iter.

Nè itaque decipere videamur, qui nos 27 audiunt; vndè sit difficilis virtus, attendamus: quo magis illius facilitas atq; iucunditas eluceat. Et primo in genere dicimus. Nos ipsos nobis difficultatē, pceasse. Locus enim erat deliciarum habitatio nostra, fœlix vita, delectabilis operatio ob prædictas conditiones; quòd facilis sit de se virtus; quòd natura nostra prona esset ad bonum ab adolescentia sua; quòd esset homo constitutus in sanctitate & iustitia, per quam veluti connaturalis esset illi virtutis cultus; quòd fœlicitas illa præludiu, atque prægustatio cœlestis beatitudinis, omnem expelleret molestiam atq; offensionem. Si enim hæc etiam nunc hominem beare possunt, constitutum in lacu miseræ & in luto fœcis; quanto id magis poterant in loco & statu deliciarum. Quòd de statu illo deturbatus sit homo, nostra est culpa, & iusta est difficultas, vt qui male vsus est iucunditate, nunc iniucunditate pigretur, nunc factio feneiat, quam malum & amarum est, reliquisse nos Dominum Deum nostrum.

Ex hoc sequitur secundū, quod in nobis 22. ipsis sit difficultatis causa. Pactum est enim prælium magnum in nobis, pace per peccatum abiecta, dum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem; quemadmodum in vtero Rebeccæ collidebantur pueri.

Tertio, præter iustitiam Dei subtrahentis 23. facilitatem; præter hominis conditionem, qua omnis caro corrupta est, & nõ est pax hominibus, etiam operatio ipsa virtutis, in parte facta est operosa. Non enim satis est nunc iuxta rationem, vt prius, viuere. De eo quoque, quod nõ ex ratione factū est, penitendum est: solvenda sunt, pœnæ; laboriosa opera sumenda, vt Deo fiat satis, quem offendimus; hinc ieiunia, hinc vigiliæ, hinc lacrymæ, hinc labor & color, &

terem. 2. 16

Gal. 5. 17.
Gen. 25. 23.

- lor, & inflicti & sponte assumpti. Trium mensium spatium erat commemoratio populi in deserto, dum videlicet in lege instrueretur. At inobedientia & rebellio nolentis ingredi terram, protraxit viam vsq; ad 40 annos. Perditio tua ex te Israël: sic labor, sic longa peregrinatio. Idem enim & post peccatum est sacrificium per victimarum mortem; vt videret homo, quid ipse commuisset; vt saltem in asperam vitam mortem commutaret; vt non tæderet eam viuere, manducando panem doloris, qui mortem obire dignus fuisset. Et non iam satis esset altare incensi propè Deum, sed opus esset & altari holocausto-
 27. riu extra sancta; nō (inquā) Deo mentis excessu ppinquare, sed & carnis decessu peregrinari a Deo: neque nisi sanguis noster inferri intra velum, sed carnes & reliqua omnia extra castra comburi. Quod est dicere. Non post mortem solummodo, quæ per sanguinem designatur, accessuros nos ad Deum, sed interim caro quoque & vita peregrinationis nostræ, in exilio pati oporteat, & veluti reprobati. Hinc ergo noua difficultas.
24. Quartò Difficultatē generant effectus, sine sequentia peccatorum. Quorum vnū est augmentum male punitatis ex consuetudine malefaciendi. Si enim quilibet act⁹ disponit ad habitum, addit vnusquisq; aliquid punitatis. Vndē semper procliuior fit homo ad malefacta: & hoc nulli dubiū est, quin difficilem reddat & arduum callem, quo ascenditur ad meliora. Sicut veterano arenosus ascensus grauis est. Ad veterem hominem pertinere peccata, & passiones peccatorū, ex Paulo manifestum est. Depo-
 24. nite (inquit) veterem hominē, & induite nouum. Hæ verò concupiscentiæ crescunt continuè, dum illis obediunt. Est enim illarum obedientia, veluti alimonia, qua grandescunt & inualescunt, veluti gigas, & Goliath, & Og Rex Basan. Vndē ad probationē Goliath, Saul & omnes Israëlita stupebant & metuebant nimis. Quid mirū ergo si homo, in quo tantum spualuit concupiscentia, vereatur cum illa bellum suscipere: Hinc Ieremias: Si mutare potest
 1. Reg. 17. 11. *Æthiops pellem suā, aut pardus varietates*
- Ierem. 13. 23. *suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malū. Quoniam naturalis est nigredo Æthiopi, & varietas pardo, idem non cadit in illis mutatio in diuersam dispositionē. Qui autem malefacere cōsuevit, sibi fecit ferē naturale peccatū, vt ab eo vix diuelli possit. Et certē hæc potissima causa est in benefactis terrenis difficultatis, quia multa à virtute retardantur & retrocedunt.*
- Inde hostis nostri augentur vires, dum nostræ decrescunt; inde enim diabolus roboratur, vndē infirmatur homo: dominatur enim plus semper in homine, dum homo se illi subdit spontaneè, & carne nostra tanquam armis vitur contra nos & tanquam leo rugiens, circuit quarens, quem deuoret. Necessaria ergo est non modica fortitudo, vt diabolo resistamus, & eripiamur à potestate tenebrarum.
- Addē multitudinem peccantium, ceteros exemplo suo ad malū protoctantium. Torus n. mundus in maligno positus est, & multi intrant per viā perditionis, & periclitantur qui saluantur. Hoc quid agit aliud, quam quod scriptum est: *Commisisti iuramentum gentes, & didicerunt opera eorum: Denique in laudibus Tobia dicitur. Denique cum ireat omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat Rex Israël, hic solus fugiebat consortia omnium; sed pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israël. Neque exemplo solum mundus, qui Deum non cognouit, factus est nobis in scandalum; sed etiam corumpit bonos mores per colloquia mala, seducens per dulces sermones, gladio linguæ feriens; nam lingua mundanorum est gladius acutus; & de mundana concupiscentia sub typo male fœminæ dicitur à Sapiente. *Mulier p̄uista & clamosa, plenaq; illecebris, & nihil omnino sciens, sedit in foribus domus suæ super sellam; In ex-elsō vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. Qui est paruulus, declinet ad me.* Mulier hæc homines mundi sunt, de quibus verum est: *Sepulchrum patens p̄ faciem est guttur eorum linguæ suæ dolose ngebant. Venenum aspidum sub labiis eorum.* Malum proponentes, ad malum exhortantes, virtutibus*

1.9. rutibus detrahentes. Quod in vxore Iob
 habemus manifestum dicente illi, Adhuc
 tu permanes in simplicitate tua? Benedic
 Deo, & morere. Tridem faciebant Reges,
 qui venerant ad illum, vt consolarentur
 eū, sic parentes quoq; Tobias: de quo scri-
 ptum est. Sicut beato Iob insultabant Re-
 ges, ita isti parentes, & cognati eius irde-
 bant vitam eius dicentes. Vbi est spes tua,
 pro qua eleemosynas & sepulturas facie-
 bas? sic Pharisæi, vt Magus ille, conaban-
 tur auertere a fide Christi turbas. Vera est
 enim Salomonis sententia. *Ambulans vello
 itinere, & timens Deum, despicitur ab eo,
 qui infami graditur via.* Propterea laudā-
 tur & Iob, qui vxorem reprehendit, & Re-
 ges; & Tobias, de quo dicit historia eius.
 2.5. Tobias vero increpabat eos, dicens: *Nolite
 ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus: &
 vitam illam expectamus, quam Deus datu-
 rus est his, qui fidem suam nunquam mutant
 ab eo.* Fatemur, & hoc non modicam inge-
 rere sanctis operibus difficultatem.
 27. Sed tunc maxime, quando hæretici in
 hypocritis loquentes seducunt corda inno-
 centū. Quod certe solerti studio opus habet.
 Idcirco hodie monet Dominus Iesus
 Christus: *Attendite à falsis Prophetis, qui
 veniunt ad vos in vestimentis ouium; intrin-
 secus autē sunt lupi rapaces.* Si lupi interitū
 nostrum moliantur, veniunt, vt rapiant &
 mactent, & perdant? Ergo species pieta-
 tis, quam præterdunt, noxia admodū est:
 quia peruersi difficilē cognoscuntur. Re-
 cte ergo monet Dominus dicens: *Attende-
 dite.* Vbi profectō ignauia depellenda est,
 vbi foci cordia ableganda, vbi intentos nos
 esse oportet, & perugiles, nē seducamur.
 Et hoc quidem præstandum est, erga sedu-
 ctores omnes: sed illi singulariter atten-
 dendi, qui peccatores suauibus demul-
 cent promissionibus, vt securi incedant,
 & abiq; timore in viis suis pessimis. Quasi
 non dixerit Dominus. *Quam angusta por-
 ta, & arcta via est, qua ducit ad vitam: &
 pauci sunt, qui inueniunt eam.* Neq; in Psal-
 mo decantatum sit. *Seruite Domino in ti-
 more, & exultate ei cum tremore. Appre-
 hendite disciplinam, nequando irascatur
 Dominus, & pereatis de via iusta.* Hi dum
 Tom. 11. Bellintani.

placentia loquuntur, nocentia ingerunt:
 dum palpant, perdunt; sunt enim lupi ra-
 paces in vestimentis ouium. Nam & de mu-
 liere illa seductrice dicit Salomon: *Qui ap-
 plicabitur illi, descendet ad inferos.* Prou. 9. 18.
 28. Vbi aduertendum, quod in hoc stat ho-
 rum deceptio, quod ponunt latam viam,
 quæ ducit ad vitam, quasi licenter liceat
 viuere, carni obsequendo, terræ adhar-
 endo, sæculo conformando viam suam, & de
 diuinis mandatis nullam habendo solici-
 tudinem; vel quod Deus circa cæli car-
 dines perambulans nostra non consideret:
 quasi omnis, qui facit malum, bonus sit
 in conspectu Domini. Quæ oriuntur ex
 hoc, qui dicunt aliqui: *Quid enim nouit
 Deus? & quasi per caliginem iudi at. Nu-
 bes tabulorum eius, nec nostra consistat; &
 circa cardines cæli perambulat.* Aliqui di-
 cunt: *Oblitus est Deus, auertit faciem suā,
 nē videat in finem.* Aliqui autem: *Omnia
 qui facit malum, bonus est in conspectu Do-
 mini.* Isti putant, Deum hæc nostra infe-
 riora non curare, & de fine vitæ nostræ nō
 esse sollicitum, vt reddat vnicuique secun-
 dum opera sua: aut etiam vitia non audis-
 se, sed probare magis. Et multi profectō
 sunt huiusmodi, qui quamuis ore tam sa-
 crilega verba non proferant, dicunt tamen
 in corde suo: *Non est Deus.* In eo quod sic
 viuunt, ac si de nobis cura non sit Deo æ-
 que ac de bobus. Hoc sic statuunt in cor-
 de suo, vt nullus mentibus eorum infirmi-
 mor Dei, quasi non esset Deus. Dicunt
 verò alij: *Diligit Deus omnia quæ sunt, &
 nihil odit eorum, quæ fecit. Deus creauit ho-
 minem inextermabilem, & ad imaginem
 similitudinis suæ fecit illum. Misericordia Do-
 mini magna est, multitudinis peccatorum
 meorum miserebitur.* Addunt hi Nouato-
 res nostri temporis: *Christus Filius Dei re-
 demit nos ab omnibus iniquitatibus nostris,
 & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* 2. Iob. 2. 2.
 Et ipse propitiatio est pro peccatis nostris, non
 pro nostris autem tantum, sed etiam pro ro-
 tius mundi. Quia apud Dominum miseri-
 cordia, & copiosa apud eū redemptio. Quid
 igitur callo labore cōsumitur, ieiunantes,
 orantes, obediētes? comedamus & biba-
 mus. *Christus pro nobis satisfecit: & ubi* Rom. 5. 20.
 M m m abun-

abundat delictū, ibi abundat & gratia. Heu! quam lata via est hæc sed certè ducens ad perditionē: quoniā Christus passus est pro nobis, vt nobis relinqueret exemplum ad sequenda vestigia eius; vt is solus, qui sequitur illum, non ambulet in tenebris, sed habeat lumen vitæ. Qui enim dicit, se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Sic enim dedit semetipsum pro nobis; vt nos redimeret ab omni iniquitate, videlicet, vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem honorum operum, & mundaret conscientiam ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti in iustitia, & sanctitate veritatis. Vide si non hi sint falsi illi Prophetæ, de quibus

1. Pet. 2. 11. *iniquitate, videlicet, vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem honorum operum, & mundaret conscientiam ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti in iustitia, & sanctitate veritatis. Vide si non hi sint falsi illi Prophetæ, de quibus*

1. Joh. 3. 12. *per Ezechielem conqueritur: Va Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in deserto Prophetæ tui Israel erant. Non ascendisti ex aduerso, neque opposuisti murum pro domo Israel, vt staretis in pralio in die Domini. Vbi aduertè, quod in terra illa vulpes sunt, quasi lupi rapientes & occidentes, iuxta q̄ scriptum est: Partes vulpium erunt. Vt meritò dicat Christus de huiusmodi. Intra insecus sunt lupi rapaces. Dolose tamè procedentes, vt vulpes, dum veniunt in vestimentis ouium. Isti in die Domini, quandò videlicet disponit Dominus populum flagellare pro peccatis suis, deberent minas Domini explicare, vt populus ageret penitentiam. Et hoc modo starent ex aduerso, murum opponentes, nè Domini indignatio in populum deriuaret. At contra faciunt, predicantes propitium Deum, & populo dicentes: Absit à te popule; non eris tibi hoc, quod Ezechiel minatur, vel Ieremias. Pax erit in omni terra: Pax tecum. Nè timeas. Dicit itaq; Dominus: Deceperunt populum meum, dicentes: Pax: Et non est pax. Et ipse adificabat parietem: illi autè lineabant eum luto absq; paleis. Paries, què adificabat populus, erat modus viuendi, qui erat malus, pro quo iram Domini merebantur. Erat autè consuetudo, vt paries ex terra factus, incrustaretur luto composito cum paleis: nam paleæ continent compactum lutum, & hoc ad conferuandum parietem à pluuia. At Prophetæ lineabant vi-*

ram malam populi, veluti illam tuentes, dum dicerent: Nolite timere, Dominus erit nobiscum. Nequaquam moriemini Quibus p̄missionibus factus securus populus, legem Dei negligebat, perdurans in iniquitatibus suis. At lutum hoc falsarum illarum sponsonum erat sine temperatura palearum, quod ad pluiam mox defluebat: vnde parietis casus sequebatur: quoniam eò magis indignabatur Dominus cõtra populum, & contra Prophetas, emittens furorẽ suum tanquam inundates aquas, quæ omnia prosternant. Pergit ergò Dominus; Dic ad eos, qui liniunt absq; que temperatura, quod casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides pragens desuper eruentes, & ventũ procella dissipantem: & erumpere faciam spiritum tempestatis in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptione, & destruam parietem, què liniistis absq; temperamento, & adaquabo eum terra, & reuelabitur fundamentũ eius. & complebo indignationem meam in pariete, & in his, qui liniunt eum absq; temperamento. Dicamq; vobis. Non est paries, & non sunt qui liniunt eum. Vides quomodò mendaciter hi faciunt latam viam, cum verè arcta sit?

Quod illi faciebant, stante indignatione Dei contra peccatores, faciunt isti in communi vita fidelium, detrahentes operibus laboriosis, & violentiæ, quam sibi facere tenentur, qui cupiunt Regnum cælorum, atq; mortificationi membrorum, carnisq; crucifixioni, Crucis quoq; portationi post Christũ. Quod ad viuũ præsignatur à Deo per eundem Prophetam, inuehens contra Prophetissas, quæ placentia carni populo vaticinabantur, Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vaticinare super eas, & dic: Va quæ consunt puluillos sub omni cubitu manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuersæ aetatis. ad capiendas animas, & cū caperẽt animas populi mei, viuificabãt animas eorum. Vide quam graphice depinguntur hæretici, qui spernũt omnia legis sanctę opera. Mulieres vocat, sicut & Ilaias huiusmodi vocat mulieres opulen-

Ezech. 13.
10.

res sunt, iudicantes secundum faciem non secundum veritatem, & ided illis ardua est virtus. At illis iugum suauis est, & onus leue, qui audiunt vocem illam Domini: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Qui enim sic reficiuntur, grandem viam ambulant sine labore, quorum non est subtritus pes, imò nec sunt attrita vestimenta, nec calcemeta pedum, & sicut nubes volant, & ided frustra iacitur rete ante oculos eorum. *Estote ergo sapientes, & nullus obstinet vobis præcedente Domino, omniaq; obstacula remouente, cui est gloria. Amen.*

adduci ratione, vt ex Ægypto exiens, iter aggrediretur ad terram illam præcipuam, atq; inter omnes regiones mundi singularem. Neque parum fuit occurreatibus his, quibus animus eorum offendebarur, murmur illorū compescere, mentemq; sustentare, vt non eos tæderet itineris & laboris. Præstat ergo Christus Moyse, iam a principio iter difficile prænuntians, & angustā viam; & multò magis mundo, qui etiam fallaciter bona promittit, placide loquens & submisit. Quia in re vult nos Sapiens cognoscere inimicum, dicens: *Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde trastrauerit dolos.* Quando submisserit vocē suam, ne credideris ei: quoniam septem (id est multæ) nequitia sunt in corde illius. Verum itaq; amicum, sanctumq;, ac sapientem legislatorē nostrum audiamus. Qui & viā rectam nobis ostendit, & termini eius ostensione atque ratione per eandē nos trahit suauiter.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ex terminis vltimis cognoscitur, quæ via mala, & quæ bona. Hortamur ad ingrediendam angustam portam. A fructibus homines cognoscuntur. In Morali ostenditur, portam cæli esse angustam.

Vbi duo. Primum enim inuitat nos ad viam rectam. Secundò dat cautelam, contra ducentes per prauam & obliquam. In primo etiam duo ostendens, quæ sit via recta, & quæ obliqua. Et hoc primum ex terminis, ad quos ducunt; recta enim ad vitam, ad perditionem autem ducit obliqua: secundò ex viarum conditionibus; nam recta est arca; lata verò obliqua: ternò ex ambulantiis per illas. De obliqua dicens: *Lata porta, & spatiofa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.* De recta verò: *Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam!* Que omnia, qui studiose querit intelligere, in se rectū habere cor testatur facit, dicente Salomone: *Cor impij inquit mala: Cor autē rectū inquit scientiā.* Rectum enim cor est illud, quod vult vitam diligere, & dies videre bonos; & propterea scientiam querit ad cognoscendam viam vitæ, vt per eam recti sint gressus eius. Qui autem prauam habet cor, & in prauitate cordis sui querit carnis oblectamenta, iste odit lucē, & non venit ad lucē, vt non arguantur opera eius, ad mala duratata intētus, quib. sensus suus delectatur. Propterea ergo vitæ Auctor, qui ad homines venit, vt vitā habeant, & abundantias habeant,

NE populus Christianus conqueri possit de Mediatore noui testamenti, quemadmodum antiquus populus de veteris testamenti mediatorē conquereretur, aperte Dominus Iesus, dū nouum hoc suum testamentum promulgat, quo quasi per desertum ducitur ad terram viuentium, itineris præmonstrat difficultates, dicens. *Intrate per angustam portam. Nam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam!* Mittens Dominus Moysen ad populum, qui in Ægypto afflictus erat, hæc vt populo referret, illi mandauit. *Dixi, vt educā vos de afflictione Ægypti in Terram Chananei ad terram fluentem lacte, & melle.* Itineris autem difficultates non aperuit, ne forte, sicut incidens in illas murmurabat & in Ægyptum reuerti statuebat, ita si à principio intellexisset, vlla posset

Exod. 3. 17

Pro. 21

Diap. 1

Pro. 17

Ioan. 7. 24

Ioan. 10. 10

habeant, notam facit nobis viam vitæ, vt non prauis itineribus gradiamur, sicut illi de quibus dicit Sapiens. *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam diues in prauis itineribus.* Et, *qui ambulat simpliciter, saluus erit: Qui peruersis graditur viis, concidet semel.* Pauper est, qui ambulat simpliciter, qui non extra viam rectam, se à rebus temporalibus permittit rapi. Diues autem, qui temporalium rerum captus amore, huc illucque diuertit, vbicunq; illis potiendi detur facultas. Ambulat pauper ille simpliciter; multipliciter autem, nedum dupliciter diues iste. Et ratio est; Vna, & simplex est via recta, quemadmodum vnum est necessarium; quæ verò distortæ viæ sunt, multæ sunt, ad dexteram & ad sinistram, sursum & deorsum. Et rectus pauper, quam viam incedit exterius, eam pergit interius; qualem se Dei oculis exhibet, talem se hominum obtutibus offert. Diues autem sicut inconstans est in omnibus viis suis, ita multiplex per eas progreditur, pedem vnum in vna figens, alterum in altera: sicut in corde, & corde; ita & in itinere, & itinere graditur. Nam *vir duplex animo* (inquit Iacobus Apostolus) *inconstans est in omnibus viis suis.* Merito ergo simpliciter ambulans saluabitur; qui aliter, concidet semel. Semel (inquam) quoniam in die ultionis, non proderunt diuitiæ, non astutiæ. Casus ille erit vnus quidem, sed non indè præterea dabitur resurrectio.

3 Hic est viarum terminus, vita, & perditio. Qui viuit, hic est; hic seipsum habet, possidet animam suam. Vbi est perditio, quod perditur, non habetur: perditio vitæ aduersatur: perditus homo nec est, nec viuit, nec quidquã habet, seipso vacuus, sui exors, sui pauper, filius perditionis. Nomen viæ & portæ, vnumquemq; nostrum termini deberet admonere. Via est, qua aliquò tenditur; porta, per quam in aliquem locum intratur. Hoc nomen mentem abstrahit ab eo, quod præsens adest, ad id, quod expectatur, quod queritur, quod speratur. O nos felices, si mentis oculum eleuaremus, & dirigeremus ad terminum.

1/a. 30. 21. Qui post tergum monet dicens. *Hæc est*

via, ambulate in ea; & non declinetis, neque ad dextram, neque ad sinistram. Terminum spectat, vt ad illum dirigat, quò qui hinc vel hac declinat, aspirare non potest. Quare verò post tergum monet? Dicit enim Propheta. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Hæc est via. Errant in via, qui non illum sequuntur. Si enim antè esset, diceret: Venite post me: Si errantibus occurreret, viam impediret, & interdicere, quemadmodum Angelus cum Balaam fecit, dicens: *Veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihi que contraria.* Sed dum post tergum monet, reuocat ab errore, viam veritatis ostendit, dicens: *Hæc est via, ambulate in ea.* Qui audit, faciem suam ad monentem conuertit, vt respondeat, vt videat præceptorem, & sibi demonstratam viam eligat veritatis. Ergo qui erratis in via morum, declinate semitam, viam iniquitatis amouete à vobis. Perditio terreat: Vita teneat vestrum desiderium. Termini compensent viarum conditiones. Non displiceat, quòd sit arcta illa, quæ ducit ad vitam: non placeat, quòd illa lata sit, quæ ducit ad perditionem. Verus Doctor missus à Deo clamat: *Intrate per angustam portam.*

Vide, quomodo Propheta hoc eleganter prædixit: *Et dabit vobis Dominus panem arctum & aquam breuem, & non faciet ultra auolare à te Doctorem tuum, & videbunt oculi tui præceptorem tuum.* Panis arctus & aqua breuis, hæc est portæ angustia, & vitæ arctitudo, quam Christus nobis ostendit, dicens: *Hæc est via, ambulate in ea.* Vendite, quæ possideris, & date elemosinam. *Qui habet duas tunicas, det non habenti. Cauete ab omni avaritia. Beati pauperes spiritu. Qui non odit patrem suum, & matrem suam, adhuc autem & animam suam non potest meus esse discipulus, & huiusmodi sexcenta.* Hoc est dicere: *Intrate per angustam portam.* Quæ est enim vita nostra, nisi porta & via? *Audite, qui ingressi sunt per portas has: dicebat Ieremias à Deo sic iustus: Bonas facite vias vestras, & studia vestra.* Per portas intratur in domum. Ibi non sedetur nisi ad iudicandum. Non

- te moueat, quod angusta sit porta, dum domus sit lata, & spatiosus locus ad manendum. O Israël, quam magna est domus Domini! Esto, angusta sit porta:
- Baruch 3. 24.**
Heb. 13. 14. *Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus.* Intrate, intrate in eam: Nōn sit vobis cura, quod angusta sit porta, id attendendum, quo per eam intratur. Sed heu, qui sedent in porta (nisi id sit ad iudicandum seiplos) non ingrediuntur per portas in ciuitatem. Audio enim conquirentem: *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum.* Hi sunt, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis: Qui dicunt: *Comedamus, & bibamus, cras enim moriamur.* Annon tibi videtur, quod hi sedent in porta, qui dicunt: *Cras moriemur? Et transibit vita nostra tāquam vestigiū nubis: Vmbra enim transitus, est tempus nostrum.* In porta si vident, in itinere conticentur. Sed latam portam, & spatiosam viam exquirunt, dicentes: *Venite ergo fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.*
- 5** Vbi tandem videtur tertium illud, quod dixit Dominus de viis iustis, nempe quod multi intrant per latam, & pauci sunt qui inueniunt arctam. Sciuit hoc primus mundus, quando repleta est terrai quitate, & pauci, id est octo animæ, saluæ factæ sunt. Sciuit hoc secundus mundus, quando de generalitate hominum vnus populus selectus est; qui Deum verum coleret: ceteris gentibus colentibus vnaqueque Deum suum. Sciuit hoc populus ipsemet à Deo assumptus in populum, quando de numero sexcentorum millium, qui exierant de Aegypto, vnus & alter solummodò ingressi sunt in terram, pro qua iurauit Deus patribus eorum. Scitum est hoc non in
- Re. 12. 18** exordio tantum plebis huius, verum etiam in progressu, quando illius diuisione, vna sola tribus adhæsit Domino, seruans Dei cultum in Ierusalem, reliquis vnde-cim tribubus idola colentibus. Notum est omnibus credentibus etiam nunc, quando Christi Ecclesia, extra quam non est salus, maiorem partem orbis terrarum occupat, reliquis Nationibus sine Deo existentibus in hoc mundo. Neque hic video disputandum, quamobrem istud eueniat, sed deplorandum, quod eueniat.
- Et in Ecclesia Dei nunquid omnes saluantur? Nunquid omnes custodiunt verbum Dei? Nunquid omnes obediunt Euangelio? An non sola pars quarta cum fructu suscipit verbum Dei? Quot sunt, ex quorum cordibus venit diabolus, & verbū aufert? Quot sunt, qui cum gaudio suscipiunt verbum, sed orta tribulatione propter verbum continuò scandalizant? Quot sunt, qui acceptum verbum suscipiunt curis ac voluptatibus? Vbi pax hominibus bonæ voluntatis? Vacuus nē est populus Christianus ab hominibus iracundis, in quibus Prouerbiū illud impletur: *Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitatur rixas.* An inter nos non sunt iactatores, se dilatantes, libi confidentes, vnde iurgia oriuntur? Tales arguit Salomon suo illo Prouerbio: *Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Domino, sanabitur.* Et quot sunt, de quibus idem dicitur Sapiens: *Qui decipit iustos in via mala, in interitū suo corruet, & simplices possidebunt bona illius.* Sed satis superque sunt illa Domini Iesu Christi verba: *Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?* Non est fides; quam quærūt Christiani in illis, qui verbis cōfitentur, factis autem negant. Et horum quantus est numerus in fidelibus? Vnde, vnde hoc: nō curiosè quærendo sed studiosè, vt audiamus verbum post tergum mouentis. Vnde tanta pereunrium multitudo? In verbis Domini stat ratio, quia *lata porta est; quia spatiosa via; quia angustari nolumus, non stringi, non ligari, ambulare volumus in latitudine; pauci spatiose licenter viuere; ætatem nostrò degere arbitrari. Et vtinam arbitrari; sed seruente magis nostra, qua nō bonum quod volumus, sed malum quod nolumus, illud agimus, vt scribit Apostolus. Compedes intellectui nostro admouit caro, quæ dominatur in omni possessione Aegypti, & nulla libertatis est cura. Et mouenti dicimus: *Recede à nobis, vt seruiamus Aegypti.* Dura ceruix, indomabile cor, peruersa voluntas,*

Mach. 4.
 luatas, terra maledicta, proferens spinas & tribulos. Venerunt cum Iuda Machabæo fideles ad templum; & viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exultas, & in atris virgulta nata, sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta. Istæ sunt causæ, quæ obrem multi ambulant per viam perditionis, & in via delectati, terminum non intuentur. O, si quis est suæ salutis cupidus ac studiosus, attende, qui tecum sunt in comitatu, vide si cum paucis ambulas, an cum multis, ut noris, quod te perducatur via, quam ambulas.

SECUNDA PARS.

Gen. 1. 16.
Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunc adhibet cautelam, quia insidias inimicorum aperimus, ut non ab eis decipiamur. Dixit prius: *Intrate*: nunc verò: *Attendite*: Simplex iussio fuit illa: hæc observatio & solertia contra eos, qui obstare possent divini precepti observantia. Hæc est gratia Domini nostri Iesu Christi, quam lapsis facit pro nostra infirmitate. Huiusmodi gratia primis nostris parentibus facta non fuit. Iussionem susceperunt. De omni ligno comedes: De ligno autem scientiæ boni & mali non comedas. Si illis adiecisset. Attendite à serpente, ne vos decipiat, contrarium persuadens; forte mansissent usque in hanc diem. Sani erant, sat illis fuit iussio. Nos infirmi sumus in hac parte: hæc præterea admonitione indigemus. *Attendite à falsis prophetis.*

Rom. 7. 14.
 Vbi duo. Qui sint falsi prophete, & quomodo cognoscantur. Primum. *Veniunt ad vos in vestimentis ovium; intrinsecus autem lupi rapaces.* Secundum. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ad primum. Vnus Creator: plurimæ creaturæ. Et vnus Creator omnium, idemque dispositio & ordinator, plurima statuit inter eos, ut ex his vnus quoddam componeretur, quod pulchrum, pulcherrimum ipsum Creatorem demonstraret. Inter tot nodos, quibus moles hæc, ex tot tamque diuersis,

imò & aduersis partibus compaginatur, illud est singulare, quod qui à veritate per se ipsos recesserunt, alios quoque ad idem flagitium illicere, aut compellere moliantur. Quæ est illorum probatio, num verè lucem diligant veritatis; ut qui à probatione reprobantur, ut reprobi reiciantur; qui verò probati manifestantur probi, suæ probitatis mercedem recipiant apud Deum. Et propterea vbi diuina prouidentia hæc permittit contingere tentationem, ibi diuina sapientia nos monet, ut cautè ambulemus, non clypeo & hasta, sed optimis sermonibus & exhortationibus, munus & armat suos. Ita in lege statuit: *Si surrexerit in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse dicat, & prædixerit signum atque portentum: & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi. Eamus & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palàm fiat vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra.* Quapropter Dominus IESVS nos monet. *Attendite à falsis prophetis: ut cautos nos faciat aduersus illos.*

Bifariam verò Deus ab impiis infestari nos permittit, dum vel in exterioribus offendunt, vel in bonis salutaribus nobis damnum student. Accidit hoc in exterioribus, in casu, de quo Salomon: *Leo rugiens, & ursus esuriens, princeps impius super populum suum.* In spiritualibus euenit per falsos Prophetas, qui speciem habentes pietatis, abiiciunt veritatem; sicut est casus iam in lege decretus. Vbi ex hoc, quod Dominus lupos rapaces vocat, innuitur, quam perniciosi sint huiusmodi homines, & quam diuersi appareant ab eo, quod re vera sunt: quando velut oves circumdati veniunt pelle, & apparentia amantis & iuuantis; & tamen verè lupi sunt, lupique rapaces, rapientes, & maciantes & deuorantes. O si quis sciret damnum, quod inferunt huiusmodi lupi, quam cauto illos euitaret?

Hi sunt hæretici auertentes à doctrina sana, & ab auctoritate Sanctæ Romanæ Ec-

Deut. 13. 1.

2. 3.

9

Pro. 28. 15.

10

na Ec-

na Ecclesia: Veteres illi placencia sensibus loquebantur, pacem & prospera promittentes etiam impiis; vt Sedechias ille, qui
3. Re. 2. 211. Achab Regi prædicebat victoriam contra Idumæos. Nostri videntur menti placencia loqui: Euangelium iactantes, Christi gloriam prætendentes; sed latenter, quæ carni ardent, ingerunt, opera, ieiunia, afflictiones pœnitentiales subtrahentes. Ars diaboli ista est, qui mentem seduxit Euz, & carnem simul illexit, pollicens Dei similitudinem, & simul cibum ad vescendū suauem offerens, vt totum trahens hominem, totum corrumpat. Sed nostri homines dediti carni, satis habent, quod carni placencia suggerantur. Heu! dum placencia quæris, sequeris, consequeris, te lupus rapit, mactat, deuorat. Ouis videtur, quod quæris, animal vtile, quietum, domesticum; sed lupus est, lupus rapax, occidens, deglutiens. An non lupus interficiens bladiæ mulierum Madjanitarum, trahentes ad idola, propter quod Deus indignatus est contra populum? Nunquid manifestū non est, quod ait Salomon: *Qui nutrit scorta, perdit substantiam*: Nunquid nō verum est pariter: *Homo, qui blandus, ficitis sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius*? Tu, tu ipse tibi lupus es, tu tibi blandiris, & odio habes corripientem.
Pro. 29. 1. Ideo te ipsum perdis. Audi Salomonem: *Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eū sanitas non sequetur.*
 11 Sed iam & signa accedamus, quibus falsi prophetae cognoscuntur, de quibus Dominus: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Fructus signa sunt, quibus cognoscitur arbor. *Nunquid colligunt de spinis vvas? aut de tribulu ficus? sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit.* Vide ex doctrina Sanctorum, quam dulces editi sint fructus pacis, charitatis, mansuetudinis, sanctitatis, & sapientia. Vide quantas turbas excitarint hæreticorum placita; quot sectæ, quot bella, quot vitia, quanta carnis licentia, quanta populorum subuersio. Vide quam facile sit ex his, falsos prophetas discernere: sed qui fructus sunt domesticorum fallentium: Ha-

beamus Apostolū illos recensentem: *Manifesta (inquit) sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundæta, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, amulationes ira, rixa, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædicatio vobis; quoniam qui ista agit, Regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, &c.*

Quam falsus propheta caro sit, sensus, appetitus noster, quis non videat: ouem se præber, lupum se gerit: bona ostentat, mala intentat: placidam se offert, molestia plenam effert sese; qui illius sunt fructus, peccata omnia, aduersa omnia. Maledicta terra, spinas & tribulos germinauit: maledicta terra, est caro corrupta, spina & tribuli sunt fructus eius. Quisquid mali ortum est, fructus est carnis. Opera magis, quam fructus illa dixit Apostolus: *Manifesta sunt (inquit) opera carnis.* Non sic spiritus. *Fructus autem spiritus (inquit) est charitas, gaudium, pax.* Carnis genimina non dantur ad fruendum; nihil habent fruibiles; sed operosum totum, totum difficile, totum laboriosum; idem opera sunt. Ex spiritu autem fructus producitur, propterea quod in ipsis magna est fruitio & delectatio. Salomon tamen fructus etiam carnis appellauit, quod comedentibus intolerabilem causent amaritudinem: *Comedent (inquit) fructus via sua, suisque consiliis saturabuntur; & Moyse. Vna eorum vna felix, & botri amarissimi: fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Est certe vnde mundus est ruinarum plenus? Vnde vita nostra est appropinquans in inferno deorsum, vt loquitur Sapiens; & ait Dauid. *Vita mea inferno appropinquauit, estimatus sum cum descendentibus in locū, factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber; sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis.* Vnde (inquam) tot malorum illuies, nisi ex carne? Nam & pisces illis temporibus, quoniam caro corrupta erat viam suam; idem venit diluuium, & tulit omnes.
 Vide

Vide fructus carnis, ab his cognosce illam, ut non te decipiat. Quando titillat sensus, blanditur caro, illecebra voluptatis trahitur appetitus, mentem adhibe ad fructus, qui generantur ex carne; & videbis omne terram coopertam mortis caligine, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, & terram incolentium, contritio est & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, & trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Dum non fructificauit caro in populo, in illum ingredi non potuit maledictio. Ita enim pronuntiauit, qui maledicere conabatur. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israél. Dominus Deus eius cum ipso est, & clangor victoriae Regis in illo. Vbi non est peccatum, ibi Deus est; & ubi Deus est, quantalibet insurgant bella, clangor victoriae Regis in illo erit; victoria referetur de hostibus. victoria magna, quia Regis, victoria manifesta, ideo clangor. Caro, caro aditum fecit maledictioni: caro induxit idolum. Vbi falsus adest Deus, abest verus, adest puniens. Attendite ergo, & cognoscite fructus carnis, ut ab ea declinetis.

pusillum, & non erit peccator: quares locum eius, & non inuenies. Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabitur in multitudine pacis.

Eiã ergo hac celesti doctrina instructi, ingrediamur viam salutis & pacis, non abhorrentes, quæ videntur esse difficultates, asperitates, aulteritates, non amplexantes quæ dulcia videntur, quæ blanda, quæ suauia: dematur cortex, intimum rei sapiens intueatur oculus. Opera bona, opera quidem sunt; sed operosa non sunt; fructuosa sunt, iucunda, grata, delectabilia, fructus veri, & suauis, modò exercitatos in illis habeamus sensus, & acquisiti sint habitus virtutum. Quò plus operaris, minus sentis laboris & difficultatis. Vince primum proximiores hostes & plus infestantes, & omnes demum prostrabis, fugabis, vastabis. In insigni illa prophetia facta Moabitarum occasione, qui se fatentur populi Dei inimicos, dictum est de illo à Spiritu Sancto: *Orietur stella ex Iacob, & conserget virga de Israél. & percutiet duces Moab; & vastabit omnes filios Seth.* A Moabitis transit ad Vniuersum, quoniã omnes homines sunt filij Seth. Incipe tu, principiis obsta, acies primas prosterne, & pones sub pedibus tuis omnes inimicos tuos. Stella est virga, celestis conuersatio omnes frangit aduersarios. Et qui aduersarij nisi qui de terra sunt? qui terrena sapiunt? qui illa quærunt quæ sunt super terram? Bonis operibus mala destruntur. Virga est stella: virga de terra, stella in Cælo. Opus manuum tuarum per se percutere non potest, per se vastare non valet inimicos: erit & stella, veniet tibi auxilium de cælo, adiutorium de Sancto: Dominus opem feret tibi. Et erit Idumæa possessio eius; hereditas Seir cedet inimicis suis. Israél verò fortiter aget. Per Idumæam intelligitur Romanum Imperiũ, & per illud orbis vniuersus. Omnes omnes omnino inimici subdentur tibi, si per te non lict, si tu fortiter ages, si neruos extenderis omnes.

Israél fortiter aget. Quis Israél? qui Iacob dictus, fratrem supplantauit surripens benedictionem. Et cum Angelo postea luctatus est, & appellatus Israél. Si cum

Gal. 3. 3. 5

Nu. 23. 21

Gen. 37.

Gal. 3. 12.

13

Psal. 36. 9.

10. 11.

Psal. 36. 9.

10. 11.

14 Exhortatio

Nu. 24. 17.

Nu. 24. 18.

Tom. 11. Bellintani.

N n n f i a t e

fratre astutia, cum Angelo viribus præliatus est. Israël fortiter egit: Iacob sapienter.

Ep̄. 6. 12. Fortiter, fortiter agamus, etiam si colluctatio sit nobis, non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus. Contra fratrem prius, contra Angelum postea. Aduersus carnem, & sanguinem in principio, contra spiritualia denique. Cum carne discretio spiritus, cum spiritu, mentis ac fidei fortitudo, & perseverantia consuetudo. Domita carne, facile spiritualia subiugantur: si caro dominetur, inanis est labor reliquus: Quid putas

Gen. 25. 31 esca fratrem supplantatum? pulmento empta sunt primogenita: carnibus hedinis subtracta est benedictio, & ita fratrem supplantavit in altera vice. Sibi escam subtraxit Iacob, & ius acquisiuit aduersus carnem; cibos obtulit patri, & fructum possedit primogeniturae. Sic corpus castigatur, & in seruitutem redigitur, & sub plantis ponitur. Tum demum mens & intellectus captiuatur in obsequium Christi. Supplanta tu carnem, & humiliabitur in conspectu Dei. Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutem Dei, cui fit gloria semper. Amen.

Isai. 40. 4.
Luc. 3. 5.

MORALE.

16 **Psal. 28. 3.** **O** Vtinam vox Domini sit super aquas, quæ etiam intrant per angustam portam, & velociter currunt per arctam viam, non dispersæ per agros, sed in flumine pertranseutes. Audite vocem istam Domini, omnes vos, qui vocati estis sancti,

Psal. 94. 8. audite dicentem. *Intrate per angustam portam* Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra; quasi sit vobis cor lapideum; sed sit sicut cera liquefens; imò sicut aqua liquida, & perfluens cedat verbo, obediat voci, præcepto obtemperet. An nos plus apud nos vox Domini valere debet, quam angustia portæ? Non est vox ista submissa, quæ nequaquam,

Psal. 28. 3. aut vix possit audiri. Deus Maiestatis intonuit. Altissimus loquitur. Deus in sua

Psal. 17. 14. Maiestate tonitru fecit. Voce de cælo

delapsa, Deus Maiestatis intonuit, & Altissimus dedit vocem suam. Hoc qui nouerit, terrebitur difficultate præcepti horrescet angustam portam? via asperitatem? iam olim vocauit ab Oriente anem, & de terra longinqua viri voluntatis suæ, dicens illi. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. An non angusta porta exundi de terra, de cognatione de domo propria? An non arcta via exundi quò nescias, & hæc via longissima? Vide si difficilis fuit via, quando non potuit illam expedite peragere, sed ad multos annos habitauit in Haran? & illic tamen obtemperauit; auem se præbens, volatu celerissimo perficiens mandatum Domini, virumque diuinæ voluntatis, qui totum se Dei obsequio libens dedicauit. Hic est cedrus Libani, magna arbor & proceræ staturæ, quam vox Domini mox confregit. Vox Domini confringentis cedros, non quasque, sed magnas excelsas, fortes, neque cedros Libani, viros magnos, homines grandes, & magnanimos, neque confringet modò; sed comminuet eas, perinde ac si nulla in eis esset duritia; sed essent tanquã vitulus Libani pinguis & tenerimus. Nūquid ergò vox ista non est in virtute, & magnificentia; quibus ergò non audiet dicentem. *Intrate per angustam portam?*

Heu! quando se Deus vocantem dixit ab Oriente Auem, & de terra longinqua, mox subiecit: *Audite me duro corde, & qui longè estis à iustitia.* Isti certè, qui duro sunt corde, vocantur de terra longinqua. His durus est sermo Domini, his porta angusta, his via est arctissima. Accedite, appropinquate, qui longè estis, propè efficiamini. Audite duro corde, qui longè estis à iustitia. Via, quæ ducit ad vitam, iuxta perspectiuam scientiæ, si procul ab ea sis, stricta videtur & arcta. Si appropinques, si intres in illam, si ambules in illa, si progrediaris, amplissima tibi apparet: sicut ad angulo, quo plus recedis, eo plus in amplitudinem te dilatas. Sic expertus, dixit: *Et ambulabam in latitudine, quia madata tua exquisiui. Et hoc aded, quòd loquebar de testimonio tuo in conspectu Regum; & non confundebam.*

Deut. 30. *debat. Quando lex dicit, Quod propè est*
 14. *verbum in ore, & in corde, apertè demon-*
strat, quòd mandata Dei non grauiasunt,
ac veluti importabilia. Tibi grauiasunt, ti-
bi ponderosa apparet iustitia, quia longè
ab illa. Adis propè, & leuabis manus ad
mandata, quæ diliges. Sint graues manus
Moyli, qui in manibus tabulas lapideas, ac
propterea graues portabat, in quibus scri-
pta erat lex. Christi manus in Cruce cla-
uis fixæ per se stant eleuatae, vt & nos in
manibus illius manus nostras multa facili-
tate leuare possimus. Putauit Balac Rex
Moabitum, maledicente Balaam popu-
lum, ipsi populo difficultatem inferre, in-
firmitatem, formidinem, inertiam, vt eum
Nam. 22. 6. posset superare: Veni (inquit) & maledic
populo huic, quia fortior me est; si quo modo
possim percutere, & eicore eum de terramea.
Sed populus benedictione Domini robo-
ratus, præualuit aduersus eum, in cuius
Nam. 23. benedictione dixit Balaam. Cuius fortitu-
do similis est Rhinocerotis. Ecce populus
25. quasi leona confurget, & quasi leo erige-
tur. Non accubabit donec deuoret prædã,
& sanguinẽ occisorum bibat. Et quid duo
fideles exploratores terrore populo dice-
Nam. 14. 9. bant. Ne timeatis populum Terræ huius;
quia sicut panẽ ita possimus eos deuora-
re. Dominus nobiscum, nolite metuere.
Quid clarius? vbi Deus est, quid est, quod
quis debeat formidare? Ne dum ad ope-
randũ, sed ad pugnandũ, dat ipse lassõ for-
titudinẽ. Qui timet, se accusat, vt longin-
quum à iustitia, vt elongatum à Deo, vt
durũ corde. Et ideò posito exemplo Abra-
hæ, qui vt auis velociter in auditu auris
17. 11. obediuit, subiunxit Deus. Audite me duro
18. corde, qui longè estis à iustitia.
Sed quantuslibet sit labor, sit molestia, sit
asperitas iugi, & oneris grauitas; heu vox
Psal. 26. 4. Dei, quæ est in virtute & magnificentia,
non confortabit corda nostra, non fortifi-
cabit manus dissolutas, & genua debilia
non roborabit? Dilectus quasi filius Vni-
Nũ 13. 22. cornium. Si dilectus fueris, fortitudo tua
erit similis Rhinocerotis, collecta erit in
vno cornu fortitudo. Vnum spectabis, v-
num petes, toto impetu in eandem sem-
teades, cuius participatio in id ipsum. Vis

scire quam obrem via sit tibi difficilis? quia
 non in toto corde exquiris Deum, nõ to-
 tis viribus te in legem extendis, cogitas
 quæ sunt mundi, & diuisus es. Pondera
 Sanctuarij Leuitis tributa erant, viribus
 accommodata; quæ vires excedebant, in
 Num. 4. 15. & seg.
 plaustris vehabantur. Non eis licebat si-
 mul sacra, & profana portare. Quid mirũ
 si fatigatus in opere vanitatis, iugum Do-
 mini ferre detrectas, vt impotens? Popu-
 lus vt ferret sanctuariũ, vt onus legis por-
 taret, laboribus est solutus Ægyptiis: *Ve-*
nite ad me omnes, qui laboratis, & onerati e-
stis, & egorefaciam vos. Noli laborare, vt
 Mat. 11. 28. dicitis. Noli laborare, vt ascendas in altũ.
 Noli laborare in delectabilibus conqui-
 rendis. Nè frustra coneris supergredi fra-
 Eccl. 4. 32. tres tuos. Ne coneris contra icthum fluuij;
 vt quæras absconsa, difficilia, impossibi-
 lia, quæ non sunt in manu tua, sed in manu
 Domini, & dat illa cui vult. Heu totus
 mundus est in laboribus plurimis, vt ac-
 quirantur inania; & non est finis acquisi-
 tionis! Quæ mandat mundus, difficilia
 sunt: imponit enim onera grauias, & im-
 portabilia; & manus nostræ in cophino
 feruiunt, terrã portantes, terram fodientes,
 terram versantes, etiam terram, vt serpens
 antiquus, comedentes, deglutientes, dige-
 rentes. Videat vnusquisq; laborem suum,
 si est secundum Deum; cesser ab operibus
 infructuosis tenebrarum. Laboret sicut
 bonus miles Christi, sicut seruus fidelis &
 prudens, & non ambulabit vias difficiles
 seculi huius, & non lassabitur in via ini-
 quitatis, sed fortitudinem suam ostendet
 ad Deum, vt illi soli seruiat. Ita sentiet
 onus Domini leue.

Salomo dicens: *Fugit impius, nemine*
 19. *persequente; iustus autem quasi leo confidens*
 20. *ab quo terrore erit.* Notas facit nobis infan-
 tias falsas, quibus, quod nõ est, somniantes
 imaginamur. Videntes discipuli ve-
 nientem Dominum super vndas maris
 Mat. 6. 49. putauerunt phantasma esse, & timentes
 clamauerunt. Hęc sunt noctũ phantasma-
 ta, quæ terrent homines stultos, qui trepi-
 dauerunt timore, vbi timor non est. Quid
 Psal. 13. 5. fugis impie, nemine persequente; quid
 op? detrectas vbi labor nõ est? Piger otio-
 sus sibi

sus sibi laborem fingit in præcepto, dicens. Leo est in via, & leæna in itineribus: sicut ostium vertitur in eardine suo, ita piger in lectulo suo. Vides somniantem? falsa imaginantem? Leo (inquit) est in via. Quid hoc, nisi falsò putata difficultas est in via Domini? Sicut fugit nemine persequente, ita euitat opus nemine impediente, & declinat à via recta nullà existente difficultate. Iustus autem non dicit: Leo est in via; sed ipsemet leonem agit, leonem viuit, leonem imitatur; procedit confidenter absq; vilo timore. Impius timet ibi quod; vbi nò est timor. Iustus in medijs hostium castris, securus incedit, & absq; terrore: nihil illi difficile: plus apud eum valet Christi vox ista: *Intrate per angustam portam*, quam quodvis asperum, aut laboriosum in ea explenda possit cõtingere; veluti habens in auribus verba illa sacerdotis, quæ antè pugnam cum hostibus pronunciare iuebatur. *Non portimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite tedere, nec formideris: quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo.*

20. Ergò qui fugit, se impium ipse declarat; qui timet, suam ipse ostentat pigritiam: qui portam renuit intrare, vocem Domini non reueretur; qui à via declinat arbitrati suo, non Dei demonstrat victum se constituisse. Heu, heu, heu! & horum innumerabilis multitudo. Quid clamatis in templo: Domine Domine? putatis propterea intraturos vos in regnum cælorum? Quid factò opus est, vt illuc intrare possitis? *Intrate per angustam portam*. Quæ tanta insania est, vt confidat quis intrare in Regnum cælorum, & per portam intrare detrectet? Audite vocem Dei: *Beati, qui lauant stolas suas in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vite, & per portas intrent in ciuitatem.* Quid est lauare stolas in sanguine Agni? illud est, quod Hebræos scribit Apostolus nondum fecisse: *Nondum enim (inquit) vsque ad sanguinem vestistis.* Id est quod Christus per Isaiam conqueritur: *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum.*

Broh. 26. 13

Deut. 20. 3

Apo. 22. 14

Heb. 12. 4

Isa. 63. 3

Hoc est Agnum Dei, qui occisus est, imitari in labore & ærumna, etiam in mortibus frequenter. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Passio sua, angusta porta. Per portas (inquit) intrent in ciuitatem. Per portas (inquit) & vnusquisq; tollat crucem suam, quæ est angusta porta: per hanc intrare oportet, alioqui sicut canes circuibunt ciuitatem. Illa est voluntas Dei, qui sic decreuit, qui sic iubet, cuius est ista vox. *Intrate per angustam portam.* Qui sic fecerit voluntatem Dei, *intrabit in Regnum Cælorum.* Quod nobis concedat qui viuit & regnat. Amen.

FERIA VI. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Erat quidem languens Lazarus de Bethania.

Ioan. 11. 1.

ARGUMENTVM.

Agitur de indigentia nostra, & de sufficientia Christi ad illam reparandam. Christus in mundum venit vt saluet.

SI non colliguntur de spinis vitz, aut de tribulis ficus, nec assumitur vita de mortuis: certe qui bona appetunt, veras illorum origines diligenti studio tenentur exquirere. Hinc enim sapientia studiosi ad Salomonem ex omnibus mundi partibus conuertuntur confluunt. Cum ergò vita sit in arce suprema omnium appetibilium, verum illius fontem omni studio tenemur vniuersi inuestigare. In primis scientes, quod vnus est fons vitæ omnium viuentium. Si enim Heuæ sic appellata est. Eò quòd esset mater omnium viuentium: (Heuæ enim Hebræicè est vita, sicutaque dicta eò quòd omnes homi-

homines ab ea procreentur) multò magis vita illa vera, quæ felices factura est sui possessores, vnicam habet saturiginem, vnumque fontem; nè putemus vnde quaque eundem, huc illucque; discurrendum, quali rumpantur fontes abyssi magnæ, ad dandam vitam mortalibus. Hic verò fons, quòd non alibi, quàm apud Deum possit reperiri, inquit Regius Psaltes. Quoniam apud te est fons vitæ. Propterea enim Deus ipse quoque præcipiebat per Moysen: *Cæue, nè offeras holocausta tua in omni loco, quem videris; sed in eo, quem elegerit Deus.* Quid enim erat Deo offerre holocausta, nisi vitam offerre Deo, quam licetè poterant, vt illam ab eo haurirent, qua indigebant, & quam ad Deum pertinebat hominibus communicare? Vt ergò scirent per vnum fontem, vnumque canalem daturum se illis vitam, quam experebant, vnico in loco voluit sibi ab illis offerri holocausta. Qui verò sit fons iste, possumus ab initio Euangelij sancti Ioannis elicere. *Verbum erat apud Deum* Dicitur ibi, ac deinde: *In ipso vita erat. Et vita erat lux hominum.* At hodie apertissime nobis hæc veritas innotescit, dicente Domino Iesu. *Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet. Et omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.* Et interrogata Martha. *Credis hoc?* respondit. *Vtique Domine ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.* Facto que probatur, dum quadriduanus mortuus resuscitatur.

2 Hoc igitur vt aperte cum vitæ emolumento intelligamus, duo nobis ipsis proponamus. Alterum, quæ, & quanta sit vitæ indigentia nostra. Alterum verò, quòd in Christo sit, ad viuificandum nos, plena atque perfecta sufficientia. Indigentia nostra apparet in Lazaro, qui & mortuus erat, & sepultus, quinimò iam ferebat. Sufficientia in Christo manifesta est, quandò talem mortuum ad vitam reuocauit, quam à Patre submissa voce implorauit, & defuncto magna emissa voce communicauit.

3 Circa indigentiam primò attendimus, per mortem corporalem intelligi spiritua-

lem, ex quo postea facile inferitur, quanta sit miseria, & propterea quanta sit indigentia nostra. Planum est per corporalem mortem, spiritualemente intelligi. Idem enim Dominus liberaturus à corporali Lazarum dixit. *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Quomodò autem qui corporaliter mortuus est, credere potest in Christum? At mortuus in peccatis & in anima, per fidem reuocatur ad vitam. Rursus ait. *Omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.* Euidētissimum est autem, etiam credentes mori corporaliter. De morte igitur spirituali loquitur Dominus. Et quòd per mortem corporalem illa figuratur, hinc patet, quòd Martha dixit Dominus. *Resurget frater tuus.* Quòd certè intellexit à morte corporali. Ad hoc tamen probandum, subiecit verba illa de morte spirituali. Idem de vita dicendum est, quòd per corporalem spiritualis designatur.

Ratio huius est multiplex. Prima generalis est, quòd communiter per sensibilia percipimus intelligibilia: nam omnis nostra cognitio ortum habet à sensu. Vnde & philosophi per visibilia ascenderunt vsque ad cognitionem Dei. Idem enim Deus fecit hæc, quæ apparent, vt per ea apparent non apparentia, & Ipse in primis. Propterea in ultimo opere manuum suarum posuit imaginem suam, ad quam duo spectant, quòd ipsa sit obiectum, in quo apparet Deus, & ipsamet sit in se, & per se cognoscens Deum: in hoc similis Deo, seipsum cognoscenti. Cognitio autem ista, vita est nobilissima, cuius obscuratio & priuatio, mors est. In qua duo, obscuratio obiecti, quòd est imago: & obscuratio oculi, qui est potentia. Quæ mors vt cognosceretur, data est mors corporalis. Sicut enim per bona corporalia intelliguntur spiritualia; ita per mala corporalia, spiritualia discernuntur. Mala spiritualia sunt peccata, & ideo à sola creatura. Corporalia, quæ sunt pænæ, sunt à Deo, qui per has vult, vt cognoscantur spiritualia mala. Sic & exteriora nostra indicant interiora. *Cor gaudens exhilarat faciem: In mœrore animi deicitur spiritus.*

Secunda causa est, quia spiritualis mors est causa corporalis: illa enim est culpa,

hæc pœna. Per obedientiam quippe factus est homo, sicut & cætera omnia, dicente Creatore, *Fiat hoc, & hoc. Mandauit enim* *Genes. 1.* *Et creata sunt.* Ergo per inobedientiam destrui debet. Naturalia si desineret obedire, desinerent esse: sed statuit ea in æternum, quia non parere non possunt, ducta semper ab instinctu nature, dato illis à Deo. At homo potest nõ obedire, & propterea potest interire. Ideo mox ut creatus est præter communem quoq; cæteris obedientiã, speciale mandatum suscepit pertinens ad tuendum esse illud, qd per primam acceperat obedientiam, cui præcepto si obtemperasset, & primò susceptum esse conseruaret, & alius nobiliusq; valde conseruaret. Si verò abnueret obedire, primum illud esse, quod obediens acceperat, protinus exsufflaret. Parere non voluit, manere non potuit. Recusauit obedientiã, existentiã expoliavit.

Gen. 2. 14. Vixerat obediens, mortu⁹ est inobediens. *Ne comedas* (inquit) *si comederis, morieris.* Et vide Diuinam sapientiam. Comestione renebatur vita. Ideo præcipit: Vide, nõ qd ad vitam ordinatum est, generet mortem; quod proculdubio eueniet, si in esca sumenda non fueris mandato, qd tibi præcipio, humiliter obsequens; quo tibi statuo, vt edas de cæteris omnibus, ab hoc verò abstineas. At

Deut. 32. 15 verò quid fuit inobedientia illa, nisi derelinquere Deum factorem suũ, & recedere à Deo salutari suo? Præcepti contemptor Adam dereliquit Factorem, qui fecerat illũ ad imaginem suam. Recessit à salutari, qui ordinauerat ad æternam salutem. Ac proinde & salutẽ perdidit: Quia longẽ a peccatoribus salus, quæ est vita spiritualis; sic spirituale obiens mortem, & vitam pariter amisit corporale, portas mortis ingrediens, quam vitã acceperat à Factore. Ergo mors spiritualis generat corporalem. Et quoniam effectus similitudinem aliquam causæ suæ necessariò consequitur; similes oportet sint mortes, spiritualis & corporalis, vt apte per vnã nempe corporalem, altera, quæ est spiritualis, designetur.

Mat. 19. 17 Vbi primum vides, quã apte atq; prudenter disseruerit Dominus. *Si vnũ ad vitã* *Deut. 11. 8* ingredi, serua mandata. Et docuerit Moyses: *Custodiatis vnũq; mandata, quæ ego*

præcipio vobis, vt possitis introire, & possidere *terram, ad quam ingredimini.* Multoq; in ea *viuatis tempore.* Viuere in terra illa longo tempore, vitam portendebat æternam. Vides præterea, quod sicut spiritus, qui intrat, agit exteriora nostra, vnde discernitur à mortuo viuens. Itã mentis varia dispositio varios effectus externe producit. Et sicut mens agit manum, ita mentis ipsius qualitates in membris varia morionum influunt genera. Hinc Salomon. *Vita* *carnium sanitas cordis; putredo ossium in* *inuidia.* Rursus. *Animus gaudens astatum* *ridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa.* Ex quibus habes, quod sanitas cordis lætitia est, quæ carni dat vitam florentem: tristitia verò cuiusmodi est inuidia, infirmitas est mentis, quæ nedum carnes molles offendit, verum & ossa, corrumpens videlicet & exsiccat medullam eorũ, quæ est magna infirmitas corporis. Quid mirum ergo, si tanta mentis alteratio, qua se à Dei subiectione subtrahit, corpus in tantam morborum ac miseriarum cloacam deturbauit, vt etiam mortẽ nulla ratione posset euitare? Disce itaque mentem componere, vt inde quasi ex sanctuario deriuat fluuus aquæ viuæ, lætificans totam ciuitatem, id est omnia nostra, vt bene feliciterq; viuamus.

Tertia causa, quam obrem per corporalem mortem intelligitur spiritualis, est vtriusq; similitudo. Ideo autẽ similes sunt, quia ex vna procedit altera, vt dictum est. Quæ similitudo dispicienda est, vt in mentem veniant proprietates mortis animæ: qd multum iuuat dignoscere, vt digne abhorreamus illam, diligenterq; vitemus. Iussit Dominus, vt attente dispiceretur quicq; auertere voluisset a colendo ipso vero Deo, siue is veniret sub prætextu numinis, quasi propheta esset, ac diuinus, futura prædicans atque prædicens; siue is esset propinquus & carus, veluti frater, filius, vxor, aut amicus valde dilectus: siue multitudine vrgeret atque potestate, sicut ciuitas tota. *Quare sollicitus & diligens er: et veritate per-* *spicita; si inueneris certum esse quod dicitur,* *& abominationem hanc opere perpetratam,* *statim percussus habitatores illius in ore gladii,* *& delebit eam.* Hoc de vrbe, sic & alios iubet

iabet interficere. Apud mentem venit propheta, quando cooperta, veritatis prætectu, falsitas decipere meditatur. Venit propinquus, quando delectatio mentem eueruat, vt consentiat deceptioni. Vrget ciuitas, quando importune prauæ cogitationes insurgunt, requiem animo non præbentes, sed verè impellentes, vt cadas. His omnibus iubet Dominus viriliter repugnare, illaque expugnare ac delere, ac extra mentem profus expellere, nè sit mors in illa. Ita ergo mortem istam mentis probe noscamus, vt prudenter pellamus, ne occidat & corpus; & ex parte sublimiore animæ nostræ quasi ex aère descendant in terram corporis nostri lapides grandinis prægrandes molestiarum atque ruinarum.

8 Duo verò sunt, quæ mortem perficiunt. Alterum separatio est eius, quod viuificabat sibi vnitam partem. Alterum est, quæ separationem illâ consequuntur. In morte corporali spiritus, qui est anima, separatur à corpore, ex quo spiritu caro vigeat atque viuebat. In morte spirituali spiritus, qui est Deus, seiungitur ab anima, cui vitam præbebat illam, quam per se anima possidere non potest. Consequentes effectus bifariam diuiduntur. Alius quidem est, qui sequitur necessariò, à quo nemo est inter mortuos liber, nempe quòd seiunctum corpus à spiritu, omnium illorum expers est, quæ spiritus illi impartiebatur. Iam enim non est vox; neque sensus, neque operatio aliqua vitalis & cessantibus spiritibus ex humoribus, & sanguine procreari consuetis, concreto sanguine, eoque exterioribus partibus destitutis, omniq; profus humore exsiccato, vetus corporis pulchritudo & species egregia, plurimum euanesceat macie atque squalore; atque ita horrido quodam aspectu circumuallata carne. Fit tamen aliquando, vt hæc exterior forma, non omnes profus deserat; puta corpora Sanctorum. Certum id tamen est, ac profus necessarium, vt sensationes omnes, cunctæque vitales operationes, incunctanter abscendant. Nouissimus mortis effectus ille est, de quo in Psalmo: *Et in puluerem mortis deduxisti me.*

Iuxta quod contra primum hominem tulit sententiam Deus: *Reuertaris in terram, de qua sumptus es. Quia puluis es, & in puluerem reuertaris.* Ad hunc effectum mediis quibusdam præcedentibus deuenitur. Nam putrescunt carnes, vermibus scætant, fetorem emittunt, horrorem ostendunt, vt nihil plus oculos ac nares offendat, quam cadaueris humani & apparentia & grauis olentia. Consumptis carnibus, ossa quoque corrodit tempus, vt nil vltra, quam cinis reliquum sit.

Hæc si ad animam transferantur, quæ propria ac supernaturali vita destituta, iacet mortua in peccato, heu quam horribilem ostendunt mortem spiritualem! Quantum distat spiritus increatus à creato, tantum spiritualis mors à corporali. Peccatrix quidem anima sine Deo est in suo corpore; & hoc pacto viuens mortua est. Quoniam *qui elongant se à te, peribunt.* Vniat licet naturaliter corpusque viuificet, in iniquitate sua, quam operata est, mortua est. Solummodo enim obediens vita contingit, dicente Domino: *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Si autem os, quod mentitur, occidit animam suam, peccatum omne mortiferum mortem fert in animam illius operatricem. Quale verò, aut quantum dispendium est, Deo, qui omne bonum est, priuari? dicit Dominus. *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur.* Quid verò dicendum erit, vbi iphus summi boni incurritur detrimentum? Vbi iphus, qui vniuersum mundum fecit & continet omnia, abscedit præsentia, recedit gratia, diuinitas elongatur? O mors quam amara est carentia ista tua! Malum enim & amarum est, reliquisse nos Dominum Deum nostrum.

Anima hoc pacto vita sua destituta, cessant propria operationes; vnde insensata est, illius cogitationes sunt sine intellectu, abest ab ea scientia, obscuratum habens intellectum. Non enim sine causa quibusdam dictum est a veritate: *Adhuc & vos sine intellectu estis?* Nunquid de huiusmodi non est verum. Oshabent, & non loquuntur; oculos

los habent, & non videbunt: Aures habent, & non audient. Nares habent, & non odorabunt. Manus habent, & non palpabunt. Pedes habent, & non ambulabunt,

8. non clamabunt in gurgure suo? Cur ita? quia qui adorant sculprilia similes illis fi-

Ephes. 5. 5. unt. Si autem auaritia est idolorum cultus;

1 Tim. 6. 10. ibi non est sensus, ubi est cupiditas, que ra-

1. Ioan. 2. 16. dix est omnium malorum. Cupiditatem dico omnem concupiscentiæ siue carnis,

siue oculorum, siue cuiuscunque creature,

quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.

Huiusmodi sunt omnes, à quibus abest

sapientia, qui insipientes sunt corde, qui

exaltant stultitiam suam. An nõ tibi mor-

tui sunt huiusmodi homines? Audi Sa-

8. *Ecc. 22. 10.* pientem: *Super mortuum plora, defecit enim*

lux eius. Et super fatuum plora, defecit enim

sensu. Luctus mortui septem dies: fatui au-

tem, & impii omnes dies vita illorum. Heul

qualis horum mors, pro quibus ploran-

dum est semper? Iam de fetore, de horro-

re, de vermibus, de puluere taceamus, quæ

in operationibus, moribus, verbis affecti-

9. *Psal. 33. 22.* bus, & nouissimis effectibus peccatorum

deprehenduntur. Certum sit nobis, quod

mors peccatorum pessima est, cuius quid-

em malitiam & turpitudinem minima

ex parte cognoscimus per similitudinem

corporalis mortis, quæ est spiritualis mor-

11. tis imago.

In Lazaro itaque mortuo, & iam feten-

te, mundum iacentem in tenebris, & ho-

minem mortuum in peccatis intueamur;

ut mente miserias nostras cum emolu-

mento nostro comprehendamus; & nota

12. nobis fiat indigentia nostra, qua ad eam

remouendam prouocemur. Thamar ad-

uertens socerum suum fallaciter agere eum

illa, neque stare promissis, qui quidem di-

xerat illi. Esto vidua in domo patris tui,

donec crescat Sela filius meus. Et tamen

decreuerat, quod promiserat, non facere.

Idem enim dimiserat eam in domum suam.

Timebat enim (inquit Scriptura) ne & ipse

(nempe Sela) moreretur sicut & fratres eius.

13. Thamar (inquam) hoc aduertens, sibi ipsa

prospexit, dum capta occasione, se in con-

cubitum soceri sui occulte ingessit. Vnde

concepit parentem Domini Iesu Christi,

Cur non discimus ab ea, cuius actio tam felicem exitum habuit, ut per eam vaticinium iacob, quod fuerat de Domino Iesu, orituro ex tribu Iuda, impletum sit? Sed & Iudas visa morte duorum filiorum suorum per occasionem Thamar nurus suæ, timens propterea & tertio filio, quantum potuit, vitæ illius caute prouidit. Videamus & nos, & prouideamus necessitatibus nostris.

Quasi rhomphaa bis acuta omni iniquitas; plaga eius, non est sanitas: Inquit la-

11. *picus: Qui etiam præmittit dentes leonis,*

dentes eius inexcipientes animas hominum.

Vbi duabus rebus noxiis assimilatur iniqui-

12. tatem; dentibus videlicet leonis, & gladio

ex utraque parte acuto. Sic ostendens, quia

nocium sit perniciosumque peccatum homi-

13. *mini, illud committenti. Sicut enim leo*

rapit & deuorat, interficiens homines; sic

& peccatum occidit animam: Anima enim

quæ peccauerit, ipsa morietur.

Per animam intellige personam, con-

14. *fecta Scripturarum Sanctarum phrasi. Ha-*

ber autem aliquid emphasis, exprimitis

excellentiis hominem, dum dicit animam

hominis, quam hominem: & hoc quia ex-

cellentia hominis surgit ex anima, quæ ra-

tionalis est. Verum est tamen, quod ani-

amam potissimum occidit iniquitas. Et sic

ut dentes leonis prorsus conterunt, & cõ-

minuunt hominem; sic totum hominem

vanum facit, & veluti annihilat ipsa ini-

quitas, utrinque incidens, ut gladius bis

acutus, mortem videlicet inferens tam a-

nimæ, quam corpori. Hæc est misera

communis toti Orbi, qui cecidit in Adam

in quo omnes moriuntur. Per unum ho-

minem namque peccatum in hunc mundum

intrauit, & per peccatum mors: & ita in o-

mnnes homines mors pertransiit: in quo omnes

peccauerunt. Ita scribit Apostolus; qui di-

15. *stinguit inter peccatum & mortem: nam*

per peccatum mors introiit in orbem ter-

rarum. Peccatum quidem est mors anime,

quæ spiritualiter peccans, moritur. Quo

fit, ut mortem quoque incurrat corporis.

Quamuis solus Adam cum Eua peccau-

erit actualiter, omnes tamen eius posterii in

illo originaliter peccauerunt. Qui propterea

peccato-

peccatores constituti sunt cuncti. Et natura sunt filij iræ. Pro quo omnium peccato omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram. Ex hoc verò, quòd nascimur in peccato, sit, vt aucti a Deo, eiusque gratia destituti; conuertamur ad creaturas, proni ad malum & ad magis recedendū a Deo, per peccata videlicet actualia. Cui morbo sola medetur gratia Dei per Iesum Christum, quæ quidem oblata est omnibus a constitutione mundi in Agno, qui occisus est, & ex tunc promissus: at paucis collata, ipsis reuuentibus. Vnde factum est, vt omnis caro corruerit viam suam, & vnusquisque in viam suam declinauerit quasi oues errantes, & nemo inuuis a sordibus inueniretur, prater paucos, quos æquus amauit Pater noster, qui est in cælis; qui pauci sunt electi. Quæ pronitas & iniquitas subsecuta, tot tantorumque malorum illuuiem inuexit in homines super terram, vt totus mundus sit in maligno, & à pace, tranquillitate, omni; prout bono, terra sit inanis & vacua; aded quod homo breui viuens tempore, multis miseris repleatur. Hic est Lazarus mortuus, sepultus quadriduano, maleolens.

14 Ergo & si animalis homo non percipit, spiritualis iudicet omnia, ponderetque, quam graue pondus sit in ceruicibus omnium hominum, nasci omnes in peccato, inimici Dei Omnipotentis, cuius iræ nemo resistere potest. Et propterea commota est, & contremuit terra; fundamenta montium conturbata sunt: quoniam iratus est eis. *Ascendit fumus in iræ eius, & ignis à facie eius exarsit: carbones succensisunt ab eo. Vidisti iratum hominem fumantem in fronte, & iracundiæ totum accensum? Similem illi facit Scriptura Deū: sed quoniam furor Dei hominum iram omnem super excedit, singit, quasi fumus ex eius facie procedens, sit veluti flamma, etiam carbones accendens. Heu homunculos, habere contra se Altissimum indignatum! quam graue pondus? Ista indignatio & inimicitia, est in causa, quòd quicumque Deo non fuerit reconciliatus, in æternum visurus non sit faciem eius, quæ est plena gratiarum, & splendor gloriæ;*

Tom. II, Bellintani.

etiam si opere non compleuerit, aut inceperit qualemcunque iniquitatem.

Iudicet verò spiritualis homo, quanta sit miseria, homines vnuerfos ad mortem condemnatos esse, aded vt mortales dicamur omnes. Colligat à primo filio Adæ omnes gentes, vsque ad nouissimum nasciturum; sub oculos suos constituat omnes, mortisque sententiam in omnes latam à supremo Iudice, à quo nulla prorsus datur prouocatio. Num horribilis aquarum per diluuium inundatio huic ruinæ potest comparari? Viderint filij Israël Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos. Quid hoc ad generalem omnium hominum interitionem? Sed interim dum viuimus, quæ est vita nostra, quæ mors potius est dicenda, quam vita? *Non est pax impiis, sed neq; iustus, improprie ualente contra iustiores se. Vnde bella & lites, quibus videmus iniquitatem & contradictionem in ciuitate, in solitudine, in agro, in itinere, in mari, & propè in omnibus abyssis. Videmus, in loco iudicii impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem. Quod de carcere catenisque interdum quis egrediatur ad Regnum, & alius natus in Regno inopia consumatur. Et, quòd sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum, & sunt impii, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Dixerunt enim impij, Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ aut veterano. Circunueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus. Morte turpissima condemnemus eum. Insidiamur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra. Deglutiamus eum, sicut infernus viuentem. Etenim venatio leonis onager in Eremo, sic & pascua diuitum sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitis pauper. Ista quis æquo ferat animo? Nisi forte constantiores atque prudentiores sumus Rege illo, qui in spiritu loquens, ait. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelauit super iniquos pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, &c.*

Ooo Et

16 Et quando tot tantorumq; malorum finis? Quarta generatione reuertentur huc. Abrahæ dictæ sunt promissiones, quæ de illius semine impletæ sunt. Nam quadringentis annis elapsis, filii Israël ad terram peregrinationis patrum eorū, reducti sunt per Moysen & Iosue, ductore illorum Altissimo. Quæ tamen in figura contingebant illis. Nam Lazarus nolter quatuordecim annis, nempe mortalium omnium generatio, non primo tempore ab Adam vsq; ad Noë; non secundo a Noë vsque ad Abraham; non tertio ab Abraham vsq; ad datam legem: sed quarta generatione completa; quando abolita est lex, vel perfecta magis, & venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum, Saluatorem mundi Rom 10. 4. mortisque destructorem. Nam *finis Legis Christus, illam finiens ac terminans, vt ultra non vigeat, mortisque finis illi: finiens nihilominus & implens, vt ad perfectiora extendi nō possit, impleta per ipsum Christum omni iustitia, quæ lex per se nihil ad gestabat in vtero credentem, educit in virum perfectum, expectantem beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Tunc venit Iesus, & inuenit mortuum quatuordecim dies iam in monumento habentem. Et vocauit eum. Et ipse audiuit vocem Filii Dei, & audiens vixit, & solutus abiit in libertate spiritus, qua Christus illum liberauit.*

17 O munde, cur vocantem non audis? O *Exhortatio* homo peccator, cur aures contines? cur surdum agis? cur non aperitur aures tuas, vt audiant legem? vt audiant Regem Christum? vt hauriant fidem? vt dicto audiant & obediant? *Si vis vitam, time Deum: quoniam timor Domini sensus vita, vt declines à ruina mortis.* At verò qui sunt timentes Dominum? Audi Sipientem alium. *Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius.* *Vnica hæc est via, quæ ducit ad vitam. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari.* Et opus iusti ad vitam. Vixit corporaliter, qui audiuit vocem Domini. Et omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, & procedent educti de sepulchris suis. Viuit itaq; in spiritu, qui audit vocantem ad pœnitentiam & ad obedientiam, quæ

est verus timor Dei. Nam *qui timet Deum, in mandatu eius volet nimis. Ergo surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Nam de mortuo dicit Sapiens, quòd defecit lux eius; illuminabit ergo, vitam præbens & lucem. Audite ergo, quid loquitur vobis & in vobis Dominus Deus? Vocat vt exeat de monumento, vt locum mortis derelinquat, vt vererem exuat hominē, qui corrumpitur secundum desideria erroris, id est, errantes cupiditates. Hec quantus error in concupiscentiis vestris? Quid concupiscitis, nisi ea: quæ sunt mundi? Quid appetitis, nisi corruptibilia & corruptentia? *Diuitia vestra putrefacta sunt, aurum & argentum aruginauit, nam arugo & timea demolitur, & fures effodiunt, & furantur. Et mundus transiit, & concupiscentia, & nihil potest permanere sub sole.*

*Tollite lapidem, auferre cor lapideum de visceribus vestris, perueniat sermo Domini ad duritiam cordis vestri, vt fiat cor vestrum tanquam cera liquefcens in medio cordis vestri, & ultra non resistat Deo vocanti, trahenti, impellenti, cōuertenti, sed mite fiat & molle, tractabile, docibile Dei. Cito cedat monenti, vt Dauid, quia Deo argutus per Nathan de peccato suo, confessus est incunctanter: *Peccauit Domino.* Et si quando obduraueritis corda vestra, instar filicis ac rupis in deserto; etiam petra percussa virgâ virtutis Dei, dat aquas abundantes, ad delenda peccata & abluendas sordes iniquitatum. Si enim montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra, annuntiantibus oculis iustitiam eius, num tu audiens, impiè morte morieris? si dormis, non resurges? & conuersus, non dices: *Pœnitet me; vt viuas: Audite ergo, & viuite.**

SECUNDA PARS.

Inter signa, quibus Dominus Iesus se Ianni Baptiste declarauit, quòd ipse esset, qui venturus esset, hoc fuit singulare: *Mortui resurgunt.* Si non omnes homines mortui erant obnoxii per totam vitam; quid à Saluatore omnium præstandū erat, nisi vt mortuos.

tuos hos vniuersos ad vitam reuocaret? De hoc vt nos faceret certiores, se vitam vocat. *Ego* (inquit) *sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet; & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in aeternū.* Ergo vt consequamur vitam, credere nos oportet in Dominum Iesum Christum. Ideo Martham interrogat. *Credis hoc?* Et ipsa quid crederet, explicans, nos docuit, quid credere debeamus. *Uique* (inquit) *credidi: quia tu es Christus Filius Dei uiuus, qui in hunc mundum uenisti.* Tantæ ergo indigentiaē nostræ abundanter suppletur atq; prospicitur, dum descendit de cælo Filius Dei uiui, qui dat vitam mundo, & præcipitat mortem in sempiternum, aded vt mors & infernus mittantur in stagnum ignis: ubi nulla est redemptio, & resurrectio nulla. Hic enim, qui est resurrectio & vita, mortis mors est perfecta atque perpetua.

Hoc igitur nobis nunc considerandum est, nempe quod Christus author uitæ, potens est, mortuos omnes uiuificare, & uenit vt vitam habeant, & abundantius habeant: destruxit enim mortem, illuminauit autem uitam, & notas fecit nobis uias uitæ, nolens mortem peccatorum, sed vt uiuant, & uiuant in æternum. Quod autem hæc possit & præstet, certò scimus; quia est *Christus. Filius Dei uiui, qui in hunc mundum uenit.*

Ubi tria de Christo credimus, per quæ Deus, cum mortui essemus, uiuificauit nos in Christo. Primum est, quod est *Filius Dei uiui.* Secundum, quod *Christus.* Tertium denique, quod *in hunc mundum uenit.* Ex primo euidenter propositum demonstratur, nempe quod per Christum uiuamus. *Sicut enim Pater habet uitam in semetipso, sic dedit & Filio uitam habere in semetipso. Ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Deus enim noster. Deus uiuens est, & immortalis, qui solus habet immortalitatem, & uitam æternam.* Qui si omnibus dat uitam & inspirationem; multo magis Filio, quem ex *utero ante luciferum genuit, uitam contulit sempiternam; ut sit & ipse Deus uiuens, & æternus in sæcula.* Si quando au-

tem dicant gentes, Vbi est Deus eorū? nos dicimus illis. Deus noster in cælo est; non enim opus est manuum hominum, sicut simulacra gentium, argentum, & aurum opera manuum hominum, & ideo uisibilia, & palpabilia; non autem uidentia, aut palpantia: quoniam neque uiuentia sunt; os enim habent, & non loquuntur; oculos habent, & non uidebunt; manus habent, & non palpabunt, & uerè dij eorum mortui sunt. At qui uita est, inuisibilis est. Vnde Paulus: *Regi seculorum, immortalis, inuisibilis, honor & gloria:* Nam & spiritus creatus, quo uiuimus, mouemur, & sumus, non se offert aspectui oculorum nostrorum, quippè qui inuisibilis est. Et certe, si quid mundi huius esset Deus noster, uita non esset: nam perit mundus; & mors introiit in orbem terrarum; & terra omnis infecta est in sanguinibus, sepulchrum patens omnium morientium. Ergo Deus noster in cælo, remotus à sensibus nostris, quem nemo uidit, sed nec uidere potest, ut uiuat; & uiuit & regnat in sæcula seculorū. Ergo & Filius Dei uiui, qui eiusdem naturæ est cum Patre, eiusdem potestatis & bonitatis, Verè est resurrectio, & uita. *Sicut enim Pater suscitauit mortuos, & uiuificauit, sic & Filius quos uult, uiuificat.* Ergo uita à Patre procedit in Filium, qui uitam ipsam nobis liberaliter impertitur. *Ideo enim misit eum uiuens Pater, ut sicut ipse uiuit propter Patrem, & qui manducat eum, uiuat propter eum.* Manducat uerò qui credit, & fidem ex operibus ostendit. Certi itaque à Christo uitam expectamus: quia in ipso uita erat, & uita erat lux hominum.

Vt autem notum sit nobis, quod uelit mortuos uiuificare, Secundū attendamus, nempe, quod Christus est, id est uictus. Uictio autem fit per Spiritum Sanctum. Vnde de se docuit Prophetatum esse: *Spiritus Domini super me, ed quod unxit me. Isai. 61. 1.* Non est autem Spiritus super Christi Diuinitatem: nam qua Deus est, spirator est, auctoꝝq; atque principium Spiritus Sancti. Vt ergo super eum descendat Spiritus Sanctus, homo factus est. Et qua homo est, uenit eū Deus Spiritu Sancto, oleo uidelicet *lætitiæ & exultationis, & ita factus in spiritum*

1. Cor. 15. ritum viuificantem, quia spiritus est, qui
45. viuificat. Idem enim spiritus & vita sunt
Ioan. 6. 63. adeo, vt, si spiritu facta carnis mortifica-
uerimus, viuamus.

22. Propter quoque, vt viuerent ossa ari-
da, quæ erant super campum, vaticinatus
Rom. 8. 13. est Ezechiel ad spiritum: *A quatuor ventis*
Ezech. 37. *veni spiritus, & insuffla super interfectos i-*
9. *stos; & reuiuifcant.* Et ita ingressus est in
ea spiritus & vixerunt. Myfterium hoc a-

penit Ioannes dicens de Verbo, quod caro
Ioan. 1. 14. *factum est: Plenum gratia & veritate. Et de*
16. *plenitudine eius nos omnes accepimus & gra-*
tiam pro gratia: quia Lex per Moysen data
est gratia autem & veritas per Iesum Chri-
stum facta est. Ergo spiritus gratiæ & mi-

serationis, repleuit Christum, qui plenus
Tit. 3. 6. *Spiritu Sancto, eundem spiritum effudit in*
nos abunde, vt iustificati gratia ipsius, ha-
beas simus secundum spem vite æternæ.
Pro gratia igitur, qua plenus fuit Christus,
Deus gratificauit nos in Christo, & iu-
stificauit; quod est spiritualiter viuifica-
re, vt viuentes exaltemus Deum in operi-
bus nostris.

23. Hoc vt præstaret Christus Eilius Dei
viui, venit in mundum, & hoc est Tertiu
Psal. 71. 6. *considerandum. Dupliciter autem venit*
in mundum. Primum descendit sicut plui-
ua in vellus. Secundò verò, vt stillicidia

Iudic. 6. 36. *stillantia super terram. Nota est figura Ge-*
deonis, qui pro signo liberandi populi pe-
tiit, vt ros in lanam tantum descenderet
prima nocte; secunda verò, vt sicco velle-
re remanente, solum tantummodò rore
maderet: quod vtrumque factum est. San-
ctus autem Dauid in spiritu prænosens,
quod Christus in secreto cubiculo virgi-
nali prius visiturus esset mundum: post-
modum verò fundens, aperte & abunde,
pluuiam voluntariâ, irrigaret vniuersam
terram; dum de illo vaticinatur, aperte ca-
nit. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut
stillicidia stillantia super terram. Orietur in
diebus iustitia, & abundantia pacis; donec
auferatur luna. Et dominabitur à mari vs-
que ad mare, & à flumine vsque ad termi-
nos orbis terrarum, &c. Vbi primò Incar-
nationem tangit, qua Christi humanitas
lanam albam immaculatæ Virginis deco-

rauit; & humanitas ipsa repleta non ad
mensuram, rore cœli, & gratia Spiritus
Sancti. Tangit demum, in salutem hosti-
verus Deus operatus est in salutem hosti-
compluens manifestè à mari vsque ad ma-
re his tribus, de quibus dicit Ioannes. *Tria sunt,*
qui testimonium dant in terra spiri-
tus, aqua, & sanguis. Tria enim hæc emittit
Christus in cruce. Nam inclinato capite
emittit spiritum. Et è latere lancea puncto
exiuit sanguis & aqua. Exiit Spiritus San-
cto millo de cœlo, per aquam benefi-
cium mortis suæ longè lateque propala-
uit & communicauit, lauans homines
peccatis per aquam in sanguine suo. Quia
ideo aqua dicitur lauacrum regenerationis,
nis, & renouationis Spiritus Sancti, in quo
Spiritus Sanctus per nouam generationem
dat vitam mundo; faciens initium aliquod
creaturæ suæ, & induens nouum homi-
nem, qui secundum Deum creatus est in
iustitia & sanctitate veritatis. Isto igitur
aduentu suo in mundum Christus viuifi-
cauit nos. *Ego (inquit) veni, vt vitam ha-*
beant, & abundantius habeant.

Vt daret spiritum viuificantem, emittit
spiritum, quo viuebat ipse; moriens, lu-
amque vitam profundens, vt à morte nos
plenius liberaret. Vt viuum faceret totum
hominem, redemit nos in sanguine suo;
non morte communi aut naturali tradens
spiritum; sed morte turpissima eaque atro-
cissima condemnatus, cruciatus, interfe-
ctus, qua sanguinem suum effudit velut a-
quâ. Ergo vt traderet & spiritum & corpus,
traditus est in manus peccatorum, qui cõ-
tumelia & tormento interrogantes, neci
tradiderunt. Postremò, vt nemo esset, qui
se absconderet à calore tantæ ipsius chari-
tatis, qua cum inimici essemus, mortuus
est, vt credentes in eum vitam habeamus,
miserit panem iustum vitæ, qui dat vitam
mundo, super transeuntes aquas, quibus
sit salus eius vsq; ad extremum terræ. Quid
enim abundantius aqua? quid facilius? quid
vilius? hanc coniunxit cum sanguine suo,
vtrique addens spiritum; vt, sicut in Adam
omnes moriuntur, ita & in Christo omnes
uiuificentur.

Quo typo nos quoque; intelligere voluit
quod;

quod dixerat aliquando per Prophetam: *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Duo tetigerat, quibus afflictio sua consumebatur. Quod ab inimicis tribularetur, & quod inter amicos nullus esset, qui adiuuaret. *Tribulatio (inquit) proxima est, & non est qui adiuuet.*

12. Quomodo tribulatio proxima est? *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obfederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens. & rugiens.* Si circumdant, obfidet, calumniantur, rapiunt: tribulatio proxima est. Quomodo vero non est qui adiuuet? *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquefces in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea: & lingua mea adhaesit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.* Aqua funditur, & labitur, ubi nihil est, quod illam contineat & conferuet. Omnes dereliquerunt eum: nemo tutatus est; nemo defendit. Idem & ossa quoque dispersa, ne dum hacerat carnes. Cor sensit amaritudinem. *Tristis enim est (inquit) anima mea usque ad mortem: liquefces instar cera, ut nihil quoque interius consolaretur.* Quare in medio ventris? Ut sensus omnes vnde quaque amaritudine sua perfunderet: ut ne dum in manifesto, verum & in abscondito pareretur: ut nota esset passio eius Deo, & ante homines. Inter corpus & animam, medij quodammodo sunt humores & spiritus, huc vitales siue animales. Et in iis quoque afflicti sunt arescentibus humoribus, & veluti spiritibus deficientibus. Vnde & lingua adhaesit faucibus, quae sicca & debilitata. Ut in hoc quoque effusus sit sicut aqua, quod aquei humores illum destituerint: ut aruerit virtus, faceret lingua, & in aridam cinerem veluti resolutus sit, perfecta morte.

16. Heu tot, ac tantae sunt passiones Domini Iesu, ut neque verbis prophetis, neque figuris quantumcumque excedentibus, neque similitudinibus, aut aperta narratione valeant explicari. Mors illa mors est Filij Dei, qui perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, de quo scriptum est, *ponam in salutare, fiducialiter agam in eo.* Ponere in

salutari, Hebraea phrasi idem est, quod dabo salutare, seu Saluatorem. Misit ergo Deus Filium Saluatorem mundi. Nullum alium quippe reperit, in quo posset fiducialiter agere. Adam primo ingressu defecit. Laborauit Noe in fabrica Arca. Sed Deus sic illi condescendit, ut & impium de filijs suis saluaret. Fidelis fuit & obediens Abraham non parcens filio, pepercit tamen illi Deus: quoniam ipse cognouit signum nostrum, placuit Deo vita Isaac & Jacob. At Deus benedixit illis, defendit ab hostibus & persecutoribus. Num cum Moyses potuit fiducialiter agere, aut cum Aaron, qui increduli fuerunt ad aquas contradictionis? Num cum Iuda, ex cuius tribu ortus est Dominus noster Iesus Christus, qui peccauit non tradens nulum filio suo Sela, qui seortatus est? Num cum Dauide, qui tot tantaque scelera perpetravit? *Mitto Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.* Vide tribulatos, & in tribulatione conquestos. Vide Eliam fugientem a facie Iezabel. Vide Heliseum vlciferentem se de pueris irridentibus. Vide Ieremiam dolentem: *Heu Ierem. 15. me, mater mea, ut quid me genuisti virum rixam? Vide Ionam fugientem a facie Domini.* De alijs etiam scripta non sint, paria conicere possumus. Inuenit tandem Virum secundum cor suum, qui faceret omnes voluntates suas, non in figura, ut Dauid, sed opere & veritate. In quo gloriatur Deus Pater, clamans de caelo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complaceat.* Quare, Quia possum percussere propter scelus populi mei, & quasi Agnus coram tendente se, obmutescet. *Non clamabit, neque contendet. neque audiet quisquam in plateis vocem eius.* Posuit in eo Deus iniquitates omnium nostrum. Et ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, qui dicit: *Domine Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percussentibus, genas meas violentibus; faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Posui faciem meam, ut petram durissimam.* Quid est. Dominus Deus aperuit mihi aurem? Iube quod vis. Paratus sum, & non sum turbatus.

- batus, vt custodiam mandata tua. Ad nihil clausa est auris mea, obediens ad omnia vsque ad mortē, & mortem etiam Crucis. Hoc est fiducialiter agam in eo. Maxima est hominum indigentia, maxima opus est salute. Apud me copiosa futura est redemptio, vt fiat satis iustitiæ meæ Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. De terra (inquam) longinqua, quia procul, & de vltimis finibus prætiū eius. Rara auis; merces pretiosa; res, quæ nō vbiq; inuenitur; quam vt inuenias, totam huius mūdi domū euertere necesse est. Ideo flebat Ioānes, quod neq; in cælo, neq; in terra, neq; sub terra inueniretur, qui aperiret librum, ad intelligendum omne consilium Dei, & ad faciendum illud.
27. Heu Domine Iesu, quot ac quanta congregata sunt super te flagella? quanta passus es? In te transierunt iræ Dei Patris; vt nobis esset propitiū & clemens; vt mors tua sit vita nostra. Vitam credens assecutus sum. *Credo, Domine, adiuua incredulitatem meam.* Exeat in actum credendi mens mea, mente pertractans quæ credit, attentē considerans, quod Iesus mortuus est pro peccatis nostris. *Si autem vnus pro omnib. mortuus est: ergo omnes mortui sunt.* Quid verò est, omnes mortui sunt, nisi quod vnus ille in se sumpsit omnium mortes? Ipse peccata multorum tulit, dolores, & languores nostros ipse portauit? Quos verò dolores & languores nostros portauit hic, innocens manibus, & mundo corde? Illos pfectō, qui in nos irruerunt propter peccata nostra: Illos præterea, qui nobis ob eadem peccata debebatur. Ita enim tulit peccata mundi, quod vt omnisi peccata deleteret, mortem ipse peccatorum, benignē, obtemperanterq; suscepit. Si autem pessima est mors illa, malis omnibus plena ac circumseptā: heu quanta mala passus est, *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.*
28. Audite & intelligite, Sanguis hostiæ, quæ pro peccato offerebatur, non simul torus vnaque ratione fundebatur. Altera parte, eaque prima, tangebantur cornua altaris holocaustorum; vel si esset sacerdos, qui peccauerat, aut turba, cornua altaris thymiamatis: Altaram partem, reliquum videlicet totum sanguinē, fundebant ad basim altaris holocaustorum. Quid verò per hæc nobis insinuat? Sanguinis gutta Deo oblata, porcerat Deum nobis placabilem facere, si illum vel digito suo Sacerdos noster atque Saluator voluntariē sacrificasset. Memor esto verbi Domini, serue Dei, qui contra Phariseos dixit: *Imponunt onera grauia & importabilia, in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Et vide quid iubeat lex: *Tingens sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato tangens cornua altaris.* Et intellige, quod per digitum mouentem onus, & tinctum in sanguine, intelligitur opus leue, & labor facilis. Ad placandum non magno peccato opus erat; gutta sanguinis, opus digiti satis fuisset: ideo sanguine, tingente digitum, tangebantur cornua altaris, quasi Deo offerretur modicus ille sanguis. Sed nostri causa totus effusus est, & ideo ad basim altaris, quæ nostri figura est, qui adhaeremus pavimento Reconciliandus quidem erat Deus offensus a nobis, sed qui legatione fungitur pro Christo, Paulus Apostolus & nobis clamat: *Reconciliamini Deo.* Paruo reconciliatur Deus: sed quando labore atque dolore, opus est, vt nos reconcilemur? Tot ac tantis passionibus suis Christus nobis commendauit charitatem suam, vt igne sui amoris totum cremaret holocaustum, nullam omitens sui partem, quæ non fuerit hoc igne consumpta, corpus dans percutientibus, animam contristantibus. Extra portam passus, vt eiecisset ab hominibus, in anima gladio tristitiæ transuerberaretur, positus in Crucē cruciaretur in toto corpore. Hac tanta sua charitate nobis ostensa, trahit nos ad se, vt dicat vnusquisque. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Et propterea amore languet. Verum etiam *trahit nos post se passus pro nobis, & relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Vt sic traheret in fumeulis charitatis, quantum habuit, posuit, omnem victum suum, omnem

Psal. 68. 3. omnem vitam suam, infixus in limo profundi, ubi nulla substantia, nihil sustinens nihil adiuuans, in ipsamet altitudine maris, ubi nullo suffragante, tempestas demerfit illum. Et adhuc tamen ardet desiderio patiendi, efuriens escam fellis, & potum aceri. Nam si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, *Gen. 30. 15.* quasi nihil despiciet eam. Et sicut Iacob videbantur dies pauci pra: amoris magnitudine. Domino nostro visae sunt omnes passionis suae paucae, & quasi nihil despexit eas, pra: amoris magnitudine, Num ergo tanti amoris lampades, lampades ignis non sunt atq; flammamarum?

Gen. 30. 15. Heu Rachel dilecta, tanti dilecti spernis amplexus? pro mandragoris illum renuncias: vilia pomastic te delectant, vt nō delecteris in Domino? *Diligamus ergo Deū; quia ipse pro nobis animam suam posuit, tollentes crucem nostram, ipsūq; peccata nostra ferentem super lignum, toto animi studio, toto corporis conatu iugiter sequentes, semperq; mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, Ad laudem Omnipotentis, cui est gloria & imperium in saecula, Amen.*

non faciemus spiritu, & animi turbatiōne non accipiemus, vt illi compatiamur & cōdoleamus: Iustione hanc Moyses a Deo *Nū. 27. 12.* accepit: Ascende in montē illum Abarim, & contemplare inde terrā, quam daturus sum filijs Israēl. Mentē igitur & nos ascendamus, cōtemplantes terram, quā nobis Deus sua benignitate concessit; nempe Christum, qui terrestre corpus assumpsit, vt illū in eo contemplari valeamus; quandoquidem ipse descendit ad nos vt nos ac nostra, proximus ipse ac praesens intueretur. Nobilius enim ac salubrius Verbū caro factum ad nos descendit, quam quando a Deo dictum est: *Descendā & videbo, vtrū clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint* Tunc enim descendit, culpā punitur, qua erat ipse offensus. Offensa enim est clamor peccantiū, qui ad Deum vsq; peruenit. Nunc verō descendit, miseriam nostram amoturus a nobis. Descensus autem, est quaedam ad homines appropinquatio, vt quasi illius offensa viuacius sentiat & miseria nostra: propter quod & illam puniat, & hanc amoueat. Vnde ibi in Angelos, qui Deum representabant, turba insurrexit, & irruit libidinosa; propter quod deleri sunt. Hic verō Iesus videns plorantes plorauit, & causam fultulit lacrymarum, mortuum excitans ad vitam. Nos igitur ascendentes, Domino appropinquamus, lacrymas illius contemplantes: sicut ille descendens, nostras voluit contemplari, vt in gaudium conuerteret luctum nostrum.

In quo ascensu atque contemplatione, iste sit primus gradus; quod Deus, qui in rerum omnium creatione atq; gubernatione, suam extra se potentiā demonstrauit, sapientiam, ac bonitatem; In incarnatione charitatem maximē atq; misericordiam suā nobis voluit exploratissimā esse. De charitate enim audimus: *Sic Deus di- Innuitur lexi mundū, vt Filium suum unigenitum diuisio. daret.* De misericordia verō: *Per viscera Ioan. 3. 16. misericordia Dei nostri, in quibus vistravit nos Oriens ex alto.* Charitati adiungitur misericordia: quia potest charitas esse sine misericordia. Nam Pater diligit Filium, & Filius Patrē, & non sibi mutuo miserentur:

CONCIO SECUNDA.

ARGVMENTVM.

Vt Christus nostram subleuaret miseriam, Incarnatione nobis factus est propē, compatiens effectu & affectu. Opus hoc ostenditur esse & charitatis maxima & misericordiae. Affectum Christus ostendit factus homo; effectum bona elargiendo, & a nobis mala submouendo. In Morali, clamat contra nō estimantes ingentia hac beneficia.

SI Dominus Iesus, videns Mariam sororem Lazari mortui plorantem, & Iudaos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum: quomodo nos ipsum Dominum lacrymantem videntes, fremurum

rur: quia non potest esse, nisi ubi est miseria, misericordia. Sic Deus amat Beatos in celestibus, & non propriè tamen illorum, sicuti nostri, miseretur: quòd non sit ibi, sicut hic aliqua profus miseria. Magna ergò cum sit miseria in humano genere, sic illud diligit Deus, ut misereatur. Nam miseria existente, non est sine misericordia charitas vera. Vt unque ergò nobis simul ostendit.

3. Hoc autem duabus præstat rationibus, siue modis. Altero quidem, effectu; altero autem, affectu. Effectu quidem, id efficiens, quòd nobis prodest ad salutem; dum redimit, dum pugnat, dum liberat, dum saluat, dum coronat: & modò isto æquè ac potentiam & sapientiam, quamuis altius nimiam suam ostendit charitatem atque clementiam. Sicut enim ad ostensionem potentie magna opera perpetravit, fundans terram, cælosq; stabilis, haud secus mirabilia opera in humani generis perfecit salutem: dum Verbum fecit carnè, matrem Virginem, ceteraq; illius mirabilia opera, exquisita in omnes voluntates eius, de quibus ipse Christus: *Si opera non*

Ioh. 15. 24.

fecissent in eis, quæ nemo alius fecit peccati non haberent. Affectu autem mirabilis suam nobis Deus cõmendauit charitatè: quando quidem cum nõ possit Deus, immortus in se permanens, vllatione erga quæcũq; affici, modum adinuenit, quo possit ista etiam ratione suam erga nõs amorè ostentare, aliumens videlicet naturam affectibilem, in qua Deus ipse verè afficeretur, miseriã mortus, tactus dolore cordis intrinsecus, exultans in gaudio Spiritus Sancti, & amore, qui verè sit amor, nõ substantia, diligens electos suos, diligens & mundum & inimicos suos. Qua ratione ac modo is, qui verè Deus est, verè hominè diligit, ita vt super illum & gaudeat, & doleat, & turbet semetipsum, & fremat spiritu, & compatiens lacrymetur.

4. Hominis quidem est, hæc præstare, nõ Dei: propterea vt illa præstares, factus est homo. Dixerat aliquandò: Pœnitet me fecisse hominem, quòd constituerim Saullem Regem, & de illo scriptum est. *Tactus*

Gen. 6 7.

1. Reg. 15.

11.

Gen. 6 6.

dolore cordis intrinsecus. Cum dolore tangi

profus esset impossibile, aut veraciter pœnitere. Hæc tamen de illo dicta sunt, propter effectum, quem, qui pœnitet & dolet, efficere cõsuevit. Et hoc, vt humano more de se loquens, ab hominibus clarius intelligeretur: & vt magnitudinem effectus illo tempore ab eo perficendi demonstraret. Propterea dum Orbem vniuersum aquis diluuij esset delenturus, tum de illo scriptum est: *Tactus dolore cordis intrinsecus: delebo* (inquit) *hominem, quim creauit: pœnitet enim n e se esse eos.* At nimia effectus magnitudo, quem operaturus erat in medio terra, redemptionem mittens populo suo, non tulit, vt in figura & per modum loquedi, tangeretur dolore cordis intrinsecus. Hæc igitur ob causam factus est homo, vt verè dolore tangeretur cordis intrinsecus: idq; adeò vt ex corde cõpatiens, lacrymas effunderet. Vbi & hoc mirabile & amabile considerandum est, quòd delenturus hominem, non verè pœniteret, aut doleret, sed ad modum duntaxat se haberet pœnitentis atq; dolentis. At salutem portans, hominibus verè doluit, affectuq; verè in corde eius existente atq; commouente, *turbauit seipsum*, & mortus est. Ista ergò sit prima veritas, primulq; gradus huius considerationis, quòd non effectu tantum, sed & affectu Deus dilexit nõs, & misertus est nostri.

Secundus gradus est ratio, quam obrem si in charitatis ac pietatis ostensione voluit Deus verè affici, moueri, turbari. Etiam vna tacta est & altera, nempe magnitudo rei, & operis cõditio. Etenim super omnia opera Domini, est salus hominis, qui per claram Dei visionem beatificatur. Est enim opus hoc finis aliorum omnium. Nõ enim plus diuina potentia valet facere, quàm aliquid efficere, quòd sit ad imaginem & similitudinem suam. Aliquid mirum, quòd illi sit æquale, nulla ratione effectibile est. Nam sicut Deus ipse a se est, & a nullo alio extra se; simul atq; rem putas effectibilem, eam facis a Dei magnitudine & æqualitate deficientè; cum Veritatis natura eiusmodi sit, vt ineffabilis sit, & sua essentia sit a se ipsa. Ergo cū Deo æquale nihil effectibile sit, fat est, vt simile sit: i. e.

fit: nec aliquid, quod simile non sit, illo potest, quod est simile, excellentius dari, aut inueniri, aut etiam cogitari: Neque enim effectus aliquis esse potest, quia causæ suæ similis nō sit, & effectus quilibet quod est perfectior, eō ad suæ causæ similitudinem accedit propius. Et certè cum Deus sit omne bonum, quomodo res aliqua bona esset, quæ Deo bono non esset similis? & eō magis, si valde bona sit & optima? Ergo summum opus Dei illud est, quod ad imaginem & similitudinem Dei factū est: Cuius veritatis illud est euidentissimū argumentum, quod illud, quod à Deo genitum est non factum, ipsum est imago Dei inuisibilis. Quoniam ergo similes ei erimus, quando videbimus eum, sicuti est; quod est summa nostra beatitudo: Propterea manifestum est, quod ipsum sit maximum inter opera Dei.

Job. 3. 2.

1. ad. 48. 15.

6. Auger autem operis magnitudinem, si id, quod per altiorē Dei similitudinem beatificatur, antè fuisset in regione lōginqua, & à salute, similitudine, & beatitudine remotissimum: Id quod in casu nostro euenit. Quamuis enim homo factus esset, ad imaginem & similitudinem Dei, per quam esset Dei, eiusque beatitudinis capax, ubi illa similitudo suam receperit perfectionem. Ipse tamen voluit longius ire, iumentis cōparatus, & similis illis factus; cœnoque; libidinum & concupiscentiarum operiens se, atque deturpans naturalem, quam in sui conditione consequutus fuerat, Dei similitudinem. De profuadis ergo tantæ longinquitatis ac vilitatis, illum sustollere ad apicem emucentissimum diuinæ similitudinis, maximum absque dubio est & excellentissimum opus Dei. Si ergo Deus in grādi opere subuersionis atque submersionis mundi, ad eius magnitudinem insinuandam, se affectu interiori motum pronuntiauit, certè in hoc opere salutis omnium hominum, quod est illi maximo intervallo supereminētissimum, congruum fuit, vt verè intrinsecus afficeretur, tactus, motus, turbatus, miserat. O homo! si scires donum Dei, & quam te altinet diuina sapientia, non te ipsū vltro pro nihilo perderes ac damnares, at verò

Tom. 11. Belliniani.

cordis affectu de tua esses salute sollicitus.

Filiæ Salphaad, qui defunctus est sine liberis maribus, sollicita fuerunt, ne paterna hereditate priuarentur, ac propterea illam consecuta sunt. Et propter eas Lex statuit, vt deficientibus filiis masculis, hereditas ad filias deuolueretur. An nō veluti filius, vir virtute sanctitatis atque iustitiæ præditus fuit homo antequam peccaret? Fœmina veluti factus est, qui mulieri parens decidit à virili fortitudine. Hereditas adhuc illum manet, modò petat, modò instet, modò per ipsum non stet, quominus illam consequatur. Putas nē otiosum factū esse, vt de istis filiabus Salphaad sit mentio facta, mox post enumerationē eorum, qui ingressuri essent in terram patribus promissam, defunctis vniuersis, qui illius introitum detrectauerant? statutum erat, facta illa supputatione, vt sorte diuideretur terra, quæ nimirum salutis æternæ typum gerebat; mox filiæ Salphaad institerunt, ne paternam perderent hereditatē. Ergo, tamen cecidimus è statu virilitatis & sanctitatis, instemus nihilominus pro cœlesti salute, & nostra erit hereditas. Et ab illo prouerbio caueamus.

Num. 27. 1.

8.

Num. 26.

Vir pauper Prou. 28. 3.

calumnians pauperem; similis est imbrī uehementi, in quo paratur fames. Imber terram calcans, semina obruens, vel flumina de vasis ofundens, arbores euellit, semetipsum terram euertens perdit, vel abducit, aliisque huiusmodi noxia superinducens, famem creat per rerum necessariatū indigentiam. Similem facit ruinam vir pauper, qui pauperem calumniatur, qui pauperi molestat, qui calumnijs illum inhonestat, illi imputans maximè paupertatem. Quæ est nostra paupertas? iniquitas nostra, qua pauperes facti sumus nimis, digni quibus dicatur: *Et nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper, cœcus, & nudus.* Neque enim corruptibile est aurum illud, de quo ibi dicitur: *Sua deo tibi emere à me aurum ignitū, vt locuples sis.* Sed virtus probata & sapientia, quæ dicit: *Mecum sunt diuitia & gloria,* Prou. 8. 18. *opes superba & iustitia.* Si ergo hac in nostra iniquitatis paupertate inuicem litigamus, inuicem mordemus; quid restat, nisi vt consummемur egestate & fame?

Apo. 3. 17.

Prou. 8. 18.

8. Ratio altera huius diuini affectus hæc est, quoniam opus istud, opus misericordiae est. Sæpe se Deus apud veteres iratum protestabatur, furentem, indignantem, exacerbatum, & exasperatum: sed hoc ad effectum solummodò castigationis referendum erat. At quando super nos effundere voluit diuitias gratiæ & misericordiae, nõ iam in figura modò, sed in veritate quoq; voluit esse vero affectu misericors & miserator. *Debit* (inquit Apostolus) *per omnia fratribus similari, ut misericors fieret.* Num non erat misericors Deus, antequam fratres haberet, factus homo? erat quidem effectus, faciens misericordias; sed non erat misericordis, non nostram misericordiam illius consentiebat. Factus homo, & fratribus similis, passibilis & mortalis, factus est & vero affectu misericors: ut patiens & tentatus, posset iis, qui tentantur, compati & auxiliari. Moyses idè iubetur in monte terræ contemplari, ut non tantum bonum perdidit ob suam incredulitatē ad aquas contradictionis; ac propterea, quantum deliquit, non dans gloriam Deo. Audis Deum illi improperatē hoc peccatum, quando iubet, ut terram contempletur? Contemplare terram: cumq; videris eam, ibis & tu ad populum tuum; sicut iuit frater tuus Aaron: quia offendisti me in deserto Sin, in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluisti coram ea super aquas. Christus ergò similiter, ut sentiret in se, quanta esset nostra infirmitas & infelicitas, qua summum bonum amisimus, sic ad nos venit, ut non videret modò oculo pietatis, sed tactu & palpatione ipsius, infirmitatis nostræ calamitatem. *Vnde viuacius nobis compatetur. Tentatus per omnia pro similitudine absque peccato.* Etiam Aaron morituro obiecit Deus eandem incredulitatem: *Pergat* (inquit Deus ad Moysen) *Aaron ad populum suum: non enim introibit terram, quam dedi filius Israel: eò quòd incredulus fuit ori meo ad aquas contradictionis.* Sed non illi ostendit terram ipsam, sicut Moysi, ut de illius priuatione Moyses doleret maximè; qui propterea in hoc expressior fuit Christi figura, qui maximè doluit super afflictione nostra.

Heb. 2. 17.

Num. 27. 12.

Heb. 4. 15.

Num. 20.

24

Hoc ad documentum nostrum, ut videntes ac sentientes mala nostra, doleamus, & dolentes quæramus eripi ab illis. *Ego* (inquit Ieremias) *uir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.* Vide, vide paupertatem tuam, vide contra te indignatum Deum propter peccata tua. Quantæ sunt mortaliu calamitates: quantæ molestiæ? quantæ mortes? An non eas patimur omnes? an non experimur? Attamen tantis omnibus obruti malis, quis illas diligenter intueatur? Quis oculo sapientiæ atq; prudentiæ aspiciat mala sua? Quis aduertit, ea ex Dei iustitia super nos proficisci? Videte, videte infelicitatem vestram, ne vos faelices existimetis. Si rogas Deum: *Vide humilitatem* (id est afflictionem) *meam, & laborem meum:* & tu ipse laborem & dolorem considera. O si ascenso monte contemplareris terram vitentium, caelestem gloriam; gaudium illud plenum, profectò gemens clamares: *Hæu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar.* Cedareni habitabant in vmbra culis per solitudinem. Sed id potissimum attende, cur ista patiamur. Punio ista, est nostræ iniquitatis; malum, malum trahit; ex malo malum, ex culpa pœna. Quando Sapiens dicit: *Propter peccata serua multi Principes eius: & propter hominis sapientiam, & horum scientiam, qui dicuntur, vita Ducis longior erit.* Quid aliud intendit, nisi ut aduersitatum causam intelligamus. Mala est pluralitas Principum, siue simul regnantium, siue frequenter sibi succedentium. Sed vnde malum hoc? propter peccata terræ. Populi sub tali cadunt dispendio ob illorum delicta. Ista intelligite, ut causas excidatis aduersitatum, & bene sit vobis.

SECUNDA PARS.

Tribus ex lachrymis Christi arguuntur illius amorem erga defunctum Lazarum. *Ecce* (inquiunt) *quomodo amabat eum? dicentes autè. Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut & hic non moreretur?* Supponunt, quòd qui amat iuuet, & malum rei amate depellat quantum potest. Isti si cognouisset plene, & amore Christi & po-

& potestatem, cognouissent nihilominus mala hominum cunctorum, quos amat Christus; conelussissent profectò, quod ex his omnibus eriperet illos. Ista cognitio ad nos pertinet, qui possumus ex vtraq; parte arguere: ab effectu videlicet ad affectum; & ab affectu ad effectum; & vtrunq; per se ipsum animaduertere. Affectus magnus est, quando quidem affectus Dei est, qui, quoniam in Diuinitate affici non poterat erga creaturam; humanitatem, in qua posset affici, personaliter assumpsit. Cuius affectus, vt in creatore amori quantum licet æquaretur siue assimilaretur, omnium est maximus, vt augeri non posse videatur. Erità Deus bene nos amore diligeret, in creatore videlicet & creato, eoque summo in suo genere, sicut & increatas summus est absolute, vt potè infinitus. O Dei nimiam charitatem! an non sat erat ab eo nos diligi in creatore amore? Tantus est ille, vt creatum quoque adhibuerit, vt modis omnibus nos diligat, quibus amari possumus. Quis verò puter creatum istum amorem voluisse Deum assumere, qui summus non esset, qui non apicem attingeret charitatis? ecce affectus maximus.

11 Effectus verò in duobus stat: Primum videlicet in malis tollendis, bonisq; donandis: Deinde in modo, quo tantum nobis effectum contulit. Malorum cognitio quomodò potest haberi, quando & mala vniuersa huius vitæ, & alterius innumerabilia continet & inmensa? Propterea enim Deus ipse omnipotens in tantâ malorum abyssi genus permisit humanum cadere, vt ab eis nos eripiens nimiam suam nobis ostenderet charitatem. At bona quis animo comprehendat, quando incomprehensibilia sunt? Noscant homines bona ista transfuentia, quibus indignos omnes homines reddit iniquitas. Norint sancti magna ex parte spiritualia bona, illis in hac quoq; vita prouidè abundanterq; concessa. Restant cœlestia, quæ mortalibus incomprehensibilia sunt. Restat Deus ipse immensus, qui omne bonum est. Restat gaudium Domini nostri. O bona multa, magna, perpetua.

12 Modum priusquam tangamus, proportionem inter affectum & effectum consi-

deremus. Tantus affectus tantum postulat effectum; non alium flagitat affectum effectus huiusmodi. Vt se declararet Deus, Mundum condidit opus pulcherrimum, virtuosum, valdè bonum, magnum, vt ordo illius requirebat: At noui cœli, nouaq; terra expectabatur; id est nouus mundus, seculumq; futurum, quod veteri ineffabiliter superemineret. Mundus iste est noua creatura, quam amor præcipuè debuit generare. Sicut ergò Magno Deo orbis iste respondet; *magnus est* (vt dicit Propheeta) *excelsus, & immensus*. nõ aliter nimia charitati effectus illa dignus debuit respondere. Et sicut mundus non nisi ab Omnipotente prodire valuit: ita mirabilis iste effectus humanæ salutis, aliam nequiuu habere originem, quàm summum illum amorem, quo Deum suam creaturam diligere congruebat.

13 Modus autem, cum eximius affectus in eximio effectu se declarat, eximius pariter sit profectò necesse est. Hic autem, vt affectui & effectui responderet, haud secus personæ congruit amanti & saluanti, diligenti & efficienti; in qua est affectus, & à qua est effectus: qui effectus est Christus, Deus & homo; Filius Dei, & filius hominis. Sed Deus absconditus, & homo manifestus. Ergò modus iste, vt Diuinus esset, debuit altissimus esse super omnem modum creaturæ, sed incognitus & inuisibilis. Vt esset humanus, debuit humillimus esse infra omnem creaturam. Ita quod extrema ista, nimie tum celsitudinis tum demissionis; quò sunt ab inuicè magis distantia, eò plus propius atq; strictius coniungerentur, seq; miruò demonstrarent; vt altitudo eminentius ascenderet, quo profundius abiectio se humiliaret. Humilitas verò ex cõiunctione cum eminentissima celsitudinæ, depressionem suam faceret claram magis atq; euidentem.

14 Modus autem iste duo continet, secundum quod duo erant, propter quæ fuit ista saluatio. Nam peccatum duo mala inuexerat, & Deum offendens, & hominem ledens: Deo gloriam detrahens, homini vitam. Vt autem gloria Deo redderetur, Is qui Rex erat gloria; Dominus virtutum

exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & sic humiliavit semetipsum, vt vita homini redderetur. Qui in Deo vita erat, factus est obediens vsq; ad mortem: & pro gloria Dei & vita hominis, factus est obediens vsque ad mortem Crucis; vt in morte vita sit, honor in Cruce. Propterea & ipse Glorificator Dei, & hominum Saluator, Deus fuit & homo. Deus, vt plenus honor Deo exhiberetur; qui honor vere sit honor Dei, quo se Deus absconditus exinaniuit; vt iusta fieret recompensatio honoris & gloriae, quæ fuerat per peccatum Deo subtracta. Homo autem, vt mori posset, & moriens se vita priuaret, quam hominibus condonaret. Rursus, Deus & homo simul, vt duo illa, quæ dicta sunt, posset & absolute præstare, & sufficienter. Nam si Deus iste, homo non esset, quomodo se potuisset gloria exinaniri, vt Patre honorificaret? Gloriae quippe Solem nube texit nostræ mortalitatis & vilitatis; vt hoc, se illa veluti expolians, Deum decore indueret. Vt verò vita, qua moriens ipse homines omnes viuificaret, pro omnibus sufficiens esset, homo iste mortalis, immortalis quoq; Deus debuit esse. Quòd Lazarum suscitaturus, Patri gratias agit, testans se ab eo exauditum, hoc pertinere ad Dei gloriam exhibendam, qua se quodammodo exiit, quasi per se non valens mortuum viuificare. Quòd longi itineris laborem subit, quòd periculum se exponit, vadens in Iudæam, vbi voluerant illum lapidare, vt à mortis somno Lazarum excitaret, hoc est quòd dolores nostros ipse portauit, vt eius liuore nos sanaremur. Propter hos duos effectus, puto duos agnos quotidie immolari à lege fuisse institutum.

75. Iam ad specialia descendamus, in quibus inglorius apparet, & affligitur. Portat improprium, ratione tum personæ suæ, tum operationis. Vere filius Dei erat: Hoc si confiteretur, vitio dant atque blasphemias & morti damnantes, & in cruce exprobrantes: *Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce.* Bene omnia fecit, & dicunt tamen: *Non est hic homo à Deo, qui sabbata non custodit.* Impropria verò, quæ super

Io. 7. 30. Ioh. 8. 4.

Exo. 29. 38.

75.

Mat. 27. 42.

37.

Ioan. 9. 16.

illum ceciderunt; fuerunt primo detractiones, quibus apud turbas illum diffamabant. *Nunquid & vos seducti estis? Nunquid aliquid ex principibus credit in eum? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Persecutionibus: *Propterea persequantur Iudæi Iesum: quia non solum sabbatum soluebat, sed & Patrem suum dicebat Deum.* Accusationibus: *Hinc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.* Actionibus: *Et viri qui tenebant eum, illudebant ei, cadentes: & velauerunt eum; & percutiebant faciem eius, & dicebant ei: Prophetiza, quia scis qui te percussit. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et Herodes illi induitum veste alba. Et milites susceperunt eum in pratorium, & plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum, & dicebant; Ave Rex Iudæorum, & dabant ei alapas. Exiit ergo Iesus portans coronam spineam & purpureum vestimentum. Exprobrationibus publicis: *Prætereuntes autem blasphemabant eum dicens: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo resedificas illud. Dolo affligunt tenentes, ligantes, ducentes, percutientes, flagellantes, spinis coronantes, crucem imponentes, crucifigentes, aceto potantes.**

Hoc beneficium, maxime nobis recordandum est. Propterea legi non factum, quòd sacrificia statuisset, quòd ea Moyses repetiuisset, legem repetens, sed completo iunere per desertum denud commemorat illis, quæ facere ingressi in terram debuissent: *Vt inde vitam hauriamus.* Sed heu! tanto beneficio ingrati, vitam negligimus, diligimus mortem, & hoc primo fratres nostros ad mortem persequentes. Id facientes, qui possunt omnes, quod de Principe dictauit Salomon: *Leo rugiens, & sus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Christus sua morte nobis donauit vitam; & nos impii, pauperes, ac debiles quærimus ad mortem: non autem ab eis timentes, sicut Herodes timuit à nato Rege, sed ex crudelitate. Vnde bene inueniuntur

16.

Exortatio

19.

29.

Prædicatione

Mat. 27.

concur

cuntur in libro Sapientiae, dicentes: *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris; & reliqua verba, quae ut ibi posita sunt, sicut de quolibet iusto dici possunt, ita peculiariter in Christo vera sunt, ut ibi patet. Ut sic doceamur, socios nos Christi esse debere in sustinendis iniquorum persecutionibus: Si me (inquit) persecuti sunt, & vos persequantur.*

17. *Secundò. Qui oderunt sapientiam, hostes sunt animae suae, mortemque sibi consciscunt: nescientem quòd per peccatū mors ingressa est in orbem terrarum: & ideo, qui diligit iniquitatem, odit animam suam, atque seipsum interimit:* atque ita dum aliis mortem intemat impius, sibi ipsi mortis est auctor: quod ex Salomonis proverbio illo trahitur: *Dux indigens prudentia, multos opprimit per calumniam. Qui autem odit auaritiam, longi sunt dies eius.* Vides inferri, quòd qui auaritia ductus alios opprimat, is breui uiuet tempore: quòd quidem qui odit auaritiam, longo uiuit tempore. Non sic Dominus noster, qui animam suam posuit ad mortem, ut poneret animam nostram ad vitam. Ergò tametsi propter multitudinem peccatorū iam fecerimus, grandi tamen voce Domini Iesu excitati resurgamus ad vitam. Sic enim lachrymis ostendit, quomodo nos amaret: Ita clamore valido reuocans à sepulchro, magnum nostrae salutis zelum ostendit. Nolle nos morti deditos esse: Non vult mortem peccatoris, sed ut viuamus. Audite ergò, & uiuite.

18. De cadaueribus nostris ascendit factor, ut Isaias iam olim praedixit, quoniam in morte multum profecimus, addentes iniquitatem. Propter hoc Christus se ipsum pro nobis obrulit Deo Patri in odorem suauitatis. Odor ille suauissimus Domino efflabatur à sacrificiis. Vnde scriptum est: quòd offerrent sacrificia & holocausta, in fomitum ignis, & in odorem suauissimum Domino, qui surgit de holocausto, & de liberationibus eorum. Verum holocaustū est Christi mors, cū libamentis suis & circumstantiis. Hec Deo suavis est; ut non illifateant peccata nostra; ut non obstante

factore nostro, propter suauitatem odoris huius holocausti, indulgeat iniquitatibus nostris, & reuocernos ad vitam. O utinam & nobis sit odor suauitatis mors ista benedicta; ut grata sit; ut libenter illam contemplerur, & multo magis imitemur; sic factorem nostrum à nobis ablegantes; ut vita nostra sit virgula fumi, ex aromatis. myrrhae, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij; ut tandem digni simus loco voluptatis. Amen.

MORALE.

19. **S**ED heu, quam longè absumus à Cruce Domini, à charitate Domini, à Domini suauitate: Quae est enim vita nostra: mortis imago. Qui mores nostri: vermes ex putredine seaturientes. Quae studia? in malis perseuerare, dū viuimus super terram. Obdurim⁹ in malo; inforduimus in sceleribus. Nulla nostra reliqua spes est. Si nō veniat Christus vita nostra, qui aperiat tumulos nostros, & educat nos de sepulchris nostris. Quamdiu mansit homo, vbi erat lignum vitae? Deus scit, si ad multas horas. Expulsus indè, quādiu moratus est in regione vmbrae mortis? Quot temporis momenta, quot saecula praeterierunt, dum temporis accederet plenitudo? Nos sumus *1. Cor. 10.* in quos fines saeculorum deuenerunt. Nos *11.* etsi sint duodecim horae diei, vix circa vndecimā vocati sumus ad opus vitae. *Mat 20. 6.* Quid hoc? In figura nostri facta sunt haec. Citò cadimus, citò surgimus. Illicò adest nobis mors, vita peregrinè profecta est, tardat venire. Et cū venerit & pulsauerit, nos de intrus clamamus: *Noli mihi molesta esse. iam Luc. 11. 7.* ostium clausum est. Ostium (inquam) lapideum: *Pueri mei mecum sunt in cubili:* sensus mei in requie sunt, oblectantur in somno mortis, in cubili voluptatis; & in loco miseriae: quae so, requiescam in pace. Sed quid vita nostra? *Lazarus amicus noster dormit; sed vado, ut à somno excitem eum. Lazarus mortuus est; sed eamus ad eum. Qui dormiūt, 1. Thess. 5. 7* nocte dormiūt, sed erit nox ista perpetua? *Psal. 40. 9.* Nunquid qui dormit nō resurget? Si ad te respiciunt oculi nostri, qui cadit non resurget? Sed mali homines proficient in peius, addentens praeruaricationes. En mūdus

totus positus in maligno, vltra non reuertitur. En populus requiem adeptus in terra, dereliquit Deumfactorem, à quo non est ipse derelictus in deserto. En captiuitas longa decem tribuum, quæ nunquam resipuit, nunquam rediit in terram suam.

4. Re. 17. 6. Quia non addam vltra misereri domui Israël, sed obliuione obliuiscar eorum. En fideles quamplurimi qui recesserunt à Deo suo, nec cogitant de reuersione, gradientes viam iniquitatis, proficiscentes in regionem longinquam, homines duræ ceruicis, mentis duræ; clamet licet Christus, vt resurgant, vt reuertantur à via sua pessima, surdi ad audiendum, tardi ad credendum, mortui ad operandum.

20 Quid mollibus vestiris? Quid vacas comestationibus? Quid in luxuriis volutaris? Quid nummi factus es seruus? Quid rapinam bonorum exerces? Quid simplicibus insidiaris? Quid conculcas debiles? Quid opprimis pauperes? Quid potentioribus allentiris? Quid diaboli mancipium factus es? Quid caput reclinas, vbi diu requiescere nõ valebis? Quid dormis? Quid stertis? Quid iaces vino & ebrietate sepultus? **Rom. 13. 11.** Hora est iam, nos de somno surgere. Dura requies in lapide, aspera delectatio in arida terra, vilissima in cæno volutatio. Non relinquant tu iniquitatẽ; ipsa derelinquet te; quin magis tenebit te, vt qui viuens illam derelinquere noluisse, mortuum te inuitum retineat vinculis sempiternis, vt ligatis manibus, & pedibus ab ea te non valeas exoluere in æternum. Heu si spiritus immundus exiens ab homine, nec requiẽ inueniens, ad eundem toto conatu regredi meditatur, quid putas, cupit, conatur, studet Spiritus Sanctus? A Patre & Filio proficiscens quærit requiem in tabernaculo suo. **R. 131. 3. 14** O David sancte quid canis? Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitacionem, donec inueniam locum Domino. Vbi dicat. *Hæc requies mea in sæculum, sæculi.* Et tu dormis, & tu dormitas, & tu requiem tibi comparas, nihil cogitans, quæ Dominus sunt, nequaquam sollicitus, vbi Do-

minus requiescat. Non tanta diaboli malitia, quanta est Christi bonitas. Requiem sibi deputat ille in pernicie nostra: si quiescentem tenet Christus, si nobis miseretur, illius delitiæ sunt diuitiæ nostræ: delitatur, si miseretur: dormit, & requiescit, si nos salui sumus. Et inuenientur, qui locum dent diabolo; & Christus expellitur foras? Et non inueniet ipse, vbi caput suum reclinet? Et abiiciet eum Dauid à se? Et erit ipse tanquam viator declinans ad manendũ: & non erit qui recipiat eum in domum suam? Non sic optat peregrinus hospitari, sicut Christus ingredi ad penetralia cordis nostri, habitare per fidem in cordibus nostris. Quid dices in die vltionis, audiens illum: *Hospes eram, & non collegisti me?* Seruus Abraham ingressus domum Laban, donis domum illam auxit. *Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.* Quid puluis pedum iis, qui illum non susceperunt in domos suas? mors, puluis mortis. Mortui sint, necesse est, qui vitam non suscipiunt. O crudelis Christo, qui illum pulsantem repellis. O crudelis tibi, qui vitam tibi offerentem respuis. O demens, qui tuum à te abigis Saluatorem.

Et quamnam est vox clamantis ad sepulchrum: *Lazare veni foras:* nisi corripientis in porta? nisi post tergum admonentis? nisi à somno mortis excitantis? O vltimam de nobis verum sit: *Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis quam ille, qui per linguam blandimenta decipit.* O vilem correptionem! ô salutaria verba! ô linguã saluantem! *Clamane cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum.* Hoc facit, qui amat. Propè accessit, vt audiretur: tolli iussit lapidem, vt vox ad illum penetraret. *Tollite, tollite lapidem, si vultis audire; auferte duritatem, quæ tactum non admittit.* Nam Christus simul dum clamat, tangit. Equidem *verba Domini sunt quasi malleus conterens petram:* Habent ipsa tantam vim. Sed nũ, si cor tuum obdurasti, vt non audias vocem Domini, verbum eius ad illum reuertitur vacuum.

Tollite

Tollite lapidem: duritiem, atque obstinationem submouere, & erit vobis salus. Quantam gratiam Christo habere debemus, qui nobis verba protulit admonētia, vt refurgamus? Audite, audite, & intelligite, ne decipiāmini per linguę blandimenta, per carnis suasiones, per dæmonis suggestiones, per ea, quę mundi sunt, siue occulta sint, siue aperta surreptiones. Pudor est enim, clamorem non audiuisse, sed vocem tenuem, sed dispendium maius. Ait enim Sapientia: *Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superveniet interitus, & eum sanitas non sequetur.* Clara sunt verba, ea mente percipite. Repente interibit, qui se saluantem reicit, qui folia lignorum paradisi, quę sunt ad sanitatem gentium, proicit a se. Et propterea eum sanitas non sequetur. Vultis ergo vitam ac sanitatem? suscipite insitum verbum, quod sanat omnia, & ducit ad vitam sempiternam. Quam nobis concedat. Amen.

DOMINICA DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania. *Ioan. 11. 1.*

ARGUMENTVM.

Consideratur miraculum Lazari suscitari, quoad se & quoad nos. Gloria Dei inde sequitur. Sustinendus Deus, vt eius consolationem sentire mereamur. Quomodo infirmitas & mors nostra sit ad gloriam Dei.

MERVS ille discipulorū Christi, quem expresserunt dicentes. *Domine, nunc querebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* docet, sic

aliis prospiciendum, vt nobis tamen à malis caueamus. Iuxta quod & Apostolus *2. Cor. 8. 13* leemofynam suadens ait: *Non vt aliis sit remissa, vobis autem tribulatio.* Docet nihilominus magis in vniuersali, vt dum bonum aliquod intendimus, soletur moliamur, ne inde aliquod malum forte maius prodeat. Mortuo Lazaro dicit Dominus discipulis suis: *Eamus in Iudæam iterum:* non expressit itineris huius causa. Obicitur ipsi periculum, quod prius vix lapides euitauerit Iudæorū. Reuelat exinde causam, cur in Iudæam ire disponat: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno excitem eum.* Huic causę detrahunt ipsi tantquam non æquali, instanti periculo. *Si dormis (inquiūt) saluus eris.* At cognita morte Lazari, & Domini voluntate, qui dixit *eius manifeste. Lazarus mortuus est, sed eamus ad eum,* vltra contradicere non sunt ausi: quin *Thomas* magis audacter dixit ad discipulos *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Ergo dum possunt discipuli, declinant à malo. Dominus quoque obiecto sibi lapidum periculo respondit. *Nōnè duodecim sunt horę diei?* ostendit sic quidem benefaciendum, vt non nobis ipsis incommoda comparemus: notat enim quod Iudæi mutantem malum suum propositum, non essent illum præterea lapidaturi. Sic sibi cauit *Thamar*, quę sibi prospectura, dum nõ traditur fratri defuncti mariti sui, vt lex iubebat: præcauit, ne id sibi mortis periculum crearet, dum mercedem concubitus requisivit, & promissę mercedis arrabonem. Hoc est speciale documentum quod ab historia trahimus præsentis lectionis Euangelicę. Igitur attendite.

Duo ergo continet præsens lectio. Alterum, est beneficium & auxilium, quod *2. Diuisio.* Christus præbuit indigentibus. Alterum est cautela, qua prouidit, ne inde malum, aut sibi aut suis proficisceretur. *Boni collatio, Mali cautio.*

Postulat ordo, vt à bono exordiamur. Lazarus amicus Domini infirmatur, moritur, sepelitur, iam færet quatuordecim dies. Indè forores valide cōtristantur. Dominus vero hæc omnia tollens incommoda, & fratrem viuificat, & forores lætificat. Vndè & bona maiora

maiora procedunt. Nam multi ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. Tandem verò finis subsecutus est, qui in hoc opere intendebatur à Deo. De quo ait Dominus: *Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.* Gloria enim magna Dominum subsecuta est. Primum, quia absens discipulis mortem Lazari reuelavit. *Et gaudeo* (inquit) *propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi.* Secundò, quia declaratus, & creditus est, esse vita, ut omnes credentes in eum, vitam habeant; eò quòd sic Christus Filius Dei viuit, qui in hunc mundum venit. Tertiò, ostendit amorem eximiũ in homines, fremens spiritu, turbans seipsum, & lacrymans super mortuum. Vnde dicunt Iudæi. *Eccè quomodo amabat eum.* Quartò, se à Deo in omnibus exaudiri patefaciẽs, dum dicit. *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me.* Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populũ, qui circumstant dixerunt, ut credant, quia tu me misisti. Suscitans tandem iam fortentem quadriuanũ: De qua suscitacione dixerat Marthæ: *Nonne dixisti tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?* Et hæc sistemus in superficie literæ. Nam hinc ad gloriam Dei transitus est, qui mundum totum suscitauit, & terram vniuersam replevit gloria sua.

De hac gloria fultus dicturi, nunc secundũ caput prosequamur; nempe, quòd ex hoc opere Christi nullum malum profectum est. Primum enim non venit Ierosolymam, vbi illum voluerunt lapidare, sed venit Bethaniam ad amicos suos, vbi consueuerat hospitari. Secundò in operatione illa, qua venit ad Lazarũ, ipsumque suscitauit, nulli præbuit malũ occasionem. Nã erga discipulos leniter se habuit, ut paulatim erigeret eorũ animos, etiam ad sequendũ illum in mortem. Turbas sic gestis sermonibusque demulsi, ut ei deinde potius remanerent, quam contra eum malum aliquod molirentur. Tertiò, quamuis idẽ magis sint inimici eius incitati ad perdendum eum, ipse tamen inde illæsus recessit. Abijt enim in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi mor-

Ioan. 11. 54

rabatur cum discipulis suis. Quod si quarto venit ad diem festum Paschæ, in quo dederant Principes & Pharisæi mandatum, quòd si quis cognouerit vbi sit, indicet, ut apprehendant eum; non fecerunt tamen in eum, quæcunque voluerunt, sed quæ consilium Dei & manus decreuerunt fieri; & eo tempore, & loco ablatus est, quando, & vbi ipse voluit; & libens tradidit animam suam dilectam in manus inimicorum suorum, ad eòdẽ ut diceret: *Mus cibum est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius.* Patris autem voluntas fuit, ut biberet calicem, quem dedit illi Pater ipse; & opus illud fuit, quòd in cruce consummatum est. De cuius fructu dixerat ipse: *si granum frumenti mortuum fuerit, multum fructum afferit.* Vnde & ipse glorificatus est. Vnde ad conuersionem gentilium dixit: *Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.* Et in atenam suæ passionis descendurus rogauit Patrem: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum.* Et hæc est vna causa, quomobrem triumphans aggressus est prælium contra Satanam & peccatum, in ingressu Ierusalem, sedens super asinam & filium subiugalis; nempe ut non ad passionem aut ad mortem procederet, sed ad pugnam, ex qua certò gloriosam victoriam esset relaturus.

Et quid putatis, quòd tot orationes suæ sunt in Psalmis, quibus à se mala & tribulationes deprecatur? cuiusmodi sunt istæ. *De ventre matris mee Deus meus est, ne discesseris à me. Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Tu autem Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam confice. Erue à framea, Deus, animam meam, & de manu canu vnicam meam. Salua me ex ore Leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam.* Ita alibi. *Saluum me fac, Deus; quoniam intrauerunt aquæ, & que ad animam meam infixus sum in limo profundis. & non est substantia eripe me de luto, ut non infingar. libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum; & reliqua huiusmodi multa. Quid (inquam) putatis? præcauit sibi præmissis deprecationes certò exaudien-*

audiendas à Patre, vt nō dubitaret se morti tradere, à qua certissimè sciebat, se à Patre cū gloria eripiendū. Idēd precibus ista

subdit: *Timeat eum omne semen israel. quoniam non spreuit, neq; despexit deprecationē pauperis. Nec auertit faciem suam à me. Et cū lamarem ad eū, exaudivit me.* Idem:

Ego sum pauper & dolēs. Salus tua, Deus, su- scipit me. Sic & per Isaiam: *Dominus Deus auxiliator meus, & idēd nō sum confusus. Idēd posui faciem meā, vt petram durissimā, & scio quoniā non confundat. Ecce Dominus Deus auxiliator meus, quē est qui condemnet me?* En quomodō securus palestrā ingreditur tanta suā passionis? Vadit itaque

ad saluandas gentes, neque tamen despicit semetipsum, sed sui curam agit; vt de torrente in via bibens, caput exaltet, & eleuetur magnificentia sua super cōcos.

Hęc autem, vt ad nos transferenda, quin & translata sciamus, post suę passionis

prolixam mentionem subiungit: *Videant pauperes, & latentur. Quærite Deum, & viuet anima vestra. Quoniam exaudivit pauperes Dominus, & vinctos non despexit.* Videant igitur quæ fecit filio suo, eripiens inopem de manu fortiorum eius: & intelligant quoniam Deus non derelinquit sperantes in se; & pauperes suos exaudit; pauperes (inquam) suos, qui sunt pauperes spiritu, qui non confundunt in viribus suis, neque in diuitiis suis gloriantur, in illū proieciti ex vtero matris suę; qui ab ortu suo in solo ipso Creatore sunt confisi, & idēd nō confusi. Ergō qui se dant discrimini, & propter verba labiorū Domini custodiunt vias duras, non impingent, sed perficiet Dominus gressus eorū, vt eorū non moueātur vestigia, neque peribunt de via iusta. Hoc est quod ait Salomon: *Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio.* Hoc igitur duntaxat nobis meditandum, vt iustitiam seruemus, Deo dimittentes curam nostram, quoniam ipsi cura est de omnibus, sed in primis de filiis, quos enutrit & exultat. *Sicut enim Pater vester, (inquit) qui dicit opus sit vobis.* Si ergō occasio occurrerit, dicamus cum Thoma: *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Proprius enim hic est modus præcauendi à

Tom. 11. Bellintani.

malis, dum bona præterdimus, cum Domino ambulare viam iustificationum suarum, & exerceri in mirabilibus suis.

Si quid autem mali acciderit in via, nam via hęc arcta est, vbi leo infidiatur, & Amalec armatus obstitit: duo sunt nobis præstanda. Quorū alterum nos docuit Iacob: Alterum Isaac. Occurrente ipsi Iacob, dum exiret de Mesopotomia vt iret ad domum patris sui, Esau cum quadringentis viris, mansuetudine vsus est Iacob atque humilitate, imō & muneribus, vt iratum contra se fratrem placeret: Etenim vt ait Salomon: *Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitatur furor: Si fieri potest quod in nobis est, iubet Apostolus, cū omnibus hominibus pacem habentes.* Sic Dominus, sic Apostoli, sic omnes serui Domini. Vide quā molliter se habet Dominus, cedit persequentibus; & abiit trans Iordanē, in eum locum, vbi erat Ioānes baptizans. Audiēs: *Eccē quē amas infirmatur.* Et sciens de lōgē, quōd mortuus esset amicus eius, iterū in Iudæam vadit. Et vide modestiam eius: Non iactat se mortuū suscitaturū, sed ait: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum.* At quando apertē dicit: *Lazarus mortuus est.* Nō addit: sed vado vt resuscitem illum: *Sed camus (inquit) ad eum.* Ita cum Martha loquens non ait: *Ego veni, vt per me vitam habeat.* Sed ait: *Resurget frater tuus.* Et replicanti ait quidem: *Ego sum resurrectio & vita.* Sed quasi moderans dictum suum, vitæ consecutionem tribuit fidei nostræ. *Qui credit in me (inquit) etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Veritatē quidem manifestare illū oportuit, qua saluos nos fecit: Sed sic sale condit verba sua, vt nulla vsquam appareat sermonis iactantia. Iterū iubente eo, vt monumentū, tollentes lapidem, aperirent, ad obiectionē Marthæ dicentis: *Domine iam sciet, quatuordecim annis est enim.* Vide quā modestē respondeat: *Nōne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriā Dei?* Et quanta est ipsius modesta humilitas, vt fremat: vt turberetur vt lachrymetur? Propterea dixerunt aliqui: *Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur?* Lacrymatur ergō, quasi à mortuis non valens aut præ-

occupare

malis, dum bona præterdimus, cum Domino ambulare viam iustificationum suarum, & exerceri in mirabilibus suis.

Si quid autem mali acciderit in via, nam via hęc arcta est, vbi leo infidiatur, & Amalec armatus obstitit: duo sunt nobis præstanda. Quorū alterum nos docuit Iacob: Alterum Isaac. Occurrente ipsi Iacob, dum exiret de Mesopotomia vt iret ad domum patris sui, Esau cum quadringentis viris, mansuetudine vsus est Iacob atque humilitate, imō & muneribus, vt iratum contra se fratrem placeret: Etenim vt ait Salomon: *Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitatur furor: Si fieri potest quod in nobis est, iubet Apostolus, cū omnibus hominibus pacem habentes.* Sic Dominus, sic Apostoli, sic omnes serui Domini. Vide quā molliter se habet Dominus, cedit persequentibus; & abiit trans Iordanē, in eum locum, vbi erat Ioānes baptizans. Audiēs: *Eccē quē amas infirmatur.* Et sciens de lōgē, quōd mortuus esset amicus eius, iterū in Iudæam vadit. Et vide modestiam eius: Non iactat se mortuū suscitaturū, sed ait: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum.* At quando apertē dicit: *Lazarus mortuus est.* Nō addit: sed vado vt resuscitem illum: *Sed camus (inquit) ad eum.* Ita cum Martha loquens non ait: *Ego veni, vt per me vitam habeat.* Sed ait: *Resurget frater tuus.* Et replicanti ait quidem: *Ego sum resurrectio & vita.* Sed quasi moderans dictum suum, vitæ consecutionem tribuit fidei nostræ. *Qui credit in me (inquit) etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Veritatē quidem manifestare illū oportuit, qua saluos nos fecit: Sed sic sale condit verba sua, vt nulla vsquam appareat sermonis iactantia. Iterū iubente eo, vt monumentū, tollentes lapidem, aperirent, ad obiectionē Marthæ dicentis: *Domine iam sciet, quatuordecim annis est enim.* Vide quā modestē respondeat: *Nōne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriā Dei?* Et quanta est ipsius modesta humilitas, vt fremat: vt turberetur vt lachrymetur? Propterea dixerunt aliqui: *Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur?* Lacrymatur ergō, quasi à mortuis non valens aut præ-

occupare

occupare

occupare

occupare

occupare

occupare

occupare

occupare

occupare

occupare

occupare

occupare

6
Exod. 17. 8.

Gen. 33. 1.

Pro. 15. 1.

Rom. 12. 18

Ioā. 10. 40.

occupare aut reuocare. Vbiq̄ modestiā docet : Vt non frustra dixerit Salomon: *Lingua sapientiū ornat scientiam; os fatuorum ebullit stultitiam*. Sicut vir eloquens scientiam suam ornat, ornatē eam profrens, & eleganter; ita qui sapienter se gerit in lingua sua, mores suos gratos reddit atque decorat. Hoc igitur & nobis præstandum, potissimū verò, quandò cum aduersariis habenda res est, nemini dantes vllā offensionem. Propterea idem Salomon:

Pro. 15. 4. *Lingua placabilis, lignum vitæ; quæ autem immoderata est, conteret spiritum*. Conterit spiritum, qui animū offendit audientis: at qui placidè loquitur, sicut placet, ita placat; vt & grata sit, & proffit, quasi lignum vitæ. Sic prudens Abigail moderato eloquio suo, liberauit & Dauid à vindicta, & manitum à nece. Roboram verò dura loquens, exaltauit stultitiā suam, & fecit Imperium bipartitū, vt vna sola tribus sequeretur domum Dauid. Hæc est vna via, qua nobis prospicimus à tribulationibus.

7 Altera est, quam docemur ab Isaac patre

Gen. 22. 2. Iacobi. Non leuis quin extrema tribulatio fuit Sancti huius viri, quòd manibus ipsius parentis amantissimi deberet occidi: qua in re, morte multiplici afflictabatur. Principio nāque, puer tenens annis mortē obibat, vt vix sæculum tangens, illud penitus relinqueret. Deindè, non naturali morte exiret de hoc seculo, sed per necē ac vim, repugnāte natura, nempe interfectus. Postea, hæc sibi inferebatur mors ab eo, qui vitam dederat; à parente, eoq; sancto, quin & imperante Deo, vt qui vita indignus reputaretur ab hominibus, à Patre, à Sancto, à Deo. Adde, quod dolorem aduertebat & immolantis Patris. Neque enim prompta obedientia Abraham à tristitia, eaq; summa eximebat, sicut nec Christus, aut Mater eius idèd nō dolebant in morte primogeniti, quod voluntariè sacrificarent: sed & tristitiæ gladius animam pertransibat: vt cū carnibus offerretur & adeps; vt interior crux externam decoraret, & animi dolor, corporis vehementer augeter afflictionē. Dolēs ergò Pater necē parat filio, quē diligebat: quod filius probè intelligens summa tristitia affecto patri charitate, qua

bonus filius tenebatur, extremè compatitur. Vt sicut Pater cordi suo infert prius necem, postea verò filij corpori: haud secus sentit intimè filius vtranq; mortem, patris videlicet & suam. Id tamen ambo libenter exequuntur, Deo promptissimè obediētes. Hæc est tribulatio, quæ tamen tribulatio duplici consolatione miscetur. Altera quidem, quòd torrens iste inundans, grauiq; tempestas egrediatur de sanctuario & sede Dei: neque aliundè veniat tanta percussio, quam a Deo, cuius voluntatem facere amborum sunt delicta. Altera, quòd seirent Deum daturum his quoque finem. De Patre quidem ita scribit Apostolus: *Et de obitu Abraham Isaac, cum tentaretur, & unigenitum offerrebat, qui suscepit re-promissiones. Ad quem dictum est. Quia in Isaac vocabitur tibi semen. Arbitrans, quia & à mortuis suscitare potens est Deus.* Duo ponderat Apostolus, quod & filium offerret, & eum, cuius semen multiplicandum esset stellarum instar, & arenæ maris. Ex quibus magna fidei constantia elucescit in illo, quis his duobus non obstantibus, iubētī Deo liberaliter obediuit. Ergò eiusdē fidei expertem Isaac nulla ratione credere debemus. Idcirco enim & ipse volens oblatuſ est. Ita Dominus noster Iesus Christus certus prænouit, quòd vita Lazari, illi à se mirabiliter restituenda, propriæ mortuis futura esset occasio. Nam cognito miraculo illo, collegerunt Pontifices & Pharisei Concilium, in cuius conclusionē cogitauerunt, vt interficerent eum. Neque tamen propterea abstinuit ab hoc opere, verum id magis amplexus est, vt pertransiret beneficiendo, ad mala innumerabilia suscipienda. Certus nihilominus, quod sicut Lazarum viuificans subiit ipse mortem; ita motiens ipse totum viuificaret mundum, resurgens ipse à mortuis destructor & triumphator. Hoc enim spectauit in primis, cum dixit. *Infirmus hac non est ad mortem. Sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.*

Ita vir patiens meritò gloriatur in tribulationib. non profectò quia tribulatur, sed quia tribulatur ad gloriam. Hæc nobilis est pro-

est prouidentia, qua sic bonum praeventimur, ut interim ab incommodis caueamus. Neque enim quis incommodum reputauerit illud, quo bonorum atque commodorum maximorum magnam sit multitudinem adepturus & copiam. Hæc igitur nostra est instructio; ut nemini dantes ullam offensionem, ad omnem ab aliis inferendam offensionem paratos nos exhibeamus, & promptos, & hilares, & cupidos quoque. Ad quod habemus dicta sapientis: *Fili accedens ad seruitutem Dei, stans in iustitia, & in timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & suscipe. Inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus: & ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei. Coniungere Deo, & suscipe; ut crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore suscipe, & in humilitate tua patientiam habe. Quonia in igne probatur aurum, & argentum; homines uero receptibiles in camino humiliationis.*

9. Ecce quot rationibus instruimur & incendimur ad patientiam. Primum enim, tentationes & aduersitates pati, pertinet ad seruitutem Dei. Nam omnes, qui ei placuerunt ab initio, firmi in tentationibus perstiterunt. Si igitur serui Dei esse uolumus, dicendum nobis est. *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Ergo accedens ad seruitutem Dei, prepara animam tuam ad tentationem, stans in timore, illam expectans. Sic enim stabis in iustitia. Nam si paratus non sis, superueniente tentatione excides à iustitia. Ex quo sequitur secunda ratio, quod in camino & fornace humiliationis & tribulationis probantur ij, qui à Deo in suum seruitium & consortium recipiuntur. Vnde, qui igni cedunt & consumuntur, aurum reprobium aestimantur, non argentum electum: & ideo in tempore tentationis recedunt. Qui uero constantes sunt, hi probati à Deo custodiuntur. Ex quo sequitur tertia ratio, quæ est: Sustine, ut crescat in nouissimo vita tua. Vnde & supra Sapiens dixerat; *Vsq; in tempus sustinebit patiens: & postea reddito iucunditatis.* Sic Abraham, sic Isaac expectabant resurrectionem futuram; sed vicini or fuit, excedens

expectationem, dum quem ut mortuum & oblatum Deus suscepit, mox restituit uiuum, contentus sacrificio arietis. Vbi discimus, quod multa exigit à nobis Deus, in preparatione cordis, at in operatione corporis, paucis minimisq; contentus est: & magna tamē pro minimis ipse rependit, ut patet in promissione facta Abraham pro immolatione filij facta in animi tantum dispositione. Et in eo quod dicit Sapiens, postea redditio iucunditatis; & crescat in nouissimo vita tua; tunc uidelicet crescat, quando esset desitura. Veteranus ex sensu defectu atque uinum, femiuuius reputatur: at sustentibus, tunc crescit uita.

Habes in Abraham certum experimentum, & manifestam probationem: Sustinuit in centum annos sustentationem Dei: tunc promisso sibi filio ex Sara, risit, in corde suo dicens: *Putasne centenario nasceretur filius? & Sara nonagenaria pariet.* Erant autem ambo senes prouecta que etatis, & desierant Saræ fieri muliebria: & tamen nondum genuerunt filium Isaac. Sed Abraham aliam quoque duxit uxorem nomine Ceturam, quæ peperit ei plures filios. Et de Sara, post promissionem factam illi in fenestrate eius, legimus quod ita placuit Abimelech Regi Cetaræ, ut tolleret eam. Vide quomodo crescit uita: & certè redditio iucunditatis uitæ non paruum augmentum est. *Vita enim carniū, est sanitas cordis.* Et: *Iucunditas cordis, hac est uita hominis.* & *thesaurus sine deflectione sanctitatis: exultatio uiri est longæ uita.* Vide augmentum duplex, in consolatione animi, & in diuturnitate uitæ, ut iucunda & longa sit uita. Si quid ergo pateris in Dei seruitute; audi Sapientem: *Crede Deo, & recuperabit te: & dicitur: ige uiam tuam, & spera in illum.* Et rursus: *Ne festines in tempore obductionis: id est uindictæ, quando uidelicet in tribulationis perpessione quasi de te Deus uisciscitur. Ne festines, ut mox eripi uelis, uide longam expectationem Abraham usque ad centum annos, & usquequod desissent Saræ fieri muliebria, ita ut ipsa diceret: Postquam consenui, & Dominus meus uetus est, voluptati operam dabo; Vsq; in tempus; dixit Sapiens. Quod tempus: tempus benepl-*

Eccles. 3. 2. beneplaciti Dei: nouit ipse tempora, qui est Rex saeculorum. Quando est tempus nascendi, & tempus moriendi. Quando est tempus occidendi, & tempus sanandi. Quando est tempus flendi, & tempus ridendi. Non iuit Iesus in Bethaniam, quando miserunt ad eum sorores dicentes: *Ecce quem amas infirmatur.* Expectauit tempus, & ueniens, inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Festinabant sorores dicentes: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Celeritorem desiderauerat eius aduentum; sed gloria Dei postulabat, ut iam faeret. Qui ergo crediderit non festinet, ut non confundatur. Sic enim non confundetur ab expectatione sua. Nam legit Petrus *Qui crediderit in eum, non confundetur.*

Isa. 28. 16.

Psal. 1. 8.

1. Pet. 2. 6.

12.

Exhortatio.

Eccles. 2. 2.

1. Pet. 3. 9.

Gen. 32. 25.

Gen. 38. 27.

Ea igitur, quae docet Sapiens, praestemus ad patientiam comparandam. *Depri-me (inquit) cor tuum: & sustine.* Humilicimus animas nostras, ut uelimus, quae Deus uult, non quae concupiscentia. Expectantes Dominum quando ueniat. Sustinet Deus sui ocores, blasphemos, contemptores, breui (inquam) suarum legum transgressores, patienter agens, & nolens aliquem perire, & propterea dans spatium poenitentiae: Haec sunt sustentationes Dei. Num igitur maior Deo Iacob? nunquid supra Deum praualebis, ut mox uindictam exigas persecutorum tuorum? Sorores non fuerunt Domino importuna, tantum dicunt: *Ecce, quem amas, infirmatur:* quamuis purent Christi absentiam mortis fuisse causam. Sic & tu deprime cor tuum: & sustine. Zara, qui manum praemisera, ut prius exiturus de utero matris suae, eam retrahere compulsus fuit, ut qui Christi pater fuerat futurus, primus exiret. Qui Christi sunt, expectant tempus nascendi, & ueniendi in Ecclesiam primitiuorum, quae est in caelis, tempus excutiendi iugum fabricantium supra dorsum eius.

SECUNDA PARS.

13. Ad plenorem intelligentiam eorum, quae dicta sunt, specialis nobis facienda, sicut promissimus, consideratio est circa bonum illud, quod hoc mysterio inten-

ditur, & quod Christus iturus in Bethaniam, Lazarum excitaturus a mortuis, in primis spectabat. Quod quidem est gloria Dei. *Infirmas (inquit) hac non est ad mori, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.* Vbi primum habemus, quod eadem sit gloria Dei & Christi. Pro gloria Dei (inquit) ut glorificetur Filius Dei. Hoc uero inde est, primo, quia vnus est Deus Pater & Filius. Ergo gloria, quae exhibetur Christo, Deo exhibetur, quia Filius Dei Deus est, & gloria illa, gloria Dei est. Quoniam uero Deus Filius, homo factus est, qui hominem cum tantum, aut creaturam arbitrati sunt, non sicut Deum glorificauerunt, creaturam putantes magis, quam Creatorem. Ipse ergo Pater testimonium illi reddidit, ut sibi aequalis crederetur, & eadem gloria, quae sibi & Filio tribueretur. Propter hoc bis de caelo uox super Filium facta est a Patre: *Hic est Filius meus, dilectus.* Et dedit illi uirtute multam facere, & omnia omnia opera sua Filius dicit esse Patris opera. Unde aiebat: *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite; ut cognoscatis, & credatis; quia Pater in me est, & ego in Patre.* Item: *Multa bona opera ostendi uobis ex Patre meo.* Rursus, quando persequerentur eum Iudaei, quia Patrem suum dicebat Deum, & aequalem se faciens Deo dixit eis: *Amen, amen dico uobis: Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod uiderit Patrem facientem. Quacumque enim ille fecerit, haec & Filius similiter. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei; quae ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera; ut uos miremini. Si enim Pater suscitauit mortuos, & uiuificat; sic & Filius quos uult, uiuificat. Neque enim Pater indicat quemquam: sed or. ne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. Pater ergo eadem esse opera Patris & Filij Opera uero sic sunt ad gloriam operantis, ut ipsa quoque dicantur gloria eius. Unde Psalm: *Calli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius, annuntiant firmamentum.* Sicut quod dixerat prius caelis postea*

postea dixit firmamentum : nam vocauit
Deus firmamentum celum. Ita quod prius
dixit gloriam ; secundo loco dicit opera.
Vnde & alibi *Confessio & magnificentia o-*
pae eius. Vltima illa verba Domini : *Qui*
non honorificat Filium, non honorificat Pa-
trē, qui misit illum : aliam rationem in-
nuunt, quare in gloria Dei Filius honora-
tur. Nam in humanis, vbi idem non est
opus patris & filii, alterius honor in alte-
rum refultat : sicut enim Gloria patris est
filius sapiens ; ita gloria hominis est ex ho-
nore patris sui. Et ratio est, magna inter
patrem & filium coniunctio qua filius ali-
quid patris est, & filius est ad imaginem
patris. Nunc autem in diuinis eodē etiam
magis eadem est gloria vtriusque ; quia
Pater misit Filium. Missus autem si hono-
retur, ad gloriam est mittentis, qui dignū
missum misit, per quem gloriosa opera-
tur. Et tunc magis adhuc, quādo mis-
sus, quod est honoris & gloriae, totum in
mittentem refert, sicut audiuius : *Non*
potest Filius se facere quicquam, nisi quod
viderit Patrem facientem. Ideo & alibi :
Honorifico Patrem meum. Et rursus : *Clari-*
ficata Filium tuum, ut Filius clarificet te
Etenim in eo, quod clarificatus est Filius
in magnificentia operum eius, inde clari-
ficatus est Pater, qui talem habet & misit
Filiū. Quapropter legimus, quod susci-
tato adolescente filio viduae, turbæ magni-
ficabant Deum dicentes : *Quia. Propheta*
magnus surrexit in nobis, & quia Deus vi-
sitauit plebem suam.
14 Hinc documentum, quod nostrum est,
honore Deum : id quod præstamus,
quādo gloriosa dicta sunt de nobis in ve-
ritate. *Luceat* (iubet Dominus) *lux vestra*
coram hominibus, ut videant opera vestra
bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in
cælis est. Sic & Petrus : *Conuersationem*
vestram inter gentes habentes bonam ; ut ex
bonis operibus vos considerantes, glorificent
Deum Propter hoc conqueritur Domi-
nus per Malachiam Prophetam dicens :
Filius honorat patrem, & seruus Dominum
suum : Si ergo Pater Ego sum, ubi est honor
meus ? & si Dominus Ego sum, ubi est timor
meus ? Et vt probet, quod non illum hono-

rent, conuertitur ad sacerdotes, qui in sa-
crificiis suis inhonorabant illum. *Ad vos,*
o Sacerdotes, qui despiciis nomen meum, &
dixisti. In quo despeximus nomen tuum ? Of-
feris super altare meum, panem pollutum.
Quibus idcirco minatur dicens. *Et nunc* Malac 2. 1.
ad vos mandatum hoc, o Sacerdotes si nolue-
ritis audire : & si nolueritis ponere super cor,
ut desis gloriam nomini meo ; ait Dominus
exercituum : mittam in vos egestatem, &
maledicam benedictionibus vestris. Et in-
fra : *Vos autem scandalizastis plurimos in*
lege. Propter hoc & ego dedi vos contempti-
biles, & humiles omnibus populis. Quinimō
vult quod vnusquisq; honoret proximum,
habito respectu ad Deum, qui Pater est om-
nium. *Nunquid non pater vnus omnium* 10.
nostrum ? Nunquid non Deus vnus creauit
nos ? Quare ergo despicit vnusquisq; no-
strum fratrem suum ? Vbi etiam apparet,
quod qui honorat fratrem, honorat Deū,
qui creauit illum, & propterea Pater est om-
nium : Et qui despicit fratrem, Deum de-
spicit : & sicut Deum operibus exaltamus,
siue blasphemamus ; sic proximus benefa-
ctis honoratur ; malefactis inhonoratur.
Recte itaque iubet Paulus : *Charitatem Rom. 12. 10*
fraternitatis inuicem diligentes : Honore in-
uicem praueniētes.

Secundō habemus, quod in omnibus 15
suis creaturis Deus honoratur, sed in ho-
mine in primis, quem creauit ad imagi-
nem & similitudinem suam. Et quamuis
in impiis quoque glorificetur, ostendens
potissimum in illis puniendis maiestatem
potentiæ suæ, vt fecit in Pharaone, & in *Exod. 14.*
seruis eius ; præcipue tamen gloria suam, 4. & 17.
per amicos suos & in amicis suis, singula-
riter manifestat. Ideo enim Apostolos vo-
cabat lucem mundi, & fideles, luminaria, *Mat. 5. 14.*
in quibus splendor gloriæ suæ, & imago
bonitatis suæ maxime lucet & apparet. In
his quippe, cum sint viri voluntatis suæ ;
quia beneplacitum est Domino super ti-
mentes eum, & in eis, qui sperant super
misericordiam eius ; fiducialiter agens, sic
glorificatur, vt permittat eos tentari, vt
demum erepti à tentatione per opem Dei,
ostendant in se diuinam virtutem, prædi-
cantes magnalia Dei. Propterea monet in
Psalmo:

Psal. 49. 14. *Psalmo: Immola Deo sacrificium laudis & redden Altissimo vota tua. Inuoca me in die tribulationis; eruam te, & honorificabis me. Quia & Nabuchodonosor propter superbiam suam humiliatus, tandem restitutus ad pristinam gloriam, cognita Dei virtute, ipsum glorificat, narrans magnitudinem potentiae suae, qua secum operatus est, ac demum concludens: Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico Regem caeli: quia omnia opera eius vera & via eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare. Propterea ergo permittit Lazarum infirmari, & mori, ut illum resuscitans glorificaretur, & cognosceretur verus Filius Dei.*

Dan. 4. 34. *Quod si hoc in vno homine, quanto magis in vniuerso Orbe: Tot annis permittit Gentes sequi vias suas, quae erant sine Deo in hoc mundo, alienati a vita Dei per ignorantiam, quae erat in illis. At ubi venit plenitudo temporis, venit Desideratus cunctis gentibus, ut lumen ad reuelationem Gentium, quo irradiati Reges viderunt, surrexerunt Principes, & adorauerunt Dominum Deum Israel, quasi qui deprecati sunt Deus miseretur nostri, & benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, & miseretur nostri. ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Et tandem impletum sit. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes; Latentur, & exultent Gentes, quoniam terra dedit fructum suum Terra (inquam) illa, quae saepe venientem super se bibens imbrem & proferens spinas ac tribulos, reprobata erat & maledicta; cuius consummatio in combustionem, tandem accepit benedictionem a Deo, & tandiu expectatum dedit fructum suum, ut efficax esset vox illa: Iubilate Deo omni terra, seruite Domino in letitia, Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.*

Psal. 66. 1. *16.* *17.* *18.* *19.* *20.* *21.* *22.* *23.* *24.* *25.* *26.* *27.* *28.* *29.* *30.* *31.* *32.* *33.* *34.* *35.* *36.* *37.* *38.* *39.* *40.* *41.* *42.* *43.* *44.* *45.* *46.* *47.* *48.* *49.* *50.* *51.* *52.* *53.* *54.* *55.* *56.* *57.* *58.* *59.* *60.* *61.* *62.* *63.* *64.* *65.* *66.* *67.* *68.* *69.* *70.* *71.* *72.* *73.* *74.* *75.* *76.* *77.* *78.* *79.* *80.* *81.* *82.* *83.* *84.* *85.* *86.* *87.* *88.* *89.* *90.* *91.* *92.* *93.* *94.* *95.* *96.* *97.* *98.* *99.* *100.* *101.* *102.* *103.* *104.* *105.* *106.* *107.* *108.* *109.* *110.* *111.* *112.* *113.* *114.* *115.* *116.* *117.* *118.* *119.* *120.* *121.* *122.* *123.* *124.* *125.* *126.* *127.* *128.* *129.* *130.* *131.* *132.* *133.* *134.* *135.* *136.* *137.* *138.* *139.* *140.* *141.* *142.* *143.* *144.* *145.* *146.* *147.* *148.* *149.* *150.* *151.* *152.* *153.* *154.* *155.* *156.* *157.* *158.* *159.* *160.* *161.* *162.* *163.* *164.* *165.* *166.* *167.* *168.* *169.* *170.* *171.* *172.* *173.* *174.* *175.* *176.* *177.* *178.* *179.* *180.* *181.* *182.* *183.* *184.* *185.* *186.* *187.* *188.* *189.* *190.* *191.* *192.* *193.* *194.* *195.* *196.* *197.* *198.* *199.* *200.* *201.* *202.* *203.* *204.* *205.* *206.* *207.* *208.* *209.* *210.* *211.* *212.* *213.* *214.* *215.* *216.* *217.* *218.* *219.* *220.* *221.* *222.* *223.* *224.* *225.* *226.* *227.* *228.* *229.* *230.* *231.* *232.* *233.* *234.* *235.* *236.* *237.* *238.* *239.* *240.* *241.* *242.* *243.* *244.* *245.* *246.* *247.* *248.* *249.* *250.* *251.* *252.* *253.* *254.* *255.* *256.* *257.* *258.* *259.* *260.* *261.* *262.* *263.* *264.* *265.* *266.* *267.* *268.* *269.* *270.* *271.* *272.* *273.* *274.* *275.* *276.* *277.* *278.* *279.* *280.* *281.* *282.* *283.* *284.* *285.* *286.* *287.* *288.* *289.* *290.* *291.* *292.* *293.* *294.* *295.* *296.* *297.* *298.* *299.* *300.* *301.* *302.* *303.* *304.* *305.* *306.* *307.* *308.* *309.* *310.* *311.* *312.* *313.* *314.* *315.* *316.* *317.* *318.* *319.* *320.* *321.* *322.* *323.* *324.* *325.* *326.* *327.* *328.* *329.* *330.* *331.* *332.* *333.* *334.* *335.* *336.* *337.* *338.* *339.* *340.* *341.* *342.* *343.* *344.* *345.* *346.* *347.* *348.* *349.* *350.* *351.* *352.* *353.* *354.* *355.* *356.* *357.* *358.* *359.* *360.* *361.* *362.* *363.* *364.* *365.* *366.* *367.* *368.* *369.* *370.* *371.* *372.* *373.* *374.* *375.* *376.* *377.* *378.* *379.* *380.* *381.* *382.* *383.* *384.* *385.* *386.* *387.* *388.* *389.* *390.* *391.* *392.* *393.* *394.* *395.* *396.* *397.* *398.* *399.* *400.* *401.* *402.* *403.* *404.* *405.* *406.* *407.* *408.* *409.* *410.* *411.* *412.* *413.* *414.* *415.* *416.* *417.* *418.* *419.* *420.* *421.* *422.* *423.* *424.* *425.* *426.* *427.* *428.* *429.* *430.* *431.* *432.* *433.* *434.* *435.* *436.* *437.* *438.* *439.* *440.* *441.* *442.* *443.* *444.* *445.* *446.* *447.* *448.* *449.* *450.* *451.* *452.* *453.* *454.* *455.* *456.* *457.* *458.* *459.* *460.* *461.* *462.* *463.* *464.* *465.* *466.* *467.* *468.* *469.* *470.* *471.* *472.* *473.* *474.* *475.* *476.* *477.* *478.* *479.* *480.* *481.* *482.* *483.* *484.* *485.* *486.* *487.* *488.* *489.* *490.* *491.* *492.* *493.* *494.* *495.* *496.* *497.* *498.* *499.* *500.* *501.* *502.* *503.* *504.* *505.* *506.* *507.* *508.* *509.* *510.* *511.* *512.* *513.* *514.* *515.* *516.* *517.* *518.* *519.* *520.* *521.* *522.* *523.* *524.* *525.* *526.* *527.* *528.* *529.* *530.* *531.* *532.* *533.* *534.* *535.* *536.* *537.* *538.* *539.* *540.* *541.* *542.* *543.* *544.* *545.* *546.* *547.* *548.* *549.* *550.* *551.* *552.* *553.* *554.* *555.* *556.* *557.* *558.* *559.* *560.* *561.* *562.* *563.* *564.* *565.* *566.* *567.* *568.* *569.* *570.* *571.* *572.* *573.* *574.* *575.* *576.* *577.* *578.* *579.* *580.* *581.* *582.* *583.* *584.* *585.* *586.* *587.* *588.* *589.* *590.* *591.* *592.* *593.* *594.* *595.* *596.* *597.* *598.* *599.* *600.* *601.* *602.* *603.* *604.* *605.* *606.* *607.* *608.* *609.* *610.* *611.* *612.* *613.* *614.* *615.* *616.* *617.* *618.* *619.* *620.* *621.* *622.* *623.* *624.* *625.* *626.* *627.* *628.* *629.* *630.* *631.* *632.* *633.* *634.* *635.* *636.* *637.* *638.* *639.* *640.* *641.* *642.* *643.* *644.* *645.* *646.* *647.* *648.* *649.* *650.* *651.* *652.* *653.* *654.* *655.* *656.* *657.* *658.* *659.* *660.* *661.* *662.* *663.* *664.* *665.* *666.* *667.* *668.* *669.* *670.* *671.* *672.* *673.* *674.* *675.* *676.* *677.* *678.* *679.* *680.* *681.* *682.* *683.* *684.* *685.* *686.* *687.* *688.* *689.* *690.* *691.* *692.* *693.* *694.* *695.* *696.* *697.* *698.* *699.* *700.* *701.* *702.* *703.* *704.* *705.* *706.* *707.* *708.* *709.* *710.* *711.* *712.* *713.* *714.* *715.* *716.* *717.* *718.* *719.* *720.* *721.* *722.* *723.* *724.* *725.* *726.* *727.* *728.* *729.* *730.* *731.* *732.* *733.* *734.* *735.* *736.* *737.* *738.* *739.* *740.* *741.* *742.* *743.* *744.* *745.* *746.* *747.* *748.* *749.* *750.* *751.* *752.* *753.* *754.* *755.* *756.* *757.* *758.* *759.* *760.* *761.* *762.* *763.* *764.* *765.* *766.* *767.* *768.* *769.* *770.* *771.* *772.* *773.* *774.* *775.* *776.* *777.* *778.* *779.* *780.* *781.* *782.* *783.* *784.* *785.* *786.* *787.* *788.* *789.* *790.* *791.* *792.* *793.* *794.* *795.* *796.* *797.* *798.* *799.* *800.* *801.* *802.* *803.* *804.* *805.* *806.* *807.* *808.* *809.* *810.* *811.* *812.* *813.* *814.* *815.* *816.* *817.* *818.* *819.* *820.* *821.* *822.* *823.* *824.* *825.* *826.* *827.* *828.* *829.* *830.* *831.* *832.* *833.* *834.* *835.* *836.* *837.* *838.* *839.* *840.* *841.* *842.* *843.* *844.* *845.* *846.* *847.* *848.* *849.* *850.* *851.* *852.* *853.* *854.* *855.* *856.* *857.* *858.* *859.* *860.* *861.* *862.* *863.* *864.* *865.* *866.* *867.* *868.* *869.* *870.* *871.* *872.* *873.* *874.* *875.* *876.* *877.* *878.* *879.* *880.* *881.* *882.* *883.* *884.* *885.* *886.* *887.* *888.* *889.* *890.* *891.* *892.* *893.* *894.* *895.* *896.* *897.* *898.* *899.* *900.* *901.* *902.* *903.* *904.* *905.* *906.* *907.* *908.* *909.* *910.* *911.* *912.* *913.* *914.* *915.* *916.* *917.* *918.* *919.* *920.* *921.* *922.* *923.* *924.* *925.* *926.* *927.* *928.* *929.* *930.* *931.* *932.* *933.* *934.* *935.* *936.* *937.* *938.* *939.* *940.* *941.* *942.* *943.* *944.* *945.* *946.* *947.* *948.* *949.* *950.* *951.* *952.* *953.* *954.* *955.* *956.* *957.* *958.* *959.* *960.* *961.* *962.* *963.* *964.* *965.* *966.* *967.* *968.* *969.* *970.* *971.* *972.* *973.* *974.* *975.* *976.* *977.* *978.* *979.* *980.* *981.* *982.* *983.* *984.* *985.* *986.* *987.* *988.* *989.* *990.* *991.* *992.* *993.* *994.* *995.* *996.* *997.* *998.* *999.* *1000.*

Psal. 66. 1. *2.* *3.* *4.* *5.* *6.* *7.* *8.* *9.* *10.* *11.* *12.* *13.* *14.* *15.* *16.* *17.* *18.* *19.* *20.* *21.* *22.* *23.* *24.* *25.* *26.* *27.* *28.* *29.* *30.* *31.* *32.* *33.* *34.* *35.* *36.* *37.* *38.* *39.* *40.* *41.* *42.* *43.* *44.* *45.* *46.* *47.* *48.* *49.* *50.* *51.* *52.* *53.* *54.* *55.* *56.* *57.* *58.* *59.* *60.* *61.* *62.* *63.* *64.* *65.* *66.* *67.* *68.* *69.* *70.* *71.* *72.* *73.* *74.* *75.* *76.* *77.* *78.* *79.* *80.* *81.* *82.* *83.* *84.* *85.* *86.* *87.* *88.* *89.* *90.* *91.* *92.* *93.* *94.* *95.* *96.* *97.* *98.* *99.* *100.* *101.* *102.* *103.* *104.* *105.* *106.* *107.* *108.* *109.* *110.* *111.* *112.* *113.* *114.* *115.* *116.* *117.* *118.* *119.* *120.* *121.* *122.* *123.* *124.* *125.* *126.* *127.* *128.* *129.* *130.* *131.* *132.* *133.* *134.* *135.* *136.* *137.* *138.* *139.* *140.* *141.* *142.* *143.* *144.* *145.* *146.* *147.* *148.* *149.* *150.* *151.* *152.* *153.* *154.* *155.* *156.* *157.* *158.* *159.* *160.* *161.* *162.* *163.* *164.* *165.* *166.* *167.* *168.* *169.* *170.* *171.* *172.* *173.* *174.* *175.* *176.* *177.* *178.* *179.* *180.* *181.* *182.* *183.* *184.* *185.* *186.* *187.* *188.* *189.* *190.* *191.* *192.* *193.* *194.* *195.* *196.* *197.* *198.* *199.* *200.* *201.* *202.* *203.* *204.* *205.* *206.* *207.* *208.* *209.* *210.* *211.* *212.* *213.* *214.* *215.* *216.* *217.* *218.* *219.* *220.* *221.* *222.* *223.* *224.* *225.* *226.* *227.* *228.* *229.* *230.* *231.* *232.* *233.* *234.* *235.* *236.* *237.* *238.* *239.* *240.* *241.* *242.* *243.* *244.* *245.* *246.* *247.* *248.* *249.* *250.* *251.* *252.* *253.* *254.* *255.* *256.* *257.* *258.* *259.* *260.* *261.* *262.* *263.* *264.* *265.* *266.* *267.* *268.* *269.* *270.* *271.* *272.* *273.* *274.* *275.* *276.* *277.* *278.* *279.* *280.* *281.* *282.* *283.* *284.* *285.* *286.* *287.* *288.* *289.* *290.* *291.* *292.* *293.* *294.* *295.* *296.* *297.* *298.* *299.* *300.* *301.* *302.* *303.* *304.* *305.* *306.* *307.* *308.* *309.* *310.* *311.* *312.* *313.* *314.* *315.* *316.* *317.* *318.* *319.* *320.* <

non morietur; dux nobis proponuntur
 mortes duae iridem vitae; in corpore vide-
 licet, vt in Lazaro; & in animo, vt in Orbe
 toto, qui in primo homine declinauit à vi-
 ta in mortem; vt iam non sit homo in ani-
 mam viuentem, sed in corpore mortis, &
 subdito peccatis. Vtramq; mortem sustu-
 lit Saluator, qui est resurrectio & vita; v-
 tramque mortuis contulit, qui est vita, &
 ex vtraque glorificatus est Filius Dei. De
 prima iam & morte & vita, euidens est,
 quomodo clarificatus est Iesus; sic enim
 verè se Filium Dei esse declarauit; etiam
 inimici quoque eius conuicti sunt, vt non
 præterea possent eius miracula fuggillare,
 & dicere conati sint: *Hic homo multa signa
 facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in
 eum.*

20 At quonam modo generalis hominum
 moris, fuerit ad gloriam Dei ob restitutam
 vitam, Paulus innuit, dicens de Christo:
*Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq;
 ad mortem, mortem autem crucis. Propter
 quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi
 nomen, quod est supra omne nomen: vt in
 nomine Iesu omne genu flectatur: & omnis
 lingua confiteatur, quia Dominus Iesus
 Christus in gloria est Dei Patris.* Ecce glo-
 ria Dei, in qua est Filius ob extremam il-
 lam humiliationem suam vsq; ad mortem
 crucis, per quam omnes in Christo viuifi-
 cantur. Si tamen diligenter attendamus,
 non vnam radicem habet tanta gloria Chri-
 sti. Est quidem glorificatus, quia se humi-
 liauit; vt ait Apostolus. Verum & tantæ
 suæ humiliationis gloriosus fructus mirum
 in modum illum glorificauit. Magna est
 gloria Dei, quod populum suum eduxit in
 manu forti, & brachio extento. Cur sa-
 piens vocat Patres, viros gloriosos, nisi
 propter eximia opera quæ fecerunt? Vn-
 de & subdens. Multam gloriam fecit Do-
 minus magnificentia sua à sæculo: illorum
 virtutes in Deum refert; pro quibus mul-
 tam gloriam fecisse Deum insinuat. At
 quod opus huic operi, quo mortuis om-
 nibus data est vita, vel à longè potest con-
 ferri? Ergo ipsum opus per se gloriosum,
 operanti magnam affert gloriam. Honor
 enim sic debetur virtuti, vt ab ea villo pa-

cto non possit separari. Ac propterea ora-
 tio illa Domini Iesu, qua dicebat: *Pater, Ioan. 17. 3.
 venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius
 tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem
 omnis carnis; vt omne quod dedisti ei, det eis
 vitam æternam* Gloriam hanc potissimum
 postulabat, quæ virtutem comitatur: &
 per consequens ipsum opus virtutis, quæ
 illi coniuncta est, humiliter petebat. Onus
 (inquit) mihi imposuisti humanæ salutis.
 Misisti enim me, vt mundum saluum faci-
 am. Et hæc est potestas omnis carnis,
 quam dedisti mihi: & hoc pacto dedisti
 mihi omnia in manus. Non n. mihi hunc
 honorem assumpsi, vt mundi essem Salua-
 tor, sicut nec Pontifex. Sed tu me misisti.
 Nunc iam tandem aggressurus sum opus
 quod dedisti mihi, vt faciam. Ego verò nō
 possum a me facere quidquam, sed tu in
 me manens facis opera; ex quibus glorifi-
 cor. Non ergo glorifico ego me ipsum.
 Quia à me ipso facio nihil, alioqui gloria
 mea nihil est. Tu ergo Pater clarifica Fi-
 lium, in illo faciens opus, quod illi præce-
 pisti, nempe vt omne quod dedisti ei, det
 eis vitam æternam. Optima huius rei fi-
 gura apparet in Lazari suscitatione. Cer-
 tum est, teste ipsa Veritate, quod sicut Pa-
 ter resuscitat mortuos, & viuificat, ita &
 Filius quos vult viuificat. Neque enim Pa-
 ter sine Filio viuificat quemquam. Et ta-
 men Filius suscitaturus Lazarum, rogauit
 Patrem. Audis enim Filium: *Pater gra-
 tias ago tibi, quoniam audisti me. Ego au-
 tem siciebam, quia semper me audis, sed pro-
 pter populum qui circumstat dixi, vt credat,
 quia tu me misisti* Rogauit ergo, & voluit
 sciri, quod rogasset. Quid rogauit? Vt sua
 virtute adesset suscitanti, vt opus faceret
 ipse Pater in Filio. Hoc verò opere glori-
 ficatus est Filius. *Vt glorificetur* (inquit) *Fi-
 lius per eam* Qui ergo facit opus istud, hic
 glorificat Filium. Ecce quomodo Pater
 honorificat Filium, illi videlicet assilens
 sua virtute in operibus gloriosis. Et eo po-
 tissimum, quo mundo dedit vitam æternā.
 Hoc autem præstitit Deus per mortem Fi-
 lii sui. Ea enim est charitas Patris, de qua
 scribit Apostolus: *Commendat charitatem
 suam Deus in nobis; quoniam cum adhuc
 peccato-*

Ioan. 14. 10.
Ioan. 8. 18.
Ioan. 5. 21.
Rom. 5. 6.

peccatores essemus. Christus pro nobis mortuus est. Ergo quod Christus mortuus sit, charitas est Dei Patris; qui cum mortui essemus in peccatis nostris, viuificauit nos in Christo. Hæc autem summa est gloria Christi, vt quos vult viuificet, vt omne quod dedit ei Pater; det eis vitam æternam, quod faciens glorificatus est Filius Dei. Ergo ista est gloria, quam petit, dicens: *Pater veni hora, clarifica Filium tuum.* Ergo gloria Christi est, quod patitur, quod ligetur, quod flagelleretur, quod illudatur, quod crucifigatur. Quid putas, prædixit Iſaias? *Et erit sepulchrum eius gl. riosum.* Completa mors declaratur in monumento, quia mortuus est, & sepultus. Sepulchrum itaq; gloriosum, quia complementum est gloriosissimi operis, quo Christus moriendo de morte triumphauit. Sic enim destruxit mortem, illuminauit autem vitam.

21 Duabus igitur rationibus glorificatus est Iesus, vt author vitæ, dans videlicet vitam mundo. Altera quidem in opere virtutis, quod excellentissimè perfecit, vt in illius sine veraciter posset dicere. *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

buit, habes humilitatem. Altera autem ratione glorificatus est, quia resurrexit à mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris, quod demum est spiritus datus, quia Iesus est glorificatus: qui spiritus glorificauit Iesum, vt prædixerat Dominus discipulis: *Ille me clarificabit.* Ille enim testimonium perhibuit, quod Iesus est Filius Dei, Princeps Regum terræ, iudex à Deo constitutus viuorum & mortuorum, cuius Regni non erit finis, qui pro ouibus suis animam suam posuit, & cognoscit eas, & dat eis vitam æternam, & non peribunt in æternum, quia non rapiet eas quisquam de manu eius. Sic vtroque modo Deus Pater glorificauit Filium suum Iesum.

Gloriam quidem præcedit humilitas. Verum & ipsa in se humilitas gloriosa res est. Alioqui quomodo Deum glorificaret si in se esset contemptibilis? Et tamen scriptum est. Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Qui ergo Deum honorat honorabilis est. Vnde insensati sunt, qui humilium vitam æstimant sine honore. Attende ergo quod non sine causa Sapiens de vestimentis sacris agens, gloriam coniungit cum virtute. *Et gloria honoris* (inquit) *est opus virtutis.* Sic vocat coronam auream, & laminam, in qua scriptum erat nomen Dei, quam summus Pontifex ferebat in fronte. Vbi enim Deum proponimus ante conspectum nostrum, incedentes in omnibus mandatis eius sine querela, quia hoc est opus virtutis, est & gloria honoris.

Nos igitur, vt in omnibus honorificetur Dominus Iesus, attendamus, quam vilis factus sit, & respiciamus humilitatem eius, in qua illi magna fecit Omnipotens. Memores quod admirans Propheta gloriam eius, querit. *Quis est iste, qui venit de Edom, in cinis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sua.* Audit responsum. *Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* Quam salutem se operatum ostendit in passione, vbi sanguis peccatorum aspersus est super vestimenta sua. Tunc enim locutus est iustitiam, quia

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

21 *Consummatum est.* Ad quem finem respiciens, ait: *Opus consummaui, quod dediti mihi vt faciam.* Si enim nobis quoq; gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iacet obedientiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrū.* Aurium erectio ad audiendū, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnus diei in obedientia inchoatum est. Phrasim verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem:* gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vnde subdit: *Dominus Deus aperuit mihi aurem: Ego aurem non contradico: retrorsum non abii.* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris ni-

quia facta virtutem operum suorum annuntiauit populo suo; implens omnem iustitiam, & perficiens opus Dei; in omnibus obediens. Tunc propugnauit ad saluandum, quia ipse iustus iustificauit multos, vniuersos videlicet doctos à Deo. Ita formosum vidit, quia iustum vidit plenum gratiæ & veritatis, repletum fructu iustitiæ. Fortem vidit, quia vicit fortem, fortior ipse, & eripiens nos de potestate tenebrarum. Sic & alius Propheta: *Speciosus forma præ filiis hominum: Accingere gladio tuo super femur tuum, Potentissime. Tunc autem formosus, quando fortis; & tunc fortis, quando formosus: quia specie & pulchritudine sua intendit, prospere profecit, & regnauit. Vides ergo in bello victorem, in opere gloriosum, in sanguine saluantem, in cruce turpissimè eleuatam & honoratam, quia propter iustitiam suam deduxit eum mirabiliter dextera sua. Mirabiliter (inquam) quia mirabile est, vt gloriam non tam præcedat humilitas, quam associet, imò quod habeat, eiusque ipsius splendoribus rutillet, vt concupiscat Rex altissimus decorem suum: respicit enim humilitatem ancillæ suæ. Audis admirantem? *Quis sicut Deus noster, qui in altis habitabat, & humilia respicit in caelo & in terra?* *Ad quem respiciam (ait ipse) nisi ad pauperem, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? O humilitatem. Martha dedit verba Dominus Iesus. At quando Maria cecidit ad pedes eius, & vidit eam plorantem, & Iudeos qui venerant cum ea plorantes, non verbis respondit sed factis: tum infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit. Vbi posuisti eum? ò mirabilem humilitatis virtutem!**

24 Hanc vt imitemur, eam in passione Domini contemplerur, non vt rem humilem, sed sublimem, excelsum, gloriosam. Vides humilem Iesum lauante pedes discipulorum. Sed audi Euangelistam. Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit a cœna, & ponit vestimenta sua, & cepit lauare pedes discipulorum suorum. Hæc quidem cogitauit, ne putares inficium oblitum dignitatis suæ, sic se humili-

liasse. Sed munus sibi à Deo iniunctum attendens, vt illud exequeretur, lauit pedes humilium. At munus illud excelsum erat. Quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Ergo opus illud eximium est. Vide humilem Iesum procidentem in faciem suam, in horrore orantem, vt transiret ab eo hora Passionis. At quanta gloria, vincere resistentem carnem? propriæ voluntati renuntiare? totum se diuina tradere voluntati? Audi gloriantem Deum. *Seruus meus es tu Israel, Isai. 49. 3. quia in te glorior.* Magna est gloria Domini, habere seruum, qui in omnibus pareat, & dicat semper: *Non mea voluntas, Luc. 22. 42 sed tua fiat.* Nam vir obediens loquetur victoriam. Vide humilem Iesum stantem in concilio Iudeorum, tanquam mutum non aperientem os suum, & non habentem in ore suo redargutionem, contra inanes argutias sibi insidiantium. At tandem tunc meminit gloriæ suæ: *Videbitis filium hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus caeli.* Mea hæc humilitas non aufert à me dignitatem meam, imò sibi valde coherent, apparebit enim signum filii hominis, & videbit me omnis oculus, etiam in eo, quod pupugerunt me. Vide humilem Iesum accusatum, calumniatum, blasphematum. At in tot iniuriis, conuictis, increpationibus, & iniquis imputationibus sic splendet innocentia sua, vt vndique audiatur: *Peccauit tradens sanguinem iustum. Nihil tibi & iusto illi. Inno. 19. cens ego sum à sanguine iusti huius. Verè hic homo iustus erat. Et tamen portauit iniquitatem omnium nostrum, dicens intrà semetipsum: Dominus Deus auxiliator meus. Isai. 50. 7. Et ideo non sum confusus. Ego enim in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor.* Vide humilem Iesum traditum voluntati inimicorum suorum, ductum vt crucifigeretur, atque in ligno pendente, atq; ita inglorium inter filios hominum. Sed quid ait? *Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde: & sic obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Iste asperget gentes multas. Super ipsum contine-*

bunt Reges os suum. Intellectus inquam non ignarus gloriae crucis. Eodem verbo, & quod apparebat exterius, pronuntiavit, & quod latebat interius. *Et ego (inquit) si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Exaltatus quidem, quia eleuatus in cruce, sed nihilominus exaltans, quia maledictione in benedictione conuertit.

Joan. 12. 32. *Exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Exaltatus quidem, quia eleuatus in cruce, sed nihilominus exaltans, quia maledictione in benedictione conuertit.

Deut. 21. 25. *Maledictus (decernebat Lex) omnis, qui pendet in ligno.* Sed idem factus est ipse pro nobis maledictus, ut in gentibus benedictio Abrahae fieret in Christo Iesu. Quid nunc Cruce gloriosius, qua benedictio omnis perficitur? Quando verò hanc gloriam adeptus est Crux, nisi quando Iesus Dominus noster in Cruce pependit: & lex in eum inuicta est dicens: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno?* Si sua hac maledictione tantam illi contulit benedictionem & gloriam, quantum in parte videmus & credimus: Ergò mors illa turpissima adeò gloriosa fuit, ut non satis potuerit Aaron & eius successores, sacris suis vestibus gloriae illam praefigurare. Sacrificio quidem & oblatione singulari, obumbrabat clarum atq; illustrissimum Crucis sacrificium, cuius, ut aliquatenus gloriam per umbram delinearet, stola gloriae indutus est, iisque ornamentis, quae dici possent desideria oculorum ornata. Et verum sit, quod illis ait Sapiens: *Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia, v. q. ad originem. Non est indutus illis alienigena aliquis.* O decorem! O gloriam! O pulchritudinem mortis illius turpissima: non quae postea subsecuta sit duntaxat, sed quae tunc verè extabat, & splendebat ante oculos Domini! Non videbat illam oculus insipientium, quia nullus in templo stare poterat, quando Pontifex Sanctuarium introibat. Patens erat gloria haec in oculis Domini. Vnde & ipse Iesus iam dixerat in Propheta: *Glorificatus sum in oculis Domini.*

Isai. 49. 25. *Quid igitur timemus sequi Dominum tollentes Crucem nostram? Quid erubescimus, quasi de re turpi, & contemptui habita? Audiamus Principem Apostolorum:*

1. Pet. 4. 14. *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriae, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super nos*

requiescit. Nemo vestram patietur, ut homicida, aut fur, aut maledictus, &c. Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto homine. Talis est erubescit, ut qui eam hilariter fert, Deum glorificet. Haud secus ergò, quod est honoris & gloriae, requiescet super illum. Ergò, qui obicit disciplinam, despiciat animam suam. Heus tu, qui gloriaris in malicia, qui exaltas stultitiam tuam, qui in magnis ambulat & in mirabilibus, secundum existimationem tuam; intellige quod dixit Sapiens: *Qui abiicit disciplinam, despiciat animam suam,* se ipsum contemnit, deprimat, confundit, gloriam profusus abiicit, & in extremam se deicit vilitatem, etiam cum gloriam tenere arbitratur. Verum enim est proverbium hoc: *Gloriam sapientes possidebunt, imbecilli exaltatio stultorum, ignominia.*

Igitur ad Crucem conuertamur, dicentes cum Apostolo: *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, ut nunc gloriosus in humilitate, & virtute, plenam gloriam in caelesti mercede tandem possideamus, ubi gloriemur in laude Dei, cui sit semper gloria. Amen.*

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

In morte Lazari figuratur mors spiritualis totius generis humani. Quam difficile hanc mortis sententiam reuocare, rigore seruato diuina Iustitia. Causas edisserit & doctè. Cum Christo mori tenemur, & huius rei firmas afferuntur rationes. In Morali, contra eos qui stercora, loco Christi amplectantur.

VERBA illa, quae ad discipulos suos tunc dixit sanctus Thomas Apostolus, cum voluit Dominus ire in Iudaeam ad Lazarum resuscitandum, nempe: *Eamus & nos, & moriamur cum eo: eorum excitant mentes, qui verè discipuli sunt Christi, ad comitandum ipsum Dominum euntem*

euntem ad mortem, vt det omnibus vitam. Si enim discipuli sumus, discere illa maximè debemus, quorum factus est magister noster Et ea sunt, de quibus dicebat
 Mat 11 29 aliquandò: *Disce à me, quia mitis sum, & Mat 10 24 humilis corde Non est discipulus super ma-*
 Jan 15 20 *gistrum. Si pater familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Nimirum voluit, in Cruce portanda potissimum nos illum sequi atq; imitari: in quo stat perfectio magisterij eius, & nostri discipulatus. Hæc enim doctrina noua est, quam nobis attulit de cælo, quia iterum reditur ad cælum. Hanc igitur vt discamus, diligenter consideremus.

2 Vt cum eo moriamur, mors necesse est interueniat, & ipsius & nostra. Cum autem dicitur: *Moriamur cum eo.* Videtur maximè mors eius, causa esse mortis nostræ. Ideo enim morimur non absolute, vt moriamur, sed vt *moriamur cum eo.* Merito itaque, & cur ipse mortuus sit, quaerendum nobis est. Apparet autem causa hæc manifestè, dum se in Iudæam fateretur proficisci, vt mortuum Lazarum reuocet ad vitam. Nam verè ista resurrectio contra illum mouet Iudæos, qui ideò cogitauerunt interficere illum. Vt igitur mortui resurgant, viuus ipse mortis tradit; & nos ob id morimur, vt illum imitemur, quod si fecerimus, cum mors eius sit vita nostra, si mortui fuerimus, credimus, quod cū illo pariter viuemus. Causa mortis igitur Christi, est vita nostra, nostræ etiã imitatio eius, quia vitam ipsam consequimur. Vtramq; igitur hanc causam attendamus. Et primum illam, propter quam mortuus est Christus. Hæc vt appareret, quaerentibus Iudæis illum lapidare, recessit ipse de Iudæa, vt dum reuenteretur, finis illius atq; intentio omnibus patens esset, quod huius reuersionis causa mors esset Lazari, vt illum viuificaret. Magnum certè opus istud, quod discipuli paruum putantes, dicunt: *Si dormit, saluus erit;* Martha verò difficile, dicens: *Domine iam factus quatuoriduanus est et iam*

3 Et quoniam verè magnum est, nos illius difficultatem consideremus. Opus quippe arduum nimis est & maximum, mortis a-

mouere sententiam, qua totus orbis morti erat addictus ex inobedientia: Quæ sententia iam erat mandata executioni, atq; ita ratificata: & maximè, quod istius sententia irritatio, ex iustitia erat perficienda, vt homo dånatus ad mortem, ad vitam ex iustitia reuocaretur. Pondera tantu operis arduitate: Tot homines mortui, nempe vniuersi, ex diuina atque ideò iusta sententia, damnati ad mortem; Sub illa iam damnationis sententia existentes, à morte illa, seruato rigore iustitiæ, reuocari; heu quam ardua sunt hæc? Magna sententia atque seuerà, quod omnes numerati de populo, videlicet sexcenta millia, morerentur in deserto; quæ reuocata nõ fuit. Sic Moyses ex Dei decreto prohibitus, nõ in terram ingrederetur, nõ potuit precibus irritum illud facere. Sic Dauid filium ex adulterio, lacrymis in vita retinere non valuit. At sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. At homines imperiti hanc tantã non pendunt difficultatem, nescientes quam graue malum sit peccatum, molesta & perniciofa mors. Sed stulti, ac imprudentes habent pro nihilo: *quasi per risum stultus operatur scelus.* Tot circumstantias Christus in Lazaro resuscitando adhibuit, vt intelligeremus rei arduitate. Si sciuissent ciues Sodomorum, quã magnum illis immineret malum, non irrisissent Loth. Horrendũ nonne visum est diluuium? & ridebant tamen tunc homines. O si viderent, quod nihil fuit diluuiũ ad tantam mortalium stragem, ad tanta mala huius vitæ, & ad vltimus sempiterna damnatorum, õ quã expauescerent! Martha de Lazaro dicebat: *Iam factus est.* O factorem nimium ex carne corrupta, imò ex cadaueribus infinitis. Et quis de tantis malis eripiet? De homicida dicit Salomon, quod si voluerit vindictam effugere, nemo adiuuabit. Hominem, qui calumniatur animæ sanguinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Calumniam facit sanguini, in quo est anima, qui iniuste illũ effundit. Hic si etiam vsque ad foueam fugerit, in qua lateat & protegatur, nemo tuebitur illum. *Omnes enim, qui acceperint Mat 26 52 gladium, gladio peribunt;* dicit Dominus.

Nu 14. 23.
 & 26. 65.
 Nu 20. 12.
 2. Re. 12. 16
 1. Cor. 15.

Pro. 10. 27.

Gen. 19. 9.

Gen. 7. 5.

Pro 28. 17.

Mat 26. 52

Ostenditur, illum ita mereri; & quod sapè contingit. Heu quis tot homicidas saluabit, qui sibi ipsis necem intulerunt? Si omnes mortui sunt, si omnes se interemerunt, quis illos viuificabit? Nunquid, qui viuentes se morti tradiderunt, mortui se ipsos ad vitam reuocabunt? Nunquid erat assumpta ex mortuis vita?

4 Solus, qui dat omnibus vitam & inspirationem, ipse perditam potest restaurare? ita quod sicut est vita, sit & resurrectio: *Ego sum* (inquit) *resurrectio & vita*. Qui mortis tulit sententiam, idem ipse potest eandem reuocare. *Deus, qui iustificat, quis est qui condemnet?* Sed quòd gratiam impertiret, magnum non videbatur antè Omnipotentem, cuius est facies plena gratiarum. Quod id fiat per iustitiam, hoc opus, hic labor est.

Rom. 8. 33.

5 Ista iustitia in tribus apparet. Primò, quia vnus, cuius vita & misericordia melior est super vitas omnium, pro omnibus mortu⁹ est. Huius vita primū innocens est, vt morti ipsa per se obnoxia non sit. Secūdo sancta est, vt Deo sit accepta, & pretiosa in conspectu eius plusquam vniuersorum vitæ; imò illas indignatus sumit ab eis inuitis; istam sibi ex charitate oblatam miseratus acceptat. Tertiò: Diuina est, quoniã qui moritur, verè est Deus: qui vt mori posset, factus est homo: ac propterea ista plus valet, quam hominum omnium, etiamsi essent infiniti; quoniã infiniti valoris est. Quartò: Apposita est, quæ pro aliis offeratur; & hoc quia propter hoc maxime assumpta est, vt redimeret Israël ex omnibus iniquitatibus eius, totumq; mūdum viuificaret, eiusmodi illi collatæ sunt conditiones atq; dispositiones, quibus nil aptius inueniretur ad saluandos homines, eòsque de morte redimendos. Quarum præter ea, quæ dicta sunt; hæc duæ sunt specialissimæ, charitas & obedientia: in homines charitas, in Deum obedientia. Cur non acceptaret Deus cōpensationem, ne dum plenam, verum & super effluentē pro his, qui mortui sunt in peccato suo? Quid postulas Domine Deus?

Pœnam sumere de tuis inimicis, qui te offenderunt? Dignum & iustum est: Pœ-

na ista mors est omnium: mortem sume, quæ omnibus illis pretiosior est: quam qui illa fruatur, voluntarè sacrificat tibi. Num huius charitatem fraudabis à desiderio suo, vt nō impleat, quod exoptat: vt non quod valet, efficiat? An non erit gratū tibi, & valde gratum, vt inter opera tua hoc eximium reperiat, quòd quis pro inimicis mortuus sit? quòd pro impiis exhibuerit Sanctus vitam suam in sanctitate & iustitia? Mitto hominū salutem, ipsum in se opus charitatis considero; quòd veluti vinculum perfectionis, tibi totam compaginat molem vniuersæ creaturæ; cuius summus apex est amoris actus iste, sublimissimum quid inter & super omnia opera manū tuarum. An fortè obstat huic acceptioni; quòd obedientia, quam fregit homo, restaurata non sit? Opus istud charitatis proculdubid nō æquiualemter modo, sed eminenter defectum in obedientiæ supplet, implet, superimplet. Verum si obedientiam quoque propriè exigit, & expresse exigitur, vt pro inobediētia illa impendatur obedientia, quæ illam compenset inobediētiā; hoc quoque in manu tua Domine firum est, & congruentissimū est, quòd fiat, vt vnde quaque perfectæ sunt opera tua. Si legislator es, num legem condēs, in qua sumorum omnium præceptorum, non sit absoluta consummataque eminentia? Præcipe ergo, vt vnus moriatur homo pro populo: & ecce vir obediens, vt que ad mortem etiam Crucis; cuius tu aures aperuisti, vt diceret: *Retrorsum nō abis, non contradico: Illamque aurem perfecisti, Iamque quam plasmaui dextera tua*. Itaque quòd facere disposuit ex charitate nostra, id quòd que ex obedientia tua compleuit. Ita ergò ratione iustitiæ de morte salui facti sumus omnes per mortem æquiualemtem, quin præponderantem omnium mortibus, quæ potuit pro aliis offerri; cum ex innocentia esset in debita: digna fuit acceptione, cum esset sancta: infiniti valoris fuit, eò quòd Diuina esset. Eriure meritò pro illa fieri debuit compensatio, quandoquidem in illius oblatione, summa fulgeret charitas, summa vigeret obedientia. Heu quid te perdis homo, tanto redemptus pretio?

7. Secundò patet iusticia in hoc opere, quoniam quod Deo subtractum fuerat, id totum illi plenè restituitur. Duo vero maxime illi fuerat subtracta. Primum est gloria sua: Secundum electorum suorum determinata multitudo: in quibus ipsa Dei splenderet gloria. Ipsi Divina gloria in eo detracta est, quòd debita non est suæ Maiestatì exhibita veritas, humilitas, charitas. Incredula fuit mulier Dei verbo, qui dixerat: *Morte moriemini*: Ex qua incredulitate cetera processerunt peccata etiam viri; qui tamen non fuit seductus, ut dicenti: *nequaquam moriemini*: ipse non crederet, incredulè tamè obsequens vxori, quòd modò induit & ipse incredulitatem, quam propterea sapiunt vniuersa peccata, quorù illa fuit princeps scaturigo. Porro fides in Adam a mentis se consideratione retraxit, ut dum aurè vxoris præbet verbis, non eam intentam Diuino teneat eloquio. Quo factum est, ut tactus fidei tunc non interesset; propter quam absentiam, contrarium fidei, perpetratum est peccatù. Ergò veritas de terra eiecta est. Proprium ipsius Adam peccatum, fuit irreuerentia, qui cù cognouisset Deum, non sicut Deum glorificauit; præceptum noscens, illud vilificauit; & mulierì, quam deceptam cognouit, magis obsecutus est, quam Deo, qui decipi nequaquam poterat. Vterq; autem Bonitati fuit ingratus, illiusq; eiusdè factus est indignus, bonum neq; iam acceptum attendeas, neq; expectatum.

8. Ecce quomodò totus Orbis terrarum, in patre suo atq; principio Adamo, Deum inhonorauit. Vnde factum est, quòd vbi ex Dei consilio, gloria Domini repleta est terra, Deo improperantium infinita multitudo dispersa est super omnè terram, & peruenit vsq; in fines Orbis vniuersi. Sed Ita as de Christo, ut restatur Ioannes, prædicens, dicit: *Vidi Dominum, sedentè super solium excelsum, & eleuatum: Et Seraphim clamabant alter ad alterum: SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS DEVS SABBATH; plena est omnis terra gloria eius.* Dominus sedens super solium, Christus est sedens ad dexterà Dei Patris in gloria eius, cuius obsequio, & ex-

ercitus angelorum laudant in cœlis, & animalia, id est Principes terræ dant gloriam ipsi Deo, dicentes & ipsi: *SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS, DEVS OMNIPOTENS, qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Vbi certus ex Ioanne, quòd de Christo loquitur Propheta, vides Seraphim trifragio laudantes; vides nihilominus in Ioanne animalia dicentia: *SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS DEVS OMNIPOTENS.* Cum autem per animalia intelligantur omnia Regna mundi, quid, illa semper Deum laudare æquè atq; Seraphim, aliud est, quam id impleri, qd post trifragium dicitur Angelorum: *Plena est omnis terra gloria eius?* Ergò per Christum, cœli & terra laudabant Deum. Et si per ipsum omnis terra repleta est gloria Domini, totum quod erat gloria Omnipotentis ablatum, plenè est restitutum, quin & abundanter.

An non plus Filius Dei honorauit solus ipse Patrè suum, quam inhonorauerit, omnis homo? Si magna potentia Dei solius, (ut ait Sapiens) ab humilibus honoratur, (ut ait Sapiens) ab humilibus honoratur, quantus honor illi exhibitus est ab eo, qui cum in forma Dei esset, formã serui accipiens, humiliavit semetipsum vsq; ad inferiores partes terræ, factus nouissimus virorum, & minor in Regno cœlorù: Si incredulitate, irreuerentia, ingratitude hominù obscurata est gloria Dei, cõsequens est, ut Filius Dei notitia, humilitate, charitate restauret domum Dei, quæ est locus gloria eius. *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrè, & animã meam pono pro ouibus meis.* Hoc addidit ad notitiã, ut intelligeres de notitia illum loqui, quæ est efficax, & operas opus æquale cognitioni, de qua loquitur, ut oppositum compleat infidelitatis Eux & inobedientiæ Adami. Alioqui cur Deus Pater Filium exaltauit, & dedit illi nomen, qd est super omne nomẽ, nisi quia Filius Patrem honorificauit. Stat. n. Dei aperta sententia: *Quicumq; glorificauerit me, glorificabo eum.* Igitur huic damno plenè satisfactù est. Rectè itaq; infirmitas illa, fuit pro gloria Dei: rectè, qui vidit mortis occasum, vidit gloriam Dei.

10. Perdiderat Deus homines, quos sibi creauerat, qui peccantes, facti fuerant filij perditionis, & serui principis huius mundi, positi sub potestate tenebrarum. Num

Mat. 17. 11.

Heb. 2. 10.

Elias restitueret omnia, non autem Christus, qui portat omnia verbo virtutis suae? Audiscribentem Apostolum: *Decebat enim eum, propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.* Quid istum decebat per passionem consummare? filios nimirum, quos decreto iam suo atque praeordinatione, in gloriam adduxerat, nempe electos: cum enim eorum saluator esset institutus, ut verè esset auctor salutis eorum, decuit illum, hanc eorum salutem perficere & consummare; quae, facti perfecti, iam re ipsa in gloriam adducerentur, quae plena est consummatio. Et hoc decuit ipsum perficere per passionem. Vt enim ipsi salui essent, & in gloriam adducerentur, concidere saccum oportuit, expoliantes veterem hominem, & circum dari letitia, nouum hominem induentes, ut ita fierent noua creatura.

11.

At quomodo indumentum istud gloriae induentur, nisi qui alio induti sunt, expolient se? Ecce iste, qui decorem indutus est & fortitudinem, propter quam omnia ob decorem gloriae, & per quem omnia ob virtutis fortitudinem, exinanuit semetipsum, deponens vestimenta gloriae suae; adeo ut nudus in cruce, omnibus ostenderet confusionem nuditatis suae. Neque solum vestimenta deposuit, sed semetipsum exinanuit, formam aliam accipiens; ut non solum induamini arma lucis, & stolam candidam, sed induamini ipsum Dominum nostrum Iesum Christum. Hoc igitur Dominus Iesus excellentissime ut praestaret, id voluit passione, in qua diuiserunt sibi vestimenta sua, & illum deuoraturi circumdederunt eum, ut canes multi. Consummatus ergo per passionem, ut vnusquisque perfectus sit homo Dei, non vltra diaboli; filius Dei, qui erant dispersi, adduxit in gloriam, ascendens in altum, & captiuiam ducens captiuitatem, vbi praecur-

Matth. 27. 35 & Psal. 21. 19.

Ex. 4. 8. & Psal. 87. 19

for pro nobis introiuit Iesus, ut praepararet nobis locum, quo parato iterum veniret, & acciperet nos ad seipsum, ut vbi est ipse, & nos simus, gloriam Dei specularantes. Restituit ergo Filius Patris omnes electos suos, & nemo ex eis perierit: Nam filius perditionis, qui exiit a nobis, non erat ex nobis. Sic & ceteri omnes, qui ambulant per latam portam & spatiosam viam, quae ducit ad perditionem. Viget ergo iustitia.

Tertio tandem apparet iustitiam postulatione, de qua Ioannes: *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me.* Ego autem sciebam, quoniam semper me audis. Petitio quidem innititur misericordiae, sed illi, quae ab hominibus funditur: At ille, cuius, quae Patris sunt, omnia sunt, cum nihil, nisi quod suum est petat, per iustitiam debet exaudiri. *Quoniam sicut Pater quos vult, viuificat; ita & Filius, quos vult, viuificat.* Quod si petit & dicit: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* hoc humilitatis est, in quo etiam satis iustitiae fit superabundanter. Vt quid enim petere quod suum est; quod est in potestate & in voluntate eius? quos enim vult, viuificat. Esto, quod Pater id dedit, ait enim: *Sicut Pater habet vitam in se, sic dedit & Filio, vitam habere in se.* Sic tamen dedit, ut non minus Filij illa sint, quam sunt Patris, & hoc ex natura ipsa diuinitatis. Sed adde, quod dictum est, verum est de Christo, quae Deus est; sed ipse etiam, quae homo est, omnia illa sunt. Nam etsi gratia sit, quod Deus factus est homo: ex quo tamen homo iste Deus est, diuina omnia sua sunt, non per gratiam, sed per naturam. Verum vnde unquam id sit, sic sua sunt, & in eo sunt, ut postulare opus sit, ut habeantur ab ipso, & possint cuiuslibet condonari. Adde praeterea: Bona ista omnia, non corruptibilibus auro & argento emit, sed pretio magno, nempe pretiosa morte & sanguine suo. Nam etiam filij hereditas, id est haeredes Domini merces fructus ventris sunt; merces (inquam) illius, qui non tantum ex utero patris ante luciferum genitus est, sed etiam fructus est ventris Virginis, & filius

& filius hominis. Passus enim vt homo, emit & redemit Orbem terrarum. Vide ergo quantum in sua hac peritione splendeat iustitia: quandoquidem quod suum est, non vnâ aut alterâ ratione, sed pluribus, humiliter tamen postulat.

Exhorta-
m.

13. O perfectam salutem! ô plenam vitam, quæ nobis per Christum communicatur! Reus tantam voluit, tam magnis multisq; rationibus, nobis & obtinere & concedere & largiri; vt eam & auidius expeteremus, & instantius pereremus, & lætantius acciperemus, & diligentius custodiremus; Heu cur tantum bonum negligis homo? Cur tot Domini tui labores nihili pendis? Cur tanto exemplo non prouocaris? Cur non & tu de proximo tuo sollicitus es? Sorores vide quid faciant: annuntiant, occurrunt, plorant. Turbæ vide quid faciant? Multi ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Tulerunt lapidem, soluerunt Lazarum. Discite ab his qui facere habeatis. Discite à Christo misericordiam facere, qui vt misericordiam condonaret, iustitiam custodiuit. Rex iustus eriget terram, vir auarus destruet eam. Vide Regem iustum Dominum Iesum, qui iustitia erexit terram, suscitans de terra mortuum, genus humanum omne: qui in puluere iacentes erexit à terra, euexit ad cælos, adduxit in gloriam, conduxit ad Deum. Sed tu auarus illum destruis, malorum omnium author es, sicut radix omnium malorum est cupiditas.

Pro. 19 4.

1. Tim. 6.
10.

SECVNDA PARS.

14. Causam modò considerare mus, cur nobis cum Deo moriendum sit, nempè vitium imitantes, vitam consequamur. Neq; enim aliter vitam possumus induere, nisi mortem exuamus: neque Christum, nisi nos primò moriamur cum illo, & mori cum eo, est eius morti associari. Quod duabus de causis nobis præstandum est, ex honestate videlicet, & utilitate: Illud, vt imitemur eum; hoc vtilius salutem & vitam verè excipiamus. Thomas nè vnquam à Christo disungeretur, voluit cum moriente mori, magis quam

viuens à moriente separari. Sic iactat ar & Petrus: *Tecum paratus sum, & in Luc. 22. 33. carcerem, & in mortem ire: Quod verè tandem & excellenter, re ipsa præstiterunt.* Istud & nos facere admonemur, vt non verba illa sonent modò? *Eamus & nos, & moriamur cum illo.* Sed opera ipsa clament, nos veros Christi, ipsiusq; Crucifixi, sectatores esse. Ad quod inuitat nos, cælum & terra, quin creatura magis vniuersa, simulque Creator. Sed nunc fati: Sint tres Rationes.

Prima est, quòd Christus mortis periculum in primis, postmodum verò & supplicium non pro se, sed pro nobis subiit. Dixit prius: *Eamus in Iudæam iterum.* Poterat ab aliquo cogitari, quòd in Iudæam inueniret còmodum aliquod suum: Hoc vt excluderet subiicit: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum.* Sic declarans, quòd propter alterius utilitatem, qui amicus esset, se dat in periculum. Quam utilitatem, quia non necessaria videbatur, explicat tertio dicens: *Lazarus mortuus est, sed eamus ad eum.* Tacet amicitiam, & resurrectionem: quia de his iam dixerat: *Amicus noster, vt à somno excitem eum:* & nè suum opus iactare videretur, antequam faceret. Ex quibus fit euidentissimum, & laborem itineris suscepisse, & periculum subisse, & mortem ipsam tandem obisse; Totum propter nos. Si ergo, propter nos & propter nostram salutem, pertulit ista omnia, quis nostrum hanc detrectabit imitationem? Quis Christum sequi repudiabit? Quis vel modicum abhorrebit ab hac sequela? Quando Abimelech militibus suis dicebat: *Quod me videris facere, cito facite:* non eorum gratia quidquam operabatur, sed suimet, & iidem ipsi illius, non suam intendebant utilitatem. At Christus quidquid fecit, pro nobis fecit; & quòd nos ad eius imitationem facere iubemur, id totum in nostrum cedit emolumentum nostramq; salutem. Hanc ob causam Salomon in gaudium patris, filii Sapienciam refert: Stultitiam verò ac vitium, in ipsius filij dispendium. *Vir, qui à Pro. 29. 7. mas Sapienciã, latificat patrem suum: Qui autem*

Iudis 9 48

Pro. 29. 7.

autem nutrit scorta pedes substantiam Pater enim bonum quaerit filij, ac propterea in eius emolumento iustificatur. Ita Christus, vt vetus Pater & amans, de nostra salute sollicitus est, ad eamque, & sua opera, & nostra omnia, dirigit. Quis ergo non sequetur illum? Quis portante onera nostra non sequetur? Magnum est, si digitum apponas tu pro te, vbi pro te, ipse humeros subiicit atque seipsum totum?

16. Secunda ratio Amor est: *Eccè què amas infirmatur. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum* Quod facit amanter facit, liberaliter facit, non ex debito aut ex necessitate; sed quia voluit; propterea quod amabat. En lacrymæ: *Et lacrymatus est Iesus. Ex his conuice, quomodo amabat eum.* Tu nunquam amorè istum suum compensabis ex aequo, ames quantum liber, debita semper, non liberalis est dilectio tua. Iam praeventus es, & affectu & effectu: testis est imitatio, quæ à te exigitur. Quid est imitari, nisi sequi? Quem sequeris, nisi praecedentem? Amauit ipse prior, saluauit ipse te, neque de tua salute cogitantem. Et hæc causa non est maxima, quam obire illum imitari debeamus? Puelle vorum, in puellari ætate existentis, sequens patris consensus ratificabat. At hic Christi praecedens autor, nos ad amandum trahit, nostrum regulat, nostrum sanctificat, & confirmat amorem, amorè creat, amorem ratificat, amorem nostrum erigit ad Deum. Sacer ignis, qui de cælo descendit, viuus per se conseruabatur: iubebat tamen Dominus, vt iugiter nutretur. Et hæc erat vna causa, quare continuanda essent sacrificia. Vnde scriptum & iussum est:

Nū. 30.4.

Num. 28.

24.

Luc. 12.49.

post distinctam enim holocaustorum, & sacrificiorum iussione, subditur: *Ita facietis per singulos dies septem dierum in sommit ignis, & in odorem suauissimum Domino.* Ignem sui amoris Christus de cælo venit mittere in terram; nunquid vt extinguatur consentiet? quin magis, quid vult nisi vt ardeat? excreseat? dilatetur, ascendant? Fiant, fiant ergo sacrificia nostra in illo, nostra opera bona sint cibus ignis, sint esca flammæ, sint huius incendij feruens excitatio atque perpetua. Ignis ante

praecedit, dum ipse prior dilexit, vt nos diligat in charitate perpetua, cum nos pariter diligamus, & consequenter. Iugis sacrificio suo, & nostra adiciatur. Ipse semper, vesperè & mane: nos in sabbatis, in caelendis, in festis, in hostiis voluntatis igne istum cœlestem nutriamus, illi fomitibus subiiciamus. Nulli dubium quod agni illi, qui quotidie immolabantur bis, vnus videlicet mane, alter vesperè, non essent memoriale passionis Christi, cuius memoria mane, prima videlicet parte populi Dei fiebat in sacrificiis, & cuius commemoratio postea facta est, fit, & fiet, dum durat sæculum, videlicet ad vesperam in Eucharistia sanctissimo Sacramento. Ad ergo illius imitationem, & nos offeramus & sacrificemus sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, & vitulos laborum confitentium Domino, & eleuatio manuum nostrarum sit veluti sacrificium vesperitiu, nempe ad imitationem crucifixi Iesu Christi Domini nostri.

Tertia demum ratio sit, quod ipse portauit pondus diei & æstus; nos vix vnâ horâ facimus. *Posuit enim Deus in eo iniquitates omnium nostrum:* & ita peccata multorum tulit: *Nos verò vnusquisque onus suum portabit;* ego meum, tu tuum; quod tamen neque portare possemus, nisi ipse prius portasset, totumque pondus sibi antea imposuisset, nisi praecedens ipse per omnibus mortuus esset. Conquereretur Moyses, quod sol totius populi pondus portare non posset. Tulit Deus de spiritu suo, & distribuit septuaginta viris, qui illum adiuuarent: *Auferam* (inquit) *de spiritu tuo, & tradam ei, vt sustentet tecum onus populi, & non tu solus graueris.* At verò solus Agnus Dei est, qui tollit peccata mundi, qui solus grauat. Torecular calcet solus, & de gentibus vir non est cum eo. Quin & discipuli eius relicto eo omnes fugerunt. *Vnus est mediator, Dei & hominū, homo Christus Iesus:* qui solus potuit aperire librum, & videre illum, ponens legem Dei Patris in medio cordis sui, vt consummaret opus, quod dedit ei, vt faceret. Si de plenitudine spiritus eius accepimus omnes nos, hoc non est, vt cum illo onus sustineamus.

remus, vel ne solus grauetur; sed fructum nobis imperit laborum suorum, atq; passionum, solus ipse laborans, solus patiens, solus Patris furorem placans, solus ipse propitiatio pro peccatis nostris: *non pro nostro autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Sed nobis propterea laborandum est, vt digni efficiamur passionibus Christi, eiusque promissionibus. Obtulit ipse pretium pro nobis, reconciliationem fecit. Hanc tui vis, vade reconciliari Patri tuo, agens poenitentiam super peccato tuo, per quam tibi Christi satisfactio largiatur, ita communicans Christi passionibus. Non pigeat ergo esse nos modicum passos, vbi dolores nostros ipse portauit. Abimelech ille, qui dicebat: *quod me videtis facere, cirò facite*, non plus ceteris laborauit, & fortè nec tantum. Christus dicit: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis.* Nō dixit: *Quod ego feci, aut, Quantū ego feci; sed Quemadmodum: similitudinē proposuit, non quantitatem, non substantiam.* Sit sua mors exemplum nostrū, quod imitemur, non quod impleamus. Et erit, qui modicū istud derectet renuat? Pro nobis ipse passus est, non pro se. Liberaliter, nō ex debito tulit scelera nostra, neq; à nobis expectans retributionē, vel à quoquam: abyssos omnium tribulationū penetravit vsq; ad extremum. Nos nobis laboramus; necessitate adducti; sed leue & momentaneum est pondus tribulationis nostrae: & adhuc tamen recedimus post tergum Domini? & non dicimus corde, & opere. *Eamus & nos, & moriamur cum eo?*

Sed iam & necessitatem videamus, & vtilitatē nostram. Tunc morimur cum eo, quando, quo modo, quāve ratione mortē obijt ipse, & nos obimus. Quo modò mortuus est ipse? Ipse seipsum expoliavit, vt nudū vestiret, & indueret stolā glorię. Moriens vitę abrenuntiat, voluntati, animę, corpori; totum se tradens in manus peccatorum, & voluntati eorum, tanquā agnus coram tondente se, nihil sui sibi referuans, quod non ponat & deponat pro ouibus suis: Hinc tot passiones, & Crucis mors turpissima. Hoc voluit in suis vestibus de-

signari, de quibus ideò & Propheta & Euangelista mentionem fecerunt, dicentes: *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super Psal. 21. 19. vestem meam miserunt sortem.* Quod verò & Ioan. humanitas quoddam velut indumentum 20. 24. fuerit Diuinitatis suę, habet Paulus dicens: *Formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Et ipsemet Isaias: *Omnia vestimenta mea inquinauit.* Hęc vestimenta deposuit, vt lauaret nos, & indueret. Deposuit autem in passione sua traditus principibus sacerdotum, totiq; Synagogę ac deniq; gentibus, qui omnes ligauerunt & tenuerunt eum, & pro viribus omnia abstulerunt, vt etiam memoriam eius tollere conarentur: Ita mortuus est ipse. Ille est nouus homo, quem debemus induere. Tu autē nolles expoliari, sed superuestiri: hoc non datur. Si enim scissura noui non ponatur in veteri vestimento, quomodò totum nouum veteri superindues? Necessè est ergo, si volumus stolā puram, vt expoliamus nos veterē hominem. Quod quomodò perficiatur, docuit ipse expolians, & exinaniens se. Id ergo præstabitur, si moriamur cum illo; mortificantes membra nostra; carnem nostram crucifigentes cum vitiis & concupiscentiis; odio habentes patrem, & matrē, & reliqua omnia, adhuc autē & animas nostras, vt nihil remaneat in nobis quod sit nostrum, vt verè non simus nostri, sed alterius.

Sic, sic cum Christo moriendum est. 19. Hoc prærendit Paulus, dicēs: *Mortui estis, Exhorta- & vita vestra abscondita est cum Christo in glio.* D. o. Sed heu viuimus, viuentes, viuas. Col. 3. 3. ees. Si enim resistis malo, nōne viuus es? si quę tibi auferuntur, repetis; nōne viuus es? si iniuriam facis ac fraudem, nōne viuus es? Vis noscere hosce viuos? *Mortificate membra vestra, quę sunt super terrā, Col. 3. 5. fornicationem, impudicitiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quę est simul. chororum seruitus; propter quę venit ira Dei in filios incredulitatis, in quibus vos ambulastis aliquando, cum viueretis in illis.* Vitia viuum faciunt hominē super terrā, cum viueretis in illis, dicit Paulus, recensitis peccatis. Peccata dum viuunt,

viunt, dum vigent, dum operantur, viuit homo peccati, filius perditionis. O quot viuentes sunt huiusmodi: Moriamur, moriamur morte iustorum, morte Christi, *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Tenet illum & comprehendunt, & ipse dimittit se teneri: ligant, & funes non rumpit: angariatur, & vadit: blasphematur, & tacet: percutitur, & sustinet: condemnatur vt reus mortis, & non contradicit: repudiatur, & non conqueritur: tolerat fortiter flagella, & quamimmo opprobria, immobiliter irrisiones, crucem portat, contemnit confusionem, ad omnia paratus. Tandem,

1. Pet. 2. 23. *cum malediceretur, non maledicebat, cum perteretur non comminabatur: Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccati mortui, iniustia viuamus.* Audis peccatis mortui? Mortuus est Christus, & nos moriamur. Mortuus est in similitudine carnis peccati, vt peccator reus mortis, vt seductor, vt blasphemus, vt nos veteri peccatis moriamur, in quibus viximus aliquando, & vtinam haecenus non viuamus. *Eamus, eamus & nos, & moriamur cum eo.* Si sic morimur, interim vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Christus Patri commendauit spiritum suum. *Spiritus est qui viuificat.* Patri ergo commendauit vitam suam, interim moriens inter homines, inter latrones. Vitam postmodum petijt, & tribuit ei longitudinem dierum in saeculum & in saeculum saeculi. Ita & vita nostra, dum moritur, cum Christo, abscondita est cum Christo in Deo: sed completa morte & mortificatione, accedamus ad Thronum gratiae eius, petentes vitam nostram, & ipse vitam & misericordiam tribuet nobis. Ergo *eamus, & moriamur cum eo,* quoniam si mortui fuerimus cum illo, simul & cum illo viuemus, quod nobis concedat, qui viuit & regnat, &c. Amen.

MORALE.

20. **V**T quid ergo nos cum Christo non morimur, sed moramur in delictis nostris? times turpitudinem Crucis? times acerbitatem mortis? gloriam non assequeris

ris neque vitam. Si non vis expoliari, non restieris. *Qua enim conuentio iustitia ad iniquitatem?* Non contumetur vitis sanctae virtutes. Non licet secundum legem vana operiri veste, quae ex lino fit & lana; vt intelligas multo magis reici diuersa vestimenta, quae sibi murus non conueniunt. Paulus exhortans, vt induamur arma lucis, praemisit: *Abiciamus ergo opera tenebrarum.* Recede de Aegypto, si terra expetis promissionis. Solue vincula collum, si cupidus es libertatis. Exi de domo tua, vt ad domum Domini possis ascendere. Relinque quae possides vniuersa, quae nihil sunt prope, vt constituaris super omnia bona, quae non possides, quae numerari non possunt neque aestimari. Exite mundum, vt Christum induas. Sic decretum est. Totus labor est in expoliatione: In hac relinquitur omnia, odimus animam, carnem crucifigimus, nobis ipsis abrenunciamus. Sed qui seminat, granum bonum proficit, dispergit, abicit, id tamen facit in spe fructus percipiendi. Non sumus immensi, dum huc tendimus, inde recedimus. Dum superiorem ascendis gradum, defens inferiorum; aperis tuam manum tuam, vt quod non habes, apprehendas; id dum agis, linquis quod tenebas. Vide vtum melius sit, num quod tenes, an quod speras. Vide si melius consequeris, minus bono dimisso. Si hoc certo fueris arbitratus: adigat te certa spes, trahat, impellat, cogat, vt libentissimè, quae retro sunt, obliuiscaris, vt ad ea, quae sunt anteriora, peruenias. O commutatio! O locupletissima desertio! O altissima paupertas quae de stercore erigit pauperem, vt collocet eum cum principibus. Quis non libenter ac promptè de stercore egrediatur? & eò magis, si exitus ille te eleuat ad sedem Regni? Num bene sibi esse putauerunt, qui amplexati sunt stercorea? Profectò. Nam Psalmus canens in laudes Dei: *Suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem:* eandem rem nominibus terrae & stercoreis, significauit. Ergo qui terrena sapiunt, & quibus terrena sapiunt, hi sapiunt quae sunt super terram. hi cœco delectantur, gustant fructus terrae, paradus est illis terrena inhabitatio. Heu ergo quot

quot sunt, qui sic amplexati sunt stercorea?

Ergo te erigi de stercore pigebit? de lacu irrationis erigi? eripi de luto facies? Cur *Gen. 3. 28* crabrones misit Deus ante populum suum, ad fugandos Chananæos, eiiciendosq; de terra? Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. In abominationibus volutabuntur, tamquam in stercore, facti ipsi crabrones spontanei ac scelestissimi. Ergo crabrones vilissimi sunt, atq; indignissimi, qui terram diligunt, qui terram appetunt, qui terram toto incolunt cordis affectu. *O quam vilis facta es, nimis iterans vias tuas has, circumiens terram, eamque perambulans, ut totus de terra existas.* Si in his delectaris, qui sis, tu ipse te demonstras, nempè vermis & nõ homo; crabro & non vir; Serpens, qui terram comedit, serpit laumi, maledictus inter omnia animantia, & bestias terræ. O si veritatem videremus, quantam hominis huiusmodi vilitatem, abiectiõnem, turpitudinem perspiceremus!

22 Sed verbum illud Propheta: *amplexati sunt stercorea*: quandam insinuat delectationem, quam in his vilibus homines experiuntur. Ergo tam viles, tam spurcas, tam canosas, atque stercoreas delectationes corda vestra possident, ò mortales? Sed quid? non plus est in his molestiæ, quam lætitiæ? non plus fastidii, quam gaudii? nõ plus grauitatis, quam suauitatis? O filii Israël, non sedebatis super ollas carniũ in Ægypto? Non erant vobis cucumeres, & cepæ, & allia, & pisces? Quid ergo clamastis ad Dominum? Quæ gratia fuit, quod in virtute ascendistis ex Ægypto? Audio dicentem Deum ad Moysen: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui presunt operibus; & sciens dolorem eius descendit, ut liberem eum de manibus Ægyptiorum.* Vbi pisces? vbi carnes? vbi olera placentia, delectantia, reficientia? nulla horum sit mentio, sed afflictionis modò, clamoris, laboris, doloris. Nihil, nihil est proflus, quod in mundo delectat, si spectes mala, quæ inuichit, obruens, opprimens, vsque ad interuiccionem affligens. Ergo etiam dum stercorea amplexaris, spinis inhæres cornibus, coronâ capitis tui.

Amplexus iste à Propheta, vt quid miserum, commemoratus est? *Thren. 4. 5* *Qui vescebantur* (inquit) *voluptuosè, interierunt in viis. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea.* Longè, longè sunt hi à voluptuosis, à gratis, à delectabilibus. Non est qui consoletur eos; nihil est, in quo possit verè delectari. Fœtida omnia, turpia, lædentia, displicentia.

Et hæc ergo tædebit à nobis abscondere, vt bonis repleamur? Potiora quidem ac digniora Apostolus proposuit: nam de his nec dignatus est recordari. *Quædã meminit, quæ apud sapientes potuerant estimari, & de his tamen dixit: Omnia arbitror, vt stercorea, vt Christum lucrifaciam.* Totum, q; Christum non est, neq; Christi est, vt stercorea abiicit, qui sapiens est. Vides cur exhortamur atque iubemur indumentum istud vile nos expoliari? vt Christum induamur. Illa (inquit) arbitror quasi stercorea, vt Christum lucrifaciam. Ipsa per se Ægyptus, durante duritia opprimentium, erat derelinquenda. Nos hæc contemnimus, vt Christum possideamus. Nam *qui Luc. 15. 12. iis delectatur, exors est Christi.* Adolefcentior filius simul & patrem relinquit, & substantiam dissipat, & seruitutem patitur & famem. Rectè ergo Salomõ: *Vir, qui amat sapientiam, latificat patrem suum: qui autem nutrit scorta, perdet substantiam.* Dùm amorem sapientiæ, scortorum opponit nutritioni, nonnè ostendit longè nimis illum à sapientia abesse, qui vadit post concupiscentias suas? *latificat ille patrem; perdit iste substantiam,* quia illi deberur Patris hæreditas, iste & Patrem perdit & substantiam. Qui adhæret meretrici, derelinquit patrem & matrè, fit cum scorto earo vna; ab his separatur, cum quibus quid vnum erat naturaliter. Quid perdis miser dũ corruptioni inhæres? substantiam, patrem, panem, Christum. *Qui nutrit scorta, perdit substantiam.* Non ergo tibi, dum expoliationem suademus, boni alicuius suademus destitutionem, sed ad bona ducimus, ad vitam, ad gloriam, ad verã substantiam. Loth *Gen. 19. 15.* si mansisset in Sodomis, non propterea seruasset domum suam, & omnia, quæ habebat, sed ipse quoque cum illis periisset.

ab Angelo eductus, factus est Princeps duorum populorum, quibus Terram dedit Dominus ad habitandum, & populum ab eius inuasionem prohibuit dicens: *Non*

D:ut. 2.9. dabo quidquam de terra eorum: quia filii Loth tradidi Ar in possessionem. Qui remanserunt, omnes perierunt. Exite, exite. E-

Eph. 4.22. xuite, exuite veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Exuite laccerum vestimentum, vt nouum induatis, integrum, pretiosum, & pretiosum: alioquin & vestitus peribit, & qui vestitus est. Quoniam qui nutrit scorta, perdet substantiam.

Prov. 29.3. At si, qua corrumpuntur secundum desideria erroris, dereliquerimus, omnem pretiosam substantiam reperiemus, rapiemus, recipiemus. Qui sic facit, amat sapientiam, & suum lætificat Patrem. Qui nutrit scorta, corruptionem amat, qua sua omnia bona corrumpit, & hoc secundum desideria erroris, desideria (inquam) errantia, extra rectam viam deambulantia. O desiderii errorem, quo que sibi noxia sunt, cupiunt homines insipientes. Nimirum quia qui nutrit scorta, perdet substantiam. Hominem itaque hunc veterem, amabo vos, deponamus, perdamus substantiam potius, perdamus & animam propter Christum, & illam inueniemus, & illum omnemque substantiam pretiosam, quam nobis acquisiuit ipse sanguine suo.

O Deus, quomodo laborauit sustinens? quomodo flagellis cæditur, quasi male operans? Quomodo reus mortis iudicatus est à clamantibus. *Blasphemauit?* Quomodo cruci adductus, & adductus ab eo,

Matt 26. 85. qui dixit: Innocens ego sum à sanguine iusti huius? Quid fuit in causa? Pallium dimisit in manu adulteræ, nudus profugit ab

*Gen. 39. 12. ea, demisit vestimenta sua, vt his indueret reuertentem de Villa, vbi porcos pauerat infelix gentilitas, exiit se tunica sua, vt nudum operiret. Eia ergo serui Dei, seruitutem abicite ciuis illius, qui mittit in villam: ad Patrem reuertimini. *Induimini**

Rom 13. 14. Dominum Iesum Christum, improprium eius portantes in mente, stigmataque eius in corpore vestro. Crucem adcamus deprecantes, vt nos nobis exuar, vt digni habeamur vestimento eius, formam il-

lius portantes, ignominiam & gloriam. Amen.

FERIA II. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Egressus est Iesus, & Discipuli eius in castella Cæsarea.

Marc. 8. 27.

ARGUMENTVM.

De Passione Christi. Ostenditur opus esse Diuinum. De infinitate valoris operum Christi. Quomodo sint talia. De excellentia status hominis Christiani.

DATA lege veteri populo per Moysen, quamuis illam a se exiit latam esse Deus ostenderit per voces, & ignem, & terribilia signa, quæ in monte Sinai apparuerunt, ad eod vt vocem Dei audierit vniuersus populus. Vnde certi iam, quod Dominus locutus esset, trementes dixerunt: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Quamuis pactum quoque fuerit inter Deum & populum, in quo pollicitus est populus se legem seruaturum, voluit tamen adhuc excellentius illud stabilire per sanguinis effusionem, quo & liber aspersus est, vbi Lex ipsa erat scripta, & populus pariter sanguine eodem unctus est, qui illam fuerat obseruaturus. Sic enim scriptum est: *Scriptis Myses vniuers, os seruitones Domini, & mane conuersus, adificauit altare ad radicem monti, & iisitque iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas Domino vitulos duodecim. Tulit itaq, Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Assumenque volumen fæderis, legit audiente populo, qui dixerunt: Omnia,*

qua locutus est Dominus, faciemus, & erimus obediētes ille vero sumptum sanguinem repperit in populo. Exponit autem A postolus: *Lege omni mandato Legis à Moyse uniuerso populo, ac ipiens sanguinem uiciorum & hircorum, cum aqua & lana coccinæ: & hyssopo, ipsum quoque librum & omnē populum aspersit.* Quæ certe figura fuit eorum, quæ Dominus Iesus fuerat operaturus. Tuli ipse prius Euangelicam legem, atque ore proprio promulgauit, prædicans Euangeliū Regni: adeo ut esset de illo prædictum. *Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum; omnes, qui tenent eam, peruenient ad uitam.* Postmodū uero suo sanguine dedicauit, ut ueluti morte sua testamentū à se conditum cōfirmaret. Hinc Paulus de illo: *Novi testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem eorum prauaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui uocati sunt æterna hereditati.* Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum ualeat, dum uiuit qui testatus est. Sua igitur morte legem suam ac nouum testamentum stabiluit. Altare crucis, seipsumque aspergens, uniuersū sicut fideles sanguine in crateribus. Sacramentorum conseruato abluens; ut sanguine illo eodem, quo ipse in sua passione aspersus est, & Deum reconciliaret, quem altare figurabat; & populum sanctificaret. En quantafapiētia factum est, ut tempore isto Quadragesimali Lex Domini in sacris lectionibus proponeretur. Deum uero Passio Domini nostri Iesu Christi, oculis mentis ac fidei nostræ iam tandem obijceretur. Idcirco audimus hodiē ex Euangelio uerba illa Domini: *Oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus & scribis, & occidi.* Ad sacram igitur Domini passionem nostrum intuitum cōuertentes sacram sancti Euangelij lectionem attendamus.

2. Caput huius nostri sermonis, quem, ab Euangelio diligenter considerato, rationabiliter haurimus, est hoc; quod uidelicet Passio Domini nostri diuina est. Quod

certe congruum est in primis intelligere, ut illam reuerenter suscipiamus tanquam rem præstantissimam; neque ab exteriori uisibilissima atque abiectissima superficie & apparentia decipiamur. Si tanti Iacob attimasset locum, in quo dormiuit, dum è domo sua recedens, ibat in Mesopotamiam, forte non se in illo prostrasset ad dormiendum. Idcirco per uisionem cognita loci sanctitate, expergefactus, aiebat: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam; pauesque q̄ à terribilis est (inquit) locus iste. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli.* Dormimus nos cum Apostolis tempore Passionis, id in tempore facientes, quod in loco fecit Iacob: sed nunquid, qui dormit, non resurget? Num aliquandò non euigilabūt corda nostra, ut intelligamus, quam terribilis sit hora ista passionis, quam altū reconditumque mysterium, ubi Cruci, quæ est scala cæli, innixus est Dominus? Exiit Iacob lapidem, in quo dormiebat, sic eleuetur in mente nostra lapis iste, qui reprobatum est ab ædificantibus, & exaltetur, ut sit in caput anguli, ut agnoscamus & credamus, quia hic Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, uerè Filius Dei est, & Princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vixit lapidem Iacob: Vixit Spiritus Domini Christum; qui ideo Christus est, unctioe misericordie suæ, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum. In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eius, qui tentantur, auxiliari. Vngit illum Ecclesia prædicans magnificentiam regni eius, & multitudinē miserationum suarū, quas nobiscum operatur, uirtute suæ Passionis. Ungamus & nos oleo compassionis, passionem suam linientes, atque ideo deuotè contemplantes. Ibat Moyses ut uideret, quare arderet rubus, & non cōbureretur; sed admonitus de loci sanctitate soluit calceamenta de pedibus suis. Ardet rubus in Passione, sed non comburitur: quia Dominus in medio flammæ ignis hostium persequentium perseuerat Filius Dei; interim vadit ad Patrem, & clarificatur ab eo. Pedes nostri, affectus nostri: ut iis accedere valeamus ad Deū, & iuxta Crucē stare,

Gen. 28. 16

Psal. 117.
22. & 1.
Pet. 2. 7.
Ioan. 1. 29.
Apoc. 1. 5.

Gen. 28. 18.
Heb. 2. 17.

Exod. 3. 2.

extrahamus illos à mortalibus desideriis, & sensalibus cupiditatibus; sciens quòd Passio Domini non est vulgaris res, sed nimium admiranda. Prudenter itaque sanctus Ioan. Euangelista, qui, vt Aquila viderat mysteria Regni Dei, & fuerat intuitus, quantus hic esset, qui bellum commissurus esset cū Principe huius mundi, munitus non armis Regis Saulis, sed baculo pastorali & funda & lapide, circumdatus videlicet infirmitate, ex qua crucifixus est. Ioannes (inquam) passionem describiturus, alta petit, explicans altitudinem Filij Altissimi, dicens.

Ioan. 13. 3. Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.

Ergò & nos docti ab Euangelio in capite huius mysterij consideramus altitudinem eius, vt dignè suscipiamus & reuerenter, quæ à Deo donata sunt nobis. Altiora autem de Passione Domini cogitare non possumus, quam quòd res diuina sit. Id quòd in Euangelio demonstratur ex duobus, ex eo videlicet, quòd qui patitur, declaratur Filius Dei; & ex eo, quòd Petro exprobrat Christus; quòd non sapiat quæ Dei sunt; quando eunti ad Passionem reluctare conatur.

Diuisio.

³ Horum primū vt clariùs elucescat, Dominus primū interrogat discipulos suos, dicens: *Quem me dicunt esse homines?* Et respondentibus illis: *Ioannem baptistam, alij Eliam, alij quasi vnum de Prophetis.* Secundo iterum interrogat: *Vos verò quem me esse dicitis?* Et respondente Petro: *Tu es Christus.* Hanc Petri confessionem primò laudauit & confirmauit, vt à Deo proficiscentem; vt legimus in Matthæo: *Beatus es Simeon Bariona: quia caro & sanguis non releuauit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est.* Secundo remunerauit subdens: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauas Regni caelorum.* Et quoniã veritas ista, quòd esset Filius Dei, altior erat, quàm vt capere illam posset vulgus, cominatus est eis, ne cui dicerent: & ne forte videretur iactari, si per discipulos suos, & se ostentaret Filium Dei. Voluit tamen id eos scire, ne dum viderent eum pati, scandalizarentur in illo. ideo enim mox de sua Passione verba fecit:

Mat. 16. 17

Et cepit docere eos, quoniam oportebat filium hominis pati multa. Vbi manifestum facit, quare voluerit personæ suæ excellentiam cognosci, nempe vt in Passione non putaretur succumbens ac victus; moriens, ac perditus, & derelictus à Deo, atq; contemptus. Hoc ergò nobis notum sit quòd hic, qui quasi ovis ad occasionem ducetur, & quasi agnus corã tondeute se obmutescet, & non aperiet os suum, vt prædixit Isaias; brachiū Domini est, vt videm protestatur: *Quis credidit (inquit) audienti nostro: & brachium Domini cui reuelatum est: Brachium quidem est omnipotens. Sed quoniam circumdatus est infirmitate, & infirmitates nostras ipse portauit, quoniam Dominus voluit conterere eum in infirmitate.* Quis nobis crederet, dicentibus; quoniam *Hic est Filius Dei, & omnipotens sermo eius, portans omnia verbo virtutis suæ?* Præuenit itaque pusillū gregem suū, in caelestibus reuelationibus, quibus nos confirmauit in fide Diuinitatis eius, & Maiestatis immensæ. Stat ergò sententia, Passionem Christi rem Diuinam esse, quando qui eam perpetitur, verè est Deus, licet absconditus.

Immediatus verò ostendit adhuc Dominus, Diuinū hoc esse negotium, quando præmonstrata iam illis hac sua passione, increpanti illum Petro de hoc, illum sic abiecit: *Vae retrò me Satana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.* Quæ verò quæso sunt illa, quæ Dei sunt, nisi quæ ipse prædixerat: *Oportet Filium hominis pati multa & reprobari, & occidi.* De his increpauit eum Petrus dicens, vt habet Matthæus: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Passio ergò res Dei est, & hoc adeò, vt qui illam impugnat, iuste Satanas nominetur.

Quibus in verbis tria rerum genera à Domino distincta esse videntur. Aliq̃ enim sunt Dei, aliq̃ hominum, aliq̃ Satanae. Pati pro hominum salute, res Dei est. Refugere passiones & tribulationes, res est hominū. At contradicere his, quæ Dei sunt, & salutem humanam consulunt, res est Satanae. De sublimioribus exordium, quæ sunt illa, quæ Dei sunt.

Dico

5 Dico multa. Primum est, quod omnia, quae facta sunt, Dei sunt; quoniam a Deo facta sunt. *Vnus est enim Altissimus, Creator omnium & sine ipso factum est nihil.* I-
 Eccl. 1. 8. *dedo canitur illi: Tui sunt caeli, & tua est terra, & uniuersi qui habitant in eis.* Ipse enim
 Gen. 1. 1. *creauit calum & terram, & omnem ornatu eorum.*

Secundo, quamuis vniuersa, quae sunt, Dei sunt, quaedam tamen sibi singulariter applicauit, vt speciali modo sua sint. Et hoc est quod dici confuevit in Scriptura; *Super quos inuocatum est nomen tuum.* Vnde canitur: *Caelum caeli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* De populis autem omnibus vnum sibi delegit peculiarem. *Si custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiis de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in Regnum sacerdotale, & gens sancta.* Ex populo autem Leuitas elegit, quae dedicati essent cultui suo: *Ego tui Leuitas a filiis Israel pro omni primogenito. Eruntque Leuita mei. Meum est enim omne primogenitum, ex quo percussit primogenitos in terra Aegypti: sancti sunt autem mihi quicquid primum nascitur in Israel, ab homine usque ad pecus; mei sunt.* Sic terram suam specialiiter appellabat terram Israel; sic locum sanctificationis, vbi colebatur; sic omnia, quae ad Dei cultum pertinent. At modo singularissimo, sui sunt electi eius; de quibus Filius ad Patrem: *Rogo pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi.* Et per consequens illa omnia, quae directe faciunt ad horum salutem, proprie Dei sunt. Passio autem potissimum, & super omnia hoc exequitur. Ergo inter ea, quae Dei sunt, primas ipsa tenet sedes super terram. Nam totus mundus, praeterquam quod Dei est, quia ab eo factus est; proprie Dei est, vbi seruit ad salutem electorum suorum; & opera vniuersa, quae huc tendunt, sunt opera Dei.

6 Ea vero, quae salutem non spectant aeternam, si illi non aduerferentur, sunt hominum: vel ea absolute considerata, non quae vel aduerferantur, vel consentiunt saluti, si-

cut quae necessaria sunt ad temporalem vitam, quae commoda, quae vtilia, quae iucunda; inter quae est detrimenta euitare, sequi emolumenta. At quoniam Satanus aduersarius dicitur, & *Aduersarius noster Ioan. 8. 44. diabolus circuit, quarens quem deuoret; sicut & ab initio fuit homicida: ea Satanae tribuitur, quae nobis aduerfantur in via Dei.* Ita enim Satan fuit ille, qui Deum prouocauit aduersus Iob hoc praetextu, quod si eum Deus aduersis tangeret, ille aduersis fractus, Deo benedixisset in faciem, id est blasphemasset. Hinc & qui inimicitias exerceat aduersus seruos Dei, qui semen sunt Dei, dicuntur semen diaboli, & filij diaboli. *Inimicitias (inquit) ponam inter semen tuum, & semen illius, id est serpentis.* Cum autem praestantissimum opus Dei fuerit nostra Redemptio: Opus nullum magis Satanæ recte ascribimus, quam huic obstare Diuinæ Redemptioni.

Tribus his distinctis, reliquum est vt videamus, qualiter ad versus haec nos gerere debeamus. Et si quis opera diaboli, vel quodcunque diaboli est, attendamus, hostiliter semper cum his nobis agendum est. Ideo enim Moyse praecipit Deus, vt aduersus Madianitas agerent hostiliter: quod illi per mulieres corrumpere conati essent populum, vt diis cultum exhiberent. Hinc est quod Dominus praecipit occidi, quicumque voluisset auertere aliquem de populo a cultu Dei, siue ille Propheta, siue propinquus & amicus; *Non acquiescas ei (inquit) nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur.* Et quid aliud voluit nobis Dominus insinuari dicens: *Qui non odit patrem suum aut matrem, non potest meus esse discipulus: nisi cum aduerfantibus nobis in via Dei nullam nobis esse pacem, nullam concordiam, sed hostilitatem, bellum, repugnantiam, odium, quicumque illi sint, siue pater siue mater, siue filius siue filia; quin & si oculi sint, aut manus, aut pes, iique dextri, quin & anima ipsa? Etenim verba veritatis atque potestatis ista sunt, quae increpato Petro*

Petro

Marc. 8.35 Petro mox intulit: *Qui voluerit animam suam saluam facere perdet eam: Qui autem perdidit animam suam propter me & Euangelium, saluam faciet eam.* Hoc nemp̄ atrox est bellum, quod, qui est pax nostra Dominus Iesus, de caelo attulit in hunc mundum. Audi illum: *Nolite arbitrari, quia pacem uenerim mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: Et inimici hominis domestici eius.* Parum est hoc, & hoc in super adiecit: *Qui amat animam suam, perdet eam; & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.* Num maior, aut aequalis, vel similis dari potest inimicitia, quam ubi se ipsum odit, se ipsum abnegat, se ipsum mortificat, & crucifigit? Hoc ipsum cōtinuē faciendum est, ubi nos nobis ipsi scandalum sumus; ubi quid ex nobis peccatum trahit. *Mortificate* (iubet Paulus) *membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam.* Ut intelligamus membra nostra, animam nostram, nos ipsos mortificandos, & abnegandos in eo, quod aduersamur legi, Christo & saluti aeternae. Propterea enim & alibi Paulus ait: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitiis, & concupiscentiis.* Et *uetus homo noster simul crucifixus est; ut destruat corpus peccati; ut uita non sit in uitiis peccati.*

8 Bellum igitur sumendum est nobis cum his omnibus, & nullo cum his pacto amicitia in eunda est. Ecce Dominus Petrum laudauerat, beatificauerat, extulerat ad id fastigij, ut caput esset ac Princeps totius mundi: At ubi illi aduersatur in opere salutis nostrae, Satanam uocat, a se repellit, ignorantiae criminatur: *Vade post me Satana. Non sapi quae Dei sunt.* Rursus, quantumcunque Petrus laborasset, ut a passione Dominum detereret, nihil profusus in eo profecisset. Erat illi quippē scandalum, quantum erat in se, ponens offendiculum.

Mat. 16.23 *Scandalum* (inquit) *est mihi.* Sed non propterea Christus scandalizabatur, non offendeat in petram illam, nihil persuasio

Petri operabatur in illo. At dilecta anima nostras, oculus noster, pes, manus, scandalizant nos: si ea diligimus, nos perdunt. Christus ergo abiicit, culpam, odit Petrum in eo, quod scandalum est illi. Et nos verebimur odisse animam? nos abnegare & oculum cruerem; manum abscindere aut pedē? *Neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis, quia uoluit te abstrahere a Domino.* Deo tuo: ita iubebat lex. Christus qui scandalizari non potest, ait Petro: *Vade post me Satana: Scandalum es mihi.* Es nos, qui cōtinuē scandalizamur, offendentes in petras scandalum, ac saepe cadentes, scandalizantes patiemur? tenebimus? amabimus? Cur nos non arripit zelus Phinees, ut interficiamus scandalizantes, neque personam accipiamus, id solū in hominibus considerantes, quod fuit ad salutem animae? *Latur homo* (inquit S. Iohannes) *in sententia orū sui, & sermo opportunus est optimus.* Vide si sermo opportunus est, & tunc latere in eorum quia est sententia oris tui, non quia locutus est diues, non quia uerba haec ex ore tuo processerunt. *Diues locutus est,* (inquit Eccl. 10) *Sapiens & omnes tacuerunt, & uerbum illius usque ad nubes perducunt: Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.* Vides non haberi rationem ueritatis? pietatis? uerā uilitatis? sed tamen accipi personas? Heu quod nimis acceptatores personarū sumus! *Non strum* (inquam) *emo carnem suam odio habet sed nutrit & fouet eam;* licet infirma sit, licet ad malum prona, licet aggrauans animam, licet deprimens intellectum, licet concupiscentis aduersus spiritum, licet operans in nobis omnem concupiscentiam. Moyses non defendit uxorem suam Aethiopsam, ob quam etiam contra ipsum locuta est Maria: Dominus defensor illius fuit. Carnis curam ne feceritis in desiderijs; & Dominus pugnabit pro uobis; & illam tuebitur a diluuiō aquarum multatum, ut pereunte omni carne, quae corrumperat uiam suam, illa seruetur, ex qua uerbum Dei futurus erat homo.

Iam adea, quae hominum sunt transfectores, attendimus, non hanc Dominum semper culpāre, imō & his allicere ad se illos, qui sic

qui sic terrena sapiunt, vt cœlestibus non præponat. Dauid sit nobis exemplo; quod regnaret, humanum erat; Regem agebat, & vinebat. Habeas hoc, vbi Berzellai in-
 1. Re. 19. 35 nitarus à Rege, vt secum iret, recusans ait: Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suauē, & amarum? Aut delectare potest seruu tuum cibus, aut potus? Vel audire possum vltra vocem cantorū, atq; can-
 10 Mat. 16. 38 taticum? De filio autem eius Chamaā sic ait Dauid. Mecum transeat Chamaā, & faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod perieris a me impetrabis. Hæc huma-
 Num. 17. 7 nana erant. Hæc quidem amauit Dauid, & suscepit de manu Domini, vt munera e-
 1. M. 16. 9 ius. At quando pro peccato suo ab eo ablata sunt, stultum aliquid contra Deum nō est locutus, sed patienter egit. Quin & Se-
 1. M. 16. 9 mei viro de cognatione domus Saul blasphemante illum, fugientem à facie Absalon, noluit illum occidi. Quin Abisai, qui dixerat. Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Ait Rex: Quid mihi, & vobis filij Saruia? dimittite eum, vt maledicat; Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Dimittite eu, vt maledicat iuxta præceptum Domini. Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac. Vide quomodo se habeat Dauid erga temporalia, & fruens habitis, & ferens æquo animo, illis ablatis, omnia sub Deo. In his qualiter se gerat homo prudenter, prolixè docet Salomon in parabolis suis. Quod verò in his felicitas non sit, vt nec cum delectatione & dilectione vtamur creatura, monet in libro Ecclesiaste quasi concionator de vmbone. At tandem quomodo his spiritus solius Dei amplexibus delectemur, soli Deo vacantes, profundissimis ænigmatibus instruit in canticis canticorum. Hinc Paulus dimissis, qui terrena sapiunt, ait: *Nostra autem conuersatio in cœlis est.*
 Exhortatio
 Pro. 15. 21. *Stultitia est gaudium stulto. Qui autem prudens est, auigilat gressus suos. Qui firma*
 Tom. II. Bellintani.

tur in illis, sedens vt cœcus iuxta viam mēdicans, quærens ditari, vt læretur in diuitiis multis, hic stultus est, non habens discretionem boni, & mali. Et si quando diuitiæ affluant, & dicat animæ suæ: *Animæ mea, habes multa bona; comede, bibe, epulare, latare.* Nunquid non stultitia gaudium est stulto: si scientiam haberet, videns hæc caduca, fugacia, corruptibilia, quin & fallacia, haberet & dolorem. At verò qui intelligit veritatem, prudenter dirigit gressus suos, sic transiens per bona temporalia, vt non amittat æterna.

SECUNDA PARS.

PRÆCEPTVM Apostoli: *Quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terram:* apprimè ad rem nostram facit, qui quæ Dei sunt, sapere istruendi sumus, ne terrena sapientes abiiciamur à Deo saluatore nostro; qui vt nos eriperet de præsentī sæculo nequam, sic venit in mundum, vt denuò relinquens mundum, & ad Patrem vadens, sic exaltatus omnia traheret ad seipsum, aded vt de illis dicere posset: *De mundo non sum, sicut & ego non sum de mundo.* Passionem ergò Christi inter ea, quæ Dei sunt, imprimis sapere nos conuenit, illam potissimam æstimantes, & appretiantes secundum valorem suum. Hæc autem veluti pecuniam suam dedit ad mensuram, vt reciperet eam cum vsuris, nempè vt per eam acquireret sibi magna & pretiosa, quæ sint populus eius & oues pascuæ eius. Dedit quippè animam suam pro ouibus suis, id est vt essent oues suæ, quibus propterea dicitur ab Apostolo: *Empti estis pretio magno.* Et hæc est Ecclesia, de qua idem Apostolus dixit ad quosdam, qui secum erant: *Posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Et populus acquisitus, de quo Petrus: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, id est acquisitus; qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei.* Porro quia dilexit Patriarchas Abraham, Isaac & Iacob, ided elegit filios eorum, vt essent populus eius. Ità enim scripsit & dixit Moyses: *Dilexit Patres tuos, & elegi semen eorum post eos.* Attamen vt re ipsa
 T t t ad-

Luc. 12. 19.
 Col. 3. 2.
 Ioan. 17. 16
 I. Cor. 6. 20
 Act. 20. 28
 I. Pet. 2. 9.
 Exod. 19. 6
 Dent. 4. 37

- adsciferet illos in populum suum, ac qui fuit illum sibi, educens de Ægypto in manna potenti, & brachio extento. Sic enim
- Psal. 76. 16.* canitur à Propheta: *Redemisti in brachio*
- Psal. 73. 2.* *tuo populum tuum filios Iacob, & Ioseph. Et Memor esto congregationis tuae, quam possidisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tuae. Quod amplificans Moyses aiebat: Interroga si quando facta est huiusmodi res: Si fecit Deus, ut ingrederetur, & tolleretur sibi gentem de medio nationum, per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, & robustam manum, extentumque brachium, & horribiles visiones. Sic acquisitam, redemptamque gentem elegit in populum suum. Cui idcirco, ut esset populus sanctus, sicut & ipse sanctus est, dedit legem, qualem nulli nationi vnquam data fuit. Hæc (inquit)*
- Deut. 4. 6.* *est vestra sapientia, & intellectus. Quæ est enim alia gens sic incluta, ut habeat ceremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem? Sic itaque elegit nos Deus in Christo ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu*
- Apoc. 21. 3.* *eius: ut vere dictum sit: Ipsi populus eius erunt. Veruntamen ubi venit plenitudo temporis, non corruptibilibus, auro vel argento, redempti sumus, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem; manifestati autem nouissimis temporibus. Hoc pacto vos, qui fideles estis, non estis vestri, sed Dei qui redemit vos, & assumpsit in populum suum.*
- II* Duo ergo specialia Dei sunt, quæ nos oportet sapere: Christus crucifixus, & Christianus pro quo Christus crucifixus est. Christum crucifixum sapere, tanti fecit
- 1. Cor. 1. 2.* Paulus, ut diceret ad Corinthios: *Nihil iudicavi me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Et cuius cognitione pendet nostri cognitio, pro quibus crucifixus est, nempe electorum suorum. Ex pretio enim, quo empti sumus, manifestum est quantum valeamus. Non enim decipi potuit sapientia Dei, ut vilem mercem carius emeret, quam valeret.
- 24* Nisi forte dicamus, quod certe dicendum est, pretioso illo pretio suo pretiosam illam fecisse, quantumcunque prius esset. Et hoc nobis fati est, quod empti pretio magno, ad mensuram illius pretij sumus & nos pretiosi. Vbi tamè aduertendum est, quod pretiositas ista nostra, non absolute pensanda est ad valorem pretij illius, sed ad mensuram, qua illi pretium istud communicatur. Si enim non aequalia tribuit talenta seruis suis, neque par emolumentum prodiit ex illis, nec omnes Apostolos fecit, sed & discipulos alios, nec easdem functiones Leuitis omnibus destinatis, sed multiplices, & varias, quibus plus & minus Domino appropinquabant. Ita varia sunt fidelium dona, quorum omnium valor sumitur à sanguine Christi. Quam tamen distinctionem nunc omittentes, ipsum in generali valorem fidelium considerabimus, atque pretium ex ipsius sanguinis Domini Iesu valore ac pretio. Ita enim hominem consideramus, quatenus res Dei est, non quidem propter creationem, sed propter renouationem, qua factus est noua creatura, creatus in Christo Iesu.
- Valorem personæ Christi, cum infinita sit, nemo æstimare potest. Infinitus enim inestimabilis est, & incõprehensibilis, sicut res, ita & æstimatione. Quæ ab infinito facta sunt, finita sunt omnia; quia infinitum fieri non potest: quod enim sit, principium habet essendi: principii vero terminus est ac finis, qui in rem infinitam, id est sine carentem, cadere non potest. Medium autem quiddam est inter infinitum & finitum, quod quidem ex vna parte se tenet ad finitum, ex alia cum infinito. Et hæc est humanitas Christi, quæ quidem cum facta sit, atque à Diuinitate distincta sit, quæ sola est infinita, finita est. Aliquo autem modo infinita est, quatenus in vnitatem personæ ab ipsa Diuinitate est assumpta. Hæc autem infinitas bifariam tribuitur humanitati. Altero quidem per communicationem proprietatum: prout diuinitas proprietates suas communicat humanitati, humanitasque vice versa suas diuinitati, quatenus vna eademque persona habet vtramque; & de illa vna vterque prædicatur in concreto, dicentes: *Christus est aeternus*

est aternus, Christus est temporalis: Christus est infinitus, Christus est finitus; imò & dicentes: Deus est temporalis & finitus: Homo est aternus, & infinitus. Altero, & fortè magis propriè sic. Si Humanitatem attendamus finita est, & omnes eius partes, quia totum factum est.

14. Idem dicendum est de operationibus suis, quatenus operationes sunt, quamuis enim dicantur operationes illius personæ, quæ Deus est, & idè infinita, cum tamen operationes sint, quæ initium habuerunt neq; enim semper fuerit, aut semper sunt, aut erunt, sed tunc tantum, quandò illas Christus operabatur, finita sint necesse est. Quod idem dicendum est de illarum valore, pretio, aut merito. Neq; qualitas est infinita, vbi illius subiectum finitum est. Verum hic quoddam speciale reperitur, per quod illarum valori conuenit aliqua ex parte infinitas. Quod enim aliqua res absoluta fiat pretium, ex respectu illi contingit, secundum quem ordinata est, vt sit pretium. Ordinans autem illum ad pretium, determinat illi valorem ac meritum, vt tanti æstimetur, aut tanti, sicut nummo determinatur, quantum valeat in emendis mercibus. Hunc valorem Deus tribuit operibus illis, volens vt pro tanto valeant. Quamuis autem sic ordinans, p potestate atq; autoritate sua possit op' illud, quasi monet, ad plus aut ad minus determinare: conuenientius tamen rem, quæ absolute in se pretiosior est, ad maius pretium ordinat, quæ verò minoris valoris absolute est in se, ad minus determinatur, vt fieri consuevit in monetis auri, argenti, æris.

15. Ita ergò Dei Sapientia, in determinando valore isto respectiuo operum Christi se gessit: Determinauit quidem, vt infinitus esset valor iste; & hoc rationabiliter, attento valore absoluto ipsorum operum. Habuit enim valor hic absolutus, quandam infinitatem. Et primum ex hoc, quod opera illa fuerunt opera intrinseca Dei operantis: Deus enim fuit, qui ieiunauit, qui orauit, qui prædicauit, qui laborauit, qui passus est, qui crucifixus est, qui mortuus est. Secundò ex hoc, quod illa opera summam excellentiam possibilem habuerunt

intrinsecè, & quia diligenter attendendus est animus.

Sciendum est, quod opera Christi habuerunt omnes perfectas conditiones & circumstantias; & hoc in summo, si attendamus locum, tempus occasiones, & hæc duo potissimum, videlicet finè & intentionem: Excellentissimè enim in Deum ordinata sunt, & ad hominum salutem ex summa charitate; Quæ charitas ordinans ardentissima fuit, quantum profus esse potest charitas, quæ Deus non est formaliter. Idem profus dicendum est de passionibus suis: quæ quidè intensissimam charitatem ad Dei gloriam, & voluntatem, & nostram salutem directæ sunt: & ipsæ in se omnes circumstantias perfectionis habuerunt in summo, & hanc præcipuè, quia fuerunt intensissima & maxima; ita quod maiores in hominè sanctum cadere non potuerunt, qui esset Mediator Dei & hominum, omnium Redemptor & Saluator. Et vbi plus excedere non potuerunt, ardor excessit charitatis, qui sitiens ulterius adhuc pati, de Deo, conqueritur, quod in hoc suæ non satisfaceret voluntati, cupientiam ad honorè eius, & hominum salutem in altius demergi profundum tribulationum. Si enim, vt carni *Marc. 14.* scilicet isaceret, orauit in horto, vt transfret ab eo hora: cur in cruce, quandò iam finiebant passionem, non faceret satis spiritui quoque, qui ad vltiores, & atrociores pœnas ineffabili desiderio protendebat? Hoc ergò fecit clamans: *Deus meus, Deus meus, vi quid dereliquisti me?* Et sicut caro *Matth. 27.* quieuit ad illam determinationem: *non mea voluntas, sed tua fiat.* Sic Spiritus ad istam: *consummatum est,* quantum videlicet *Ioh. 19. 30.* Diuina voluntas decreuerat, perfectè cõpletum est. Talia ergò & tanta opera; & in se excellentissima, & à Deo pcedentia, sapientissimè Deus ad pretium infinitum ordinauit, ita quod Passio, sanguis, mors essent infinite pretiosa.

Hæc autem infinitas huiusmodi est, quod videlicet mors illa sufficiens esset, ad saluandos infinitos homines si tot essent: Aded, quod si infinitos non saluat, hoc non est, quod ipsa infinitos saluare non possit, verum quia non tot saluandi

reperiuntur. Præterea liberat à pœna æterna, quæ in sua atrocitate & in pperuitate, est infinita. Mundat à culpa mortali, quæ suam habet quædam infinitatem ex offensione Dei, qui est immensæ Maiestatis. Confert gratiam, quæ cum sit participatio quædam summi atq; infiniti boni, expers infinitatis profus non est. Ac tandē adducit in gloriam, quam nemo dubitauerit infinitam appellare ex sua incomprehensibili altitudine, claritate, plenitudine, ac demum æternitate. Ecce valor passionis Domini Iesu.

17. Vide quàm errent, quàm arguendi sint, qui hoc tantum bonum flocci faciunt, ac si ad nihilum valeret. Si vitio datur Hebræis, quod pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, quid de nobis dicendū est, qui Crucem Christi contemptui habemus? qui sanguinem testamenti pollutum ducimus, in quo sanctificati sumus? non plus illum appetiantes, ac si res quædam esset non sanctificans, sed polluta & contaminata? Salomon, vt alliceret ad Sapientiam, dixit de illa: *Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitia Dei, propter disciplina dona commendati.* Illam longè præponi auro, argento, lapidibus pretiosis, & desiderabilibus vniuersis, apertè pronuntians: *Omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari.* Quid igitur de thesauro isto Passionis ac meritorum Christi asserendum est? Hęc vera Sapientia est, omnē excedens sapientiam atq; prudentiam, stultitia reputata est à Gentibus. Sed hæc est res Dei: & quoniam Dei est, humana cuncta superexcedit. Dicatur ergo à Gentibus stultitia, neq; renuamus nos, dicamus tamen cum Paulo: *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* Sic vilis sit Passio antè homines, at pretiosissima in conspectu Domini mors est Sancti Sanctorū. O stulti, qui stultum deputant illud, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei! O stulti, qui pro nihilo habuerunt tantum desiderabile! *Stultus irridet disciplinam Patris sui, qui autem custodit increpationes, astutior fiet.* Filius, qui, quandò à Patre corripitur & instiuitur, irridet disci-

plinā & instructionē illius; stultum se probat; ne dum non apprecians veram Sapientiam, verum & irridens, qua conatur Pater illū in morib⁹ sanctis generare, nō vltra in sanguinibus. O quæ stultitia fidelium, qui irrident hanc Sapientiam Dei Patris, qua nos in dignitatem assumpsit filiorum Dei.

Verenda Patris irrisit Cham, vnde genitus fuerat. Passione Christi & eius sanguine, nos renati sumus per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti; & hanc vtilitatem Christi, qui turpissima morte condemnatus est, nos vilem arbitrabimur? & hæc stultitiam Dei, quæ est summa Sapientia, stultam deputabimus? Maledictus Chanaan imitator tanti delicti Cham Patris tui. Tu ô Cham irrides, contemnis in eo, quod Pater tuus est. Ergo maledictus filius tuus; transeat in filium tuum, quod agis in patrem tuum. Tu irrisor es patris, sed Deus irrisor est filij tui. E contra ô fideles, vereamur nos verenda patri, nostris vt in nos transeat benedictio Dei. En verenda Patris nostri factus pro nobis maledictum. Scriptum est enim: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu.* Crux est Christi humiliatio, eximianitio, turpitudine. *Morte* (inquiunt) *turpissima condemnemus eum.* At verò iubet Lex: *Turpitudinem Patri tui non discoparies.* Ergo maledictus Chanaan, qui Christū in eo, quod maledictus est, contemnit. At in Abraham benedictus, qui de maledictione ita operibus loquitur. In me sit ista maledictio: Veniat super me sanguis iste iustus, vt in asperionem sanguinis eius lauet à turpitudine, & à maledictione, & à fordibus peccatorum meorum. Has Domini mei increpationes, quibus à Iudæis increpatus est, custodiā, vt astutior fiam, sapiens videlicet & prudens.

Nunc ad secundam rem, quæ Dei est, transeamus, qui sumus nos, si Christi sumus: dixi si Christi sumus. Nam si quis spem in Christum non habet, hic non est eius. At verò Dominus Iesus mortificatus est in carne, vt nos pollicitationē Spiritus accipiamus per fidē. Itā enim Apostolus scripsit ad Galatas. Facta enim mentione Crucis, in qua

qua Christus pro nobis factus est maledictum, & quod per eam nos consequimur benedictionem, subdidit dicta verba: *Vt Gal. 3. 26. pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.* Per fidem autem sumus filii Dei, ut ait ibidem idem Apostolus. Patet ergo, quod per mortem Crucis nos sumus regenerati in adoptionem filiorum Dei, ut verè filii Dei nominemur & simus. Ergo res Dei sumus: quorum pretium ex pretio, quo empti sumus, pensandum est. Salomon de sapientia, ut dictum est, statuit, quod sit thesaurus infinitus hominibus, & rationem dat, quod venter hoc thesauro participes facti sunt amicitia Dei. Et addit, quod & ipsi commendati sint, propter ipsam sapientiam & dona eius. Ex quo est evidens, quod ex valore sapientia, valor eorum penatur, qui dona suscipiunt sapientia, per quæ sapientes sunt. O itaque quantum valet homo, in quo thesaurus est pretiosissimæ Passionis? Commendatur homo iste non ex natura, quæ facta est ad imaginem Dei; non ex præsentia, quam habet super omnem terram, & animalia vniuersa; non ex dotibus animæ, & corporis, quod sit ingeniosus, prudens, potens, fortis, pulcher, & huiusmodi; non ex diuitiis, aut aliis quibuscunque rebus temporalibus, sed propter pretium sanguinis Christi; quia Christus habitat in corde eius; quia confors est diuinæ naturæ, quia verè res Dei est, Deo charus, pariceps amicitia Dei; quin magis filius Dei charissimus.

10 Materia ex qua factum est tabernaculum fæderis, asportata est de Ægypto, & à populo oblata. At forma, quæ dat esse rei, ex qua sanctuarium factum, ex Deo processit, & venit. *Tacies* (inquit) *sanctuarium secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Sanctificatio denique eius, à Deo nihilominus profecta est. Secundum hanc æstimabatur sanctuarium, appretia-
 40 *bat, erat in veneratione apud populum, imò & apud gentes. O Domini Passio, forma & sanctificatio fidelium, per te in pretio sunt. Hominem prohibebat Deus antiquitus occidi, quod ad imaginem Dei creatus esset. At nunc altior proponitur*

ratio, quamobrem non sit offendendus. Audi Apostolum seridè admodum admonentem. *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Rom. 14. 15. Christus mortuus est.* Mors Christi dat illi valorem, quia mors Christi nostra est, pro quibus mortuus est. Quanti ergo fidelis est morte Christi ditatus, ornatus, perfectus, exaltatus, appretiatu?

O rationem cur proximum, cur nosmetipsos despiciere non debeamus: Si ex te ipso iuberis discere quæ sunt proximi; *Exhortatio Eccl. 31. 18.* quantum magis ex Christo, cuius sanguis impleuit venas nostras, ornauit animas nostras, viuificauit mortalia corpora nostra. *Isaias* Propheta ut persuadeat elemosynam, utitur illa phrasi. *Carnem tuam Isai. 56. 7. non despexeris: carnem tuam appellans proximum, quod simus eiusdem naturæ. Heu carnem Christi nè despexeris; quia, ut docet Apostolus, membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Hoc cogitent qui despiciunt, qui offendunt proximum suum; scientes quod non minus in offensione, quam in beneficio dicturus est Christus; Quamdiu fecistis vni ex minoribus meis, mihi fecistis. Facto probauit hoc dictum, quando gloriosus de cælo clamauit; Saule, Saule quid me persequeris? Quid miraris igitur quod dixerit. Qui suscepit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris? Attende quod dixit in nomine meo. Et vnum ex his pusillis, qui in me credunt.*

Sed conuertere anima mea in speciem tuam, attende tibi, te ipsam cognosce. *Monet Sapiens. Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum. Ergo etiam carnem nostram nutrire debemus, & fouere. Quantum igitur magis spiritum? Audi præceptum Domini. Commendata lege, & ex ea exaltato populo, quod sit super omnes gentes propter legem, iubet. Custodi igitur te ipsum, & animam tuam scilicet. Cum tantus sis, quod Deus excelliorem te fecerit cunctis gentibus, ne rem tanti valoris perdas. Custodi te ipsum, & quoad ani-*

CONCIO SECVNDA,

ARGVMENTVM,

Repugnare videtur quod Christus debuerit pati: & hoc fuscè. Pati abhorre non debemus, imò carnem mortificare. In Morali. De illis que loqui debemus; & de defectibus, quos vitare tenemur.

VARIAS multum; aduersasque continet partes lectio presens, dum Christus Petrum, ita ex vna parte extollit, vt nominet *Barjona*, id est Filium Spiritus sancti, quod est dicere hominem Dei: & ex alia adeo culpat; vt Satanam vocet aperiè. Et hoc non aliam ob causam, quam quod diuersa de Christo sensisset; Christum confitens antea, post verò increpans, quòd se passurum, reprobandum, & occidendum prædixisset; vt causam intelligas quamobrem Salomon sit in suis Proverbiis constituendis ex oppositis ita frequens, cuiusmodi sunt illa. Qui custodit legem ^{Prim. 17.} Filius sapiens. Qui autem commellatores, ^{17.} pascit, confundit patrem suum. Et illud. Qui dat pauperi non indigebit: qui despiciat deprecantem, sustinebit penuriam. Quia in re ista habetur consideratio, quòd apud veritatem homines non ex natura, quæ communis est, sed ex distinctis, variisque eorum proprietatibus, & operationibus astimantur. Ad quod docendum, cum valde illud scire vtile sit, & ipse Dominus Iesus voluit de se iudicium ferri, idque iustum. Et propterea interrogat discipulos quid de illo & homines, & ipsimet sentiant; & rectum de se factum iudicium probat: perperam factum reprobat. Ex quibus docemur, & sic sapere, vt rectè de aliis sentiamus ipsi, & sic viuere, vt sancta de nobis iure ab aliis sentiantur.

Si autem de omnibus benè recteq; sentiendum est: Id nimirum de Deo, ac Christo Iesu in primis faciendum. Hinc in principio libri Sapientiæ scriptum est. Diligite ^{Sap. 11.} iustitiam qui iudicatis terram; sentite de Domino in bonitate. Ac si dicat, in quouis ^{11.} velt. o

- mam legem obseruando, in qua adeo exaltaris. Nam qui abiicit disciplinam, despiciat animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Vides illum perdere cor, qui non acquiescit legi, & cuiusque monenti? hoc est despiciere animam, illam non curare, non custodire, non saluare. Si autem custodienda est anima propter seipsam, quanto magis propter sanguinem Christi, in quo sanctificata est? Hæc sunt verba sponsæ ad sponsum. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ.* Fratrem vocat, vt eiusdem naturæ iam factum; quia vt dixit Paulus, *De carne eius sumus, & de ossibus eius.* Hæc enim scriptura est phrasis. Postquam enim Laban dixit ad Iacob. *Os meum es & caro mea.* Subdit. *Num quia frater meus es, gratis seruis mihi? Vocat igitur fratrem, quia caro factus est fugens vbera matris, quia salus ex Iudæis, ex quibus est Christus: addit Apostolus. Inuenit foris, quia eiecerunt eum extra vineam.* Vnde hortatur Apostolus. Exeamus ad eum extra castra, improprium eius portantes. Quid est deosculari, nisi ex amore coniungi, illique conformari, quantum possibile est, improprium eius portando, vt dixit Apostolus, & communicando Christi passionibus, vt ait Petrus. Tunc nemo sponfam despiciere potest. Sic enim & Apostolus scribit. Nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Hoc est quod ipsa addit. Apprehendam te. si nemo alius. homo ergo despiciet semetipsum? molestus erit sibi ipsi? iniurius in se ipso sanguini Christi? Heu, qui peccas, qui fornicaris, tollens membrum Christi & faciens membrum meretricis? Secundum eum, qui vocauit nos, (imò qui redemit nos) sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sis.

vestro iudicio sit iustitia, vt non dicatis bonum malum, neque malum bonum: sed bona maximè de Deo sit estimatio vestra; quoniam bonus est, & bene omnia facit, & bona valde sunt omnia opera sua. Eiusmodi autem est Deus, vt bene de illo ab omnibus iudicetur: nemo n. est, qui non arbitretur quòd Deus sit bonus. Sed sunt qui clarius illius cognoscunt bonitatem, & virtutem; sunt & qui minus clarè. Propterea bene de Christo sentiebant omnes, etiam qui errabant, putantes illum esse *Ioannem Baptistam, aut Eliam, aut vnum de Prophetis*. Et hoc nisi esset oculus malitia excæcatus; quemadmodum vsu veniebat in Pharisæis, qui dicebant: Non est hic homo à Deo, qui sabbarum non custodit. Hic est malefactor, hic est seductor, hic blasphemus. Nam & de Deo male populus in deserto loquebatur; illique detrahebant, dicentes. Odit nos Dominus. *Mat. 7. 37. Ioan. 9. 16. 8. 30. Mat. 26. 63. Mat. 9. 3. Mat. 14. 11. Deut. 1. 27.*

3 Ergò oculus hominis erga Deum tripliciter se habet. Aliquando humore passionis obruitur, vt rectum iudicium facere non valeat, sicut Iudæi de illo murmurantes. Sicut & de Christo Alii dicebant, quia bonus est, alii verò nequaquam sed seducit turbas. Alii bene sentiebant in communi, q̄ bonus esset, sed in specie errabant dicentes esse illum vel Eliam, vel Ieremiam, vel Ioannem Baptistam, ita & Petrus increpans. Alii denique à Deo illuminati aperte dixerunt. *Tu es Christus*. Blasphemi ira incitati male de illo loquuntur, & impetu illo acti putant etiam interius iniuste ab eo se affligi. Hos dimittam⁹, tanq̄ cecos, & indignos, qui à nobis in hoc ordine recedantur.

4 De his sit sermo, qui norunt imperfecte, & potissimum circa passionem. Videtur enim repugnare, quòd sit Christus, & debeat multa pati, & reprobari à sapientibus, & occidi. Nam Dauid ideò abstinuit ab iniuria Saulis se-persequentis, propterea quòd esset Christus Domini. Si Christus est, vicem gerit Dei, vnctus Spiritu Dei, cui propterea omnes debent esse subiecti. Qui ergò erunt, qui audeant mittere manum in Christum Domini? Si Christus est, promissus est à Deo in lege, & Prophetis; ab his ergo, qui legis scientiam prætende-

bant, debet cognosci: quomodo ergò ab his reprobaratur? si Christus est, regnare debet, & redimere Israël. *Nos audiuimus ex Ioan. 12. 34 lege, quia Christus manet in aeternum. Et Luc 24. 22 sperabamus, quòd ipse redempturus esset Israël. Quomodo ergò tu dicis Exaltari oportet 34. filium hominis, & occidi?* Ergò ratione dignitatis, ratione veritatis, ratione potestatis repugnat quòd patiat, quòd reprobetur, quòd interficiatur.

Dignitas est, quia Rex est à Deo missus, spiritu principali, id est regio confirmatus. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me*. Et dedit illi Deus Spiritum non ad mensuram & ideo Sanctus Sanctorum vnctus est oleo lætitiæ præ confortibus suis. Rex itaque & sanctus factus ante omnem dignitate, tum sanctitate, vt non sit præter eum, neq; qui possit, quoniam Rex est; neque qui debeat, quoniam sanctus. Sed propterea tamen passus est, quia oportebat Christum (id est vnctum) pati. Vngentur simila in sacrificio, vt facilius combureretur. Omnis adeps Domini erat, vt esset ignis fomentum ad comburendum carnes. Charitas ista est, propter quam tradidit in mortem animam suam, vt sanctificaret per suum sanguinem populum. Omnia enim mundantur in sanguine. Cum deberet autem sic sua sanctitate sanctificare per sanguinem populum; nullus de populo sanguinem istum suum valebat effundere. Quid ergò? non erit eius populus, qui eum negaturus sit. Propterea itaque repudiatus est, negatus, abiectus & passioni à filiis traditus alienis. Et vbi in lege permittit, quòd vir repudiaret uxorem odiosam, nunc contra legem virum repudiat vxor ipsa, & virum dilectum, & totum desiderabilem, quin & iniuria afficit, & passionibus. Ad durtiam cordis permittentur viri uxores repudiare, ne illas occiderent. Vxor autem in lateribus domus manens, virum ita expellit, vt interficiat. Et eicientes eum extra vineam occiderunt.

Ita magnificata est Passio eius, quoniam cecidit in sanctum, ab his, quibus legitima non erat potestas, vt & sine autoritate iudicarent, & sine iustitia, & ipse indigna pate-

Isa. 61. 1. Luc. 4. 18.

Dan. 9. 24. 1. Sa. 4. 8.

Leuit. 2. 5. Leuit. 3. 16.

1. Sai. 13. 12. Heb. 9. 22.

Dan. 9. 26.

Deut. 24. 1.

Mat. 19. 8.

Mat. 21. 39.

6

- pateretur ab indignis. Gravior item esset Passio indigniori & sancto, & impleretur
- Prov. 29.9** Prouerbiū. Vir sapiens si cum stulto cōtenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. Debit quidem Christus venire ad populum, de quo. Audi Popule
- Ier. 5. 21.** stulte, & qui non habes cor. Ad quem non credentem, sed contradicentem tota die extendit manus suas. Et idē siue benigne loqueretur, siue acriter, non inuenit in eo requiem, quærens illam; quærens ouem perditam, & pulvis in regionem longinquam.
- 7** Et reprobari à senioribus, & summis sacerdotibus, & scribis Cum esset eius & dignitas & sanctitas depicta & descripta in lege, ab iis maximè deprehendi debuit atque discerni, ad quos legem intelligere atque interpretari pertinebat, & discernere verum à falso Propheta, sed hi magis iugum fregerunt. *Circuite vias Ierusalem, & aspice, & considera. & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem. Indurauerunt facies suas super petram & noluerunt reuer- ti. Ego autem dixi. Forſitan pauperes sunt, & stulti. ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincu-*
- Sap. 2. 12.** la. Ratio, cur hi magis, tangitur ab eis in libro Sapientie. *Circumuenimus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & impropert nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplina nostre, promittit se scientiam Dei habere. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, tanquam nugaces existimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immunditiis nostris. Præterea timebant primatum perdere quo erant rectores populi, regem ipsum expectantes; & idē dixerunt. Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas, & idē, lapis est, quem reprobauerunt ædificantes, id est populum regentes.*
- 8** Itā maior est confusio cum quis à sapientibus reprobat; maior est mentis

dolor, quā dō aperta veritas est pro nobis, quæ magis impugnatur, & occultatur. Itā factum est, vt ab eisdem & verbum scriptum corrumperetur, & verbum incarnatum despiceretur, & abiiceretur. Poterant, sicut ad instantiam Herodis Regis de loco rulare iudicium, nempe de Bethlechem, & de reliquis pro sua suorumque salute verum iudiciū facere. Et idē inexcusabiles sunt, & dum corrumperitur Scriptura, adimpletur, quæ hoc prædixerat. Idē Christus ad illam mittit. *Scrutamini scripturas, quia illa testimonium perhibent de me.* Et ita quoque omnib⁹ modis Christus pateretur, vt quasi Pater percuteretur; cum illi verbum Patris acceperint ad eum reprobandum; & caperetur ipse in sermone suo: nam & filius ipse locutus est in lege. Porro etiam secundum modum istum, secundum legem debebat mori. Et hoc pacto quoque liber legis aspersus est sanguine. Erat quippe in eo sanguis quō ad sensum verum, erat & quō ad falsum, quā dō legem sumperunt, quāsi gladium ad illum interficiendum.

Quod Christus mansurus, & regnaturus in æternum occideretur, hæc terra est repugnantia. Sed quia mansurus oportuit mortalem vitam in immortalem commutare: debuit igitur mortalem deponere, quōd per mortem, nec aliter fieri congruebat, atque ita vt Regni eius non esset finis. Idē ab sorpta morte per resurrectionem in victoria, dicebat. *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Præterea iturus in regionem longinquam, vt acquireret sibi Regnum, debuisset de hoc mundo exire qui totus est regio nostra, in quam nati sumus. Exiens autem acquisiuit regnum mundi. Primò, quia dum esset in mundo, cohorti, & Ministris Iudæorum data erat potestas super illum; vt ligare possent & tenere, & educere. Pilato desuper data erat potestas qua diceret. *Potestatem habeo crucifigere te.* Summa super eum erat potestas tenebrarum. Vt istam à suis humeris proiiceret & capite, dimisit illis, vt facerent in eum quæcunque voluissent; vt amplius quid facerent, non haberent. Et propterea de mundo, vbi restricta erat eorum potestas, profusus exiit inter mortuos liber.

bet. Qua libertate potius, reuersus, red-
didit eis duplicia, auferens ab illis, qua ma-
le & contra iustitiam abusi fuerant, pote-
statem; & accepit sibi Regnum, cui ne-
dum ex auctoritate debebatur, verum quia
cum iustitia iudicans, & pugnans, & victor
existens; totius mundi imposuit sibi dia-
dema; dixitque illi Pater. *Sede à dexteris
meis, donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum* Quod autem dicit. Donec
ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum; hoc non dicit quasi non acceperit
sibi regnum, & non dominetur a mari
vsque ad mare, & à flumine vsque ad ter-
minos orbis terrarum. Sed quoniam Rex
saeculorum est, in quibus homines vsq; ad
finem mundi floreant de Ciuitate ista vani-
tatis sicut faenum terrae. Et quoniam natu-
ra nascuntur omnes filii irae; atq; ita ini-
mici in omni generatione, & generatione
ponuntur sub pedibus eius, qui iam sedet
& regnat, constitutus Rex à Deo. Et ita
secum quidem est principium, id est prin-
cipatus in die virtutis suae, id est resurre-
ctionis, & potestatis suae. Sed dum homi-
nes veniunt in hunc mundum, cuius Re-
gnum ac potestas facta est Domini nostri
Iesu Christi, quamuis inimici eius, terram
tamen lingunt, & adorant vestigia pedum
suorum. Et quoniam laborauit ipse dum
sibi regnum acquireret, iam sedenti, ac
quiescenti Pater ponit inimicos eius sub
pedibus eius. Ergo per mortem factus est
Princeps Regum terrae, liberans suos de
manu mortis, & eripiens de potestate te-
nebrarum. Quia ergo mansurus erat in æ-
ternum, & regnaturus Christus, oportuit
illum occidi, quod ignorantes dicebant.

*Nos audiuiimus ex lege, quia Christus manet
in aeternum. Quomodo ergo tu dicis. Exalta-
ri oportet filium hominis? Quis est iste filius
hominis? Quibus dixit ipse. Adhuc modicum
lumen in vobis est. Modicum profec-
tò, quoniam sciebant Christum mansu-
rum in aeternum. Et hoc rectè sciebant,
sed nesciebant, quòd ad hanc vitam im-
mortalem per mortem esset peruenturus,
putantes hæc duo non conuenire, mori &
manere, quæ tamen sic sibi mutuo cohæ-
rebant, vt eodem verbo Christus vtunq;*

significaret, nempe verbo, exaltationis, di-
cens. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia
traham ad me ipsum.* Et alibi. *Exaltari
oportet filium hominis.* Nam quem ipsi
exaltauerunt in Cruce, Pater exaltauit
dextera sua, cõstituens ad dexteram suam
in Excelsis, & omnia subiiciens sub pedi-
bus eius, vt in nomine Iesu omne genu
flectatur. Ergo Petrus increpans Christum
& non sinens loqui de Passione, nesciens
impedebat gloriam Christi, & nẽ esset
magnus, & filius Altissimi vocaretur.

Quid putas locutus est Dominus ad
Moysem dicens. *Vlciscere prius filios Israel
de Madianitis; Et sic colligeris ad populum
tuum?* Vltionẽ de inimicis cum sua mor-
te coniungit, quia per mortem suam Filius
Dei strauit hostes suos. Moyses, quia so-
lum homo erat, prius habuit sumere vltio-
nem; sed Christus quia etiam Deus potuit
moriens acquirere sibi regnum, & domi-
nari in medio inimicorum suorum. Atta-
men vt figurè responderet, etiam ante
mortem ad illam accedens duxit trium-
phum: Et nos ergo, quia homines sumus,
debemus ante mortem hostes nostros su-
perare, sic antè corporalem mortem spiri-
tualiter morientes vitiiis, & concupiscen-
tiis. Nam & Madianitæ illi hostiliter in
hoc se gesserunt, quòd per mulieres, qua-
rum princeps fuit Chozbi filia vnus nobil-
issimi principis Madianitarum, populum
deceperunt, trahentes ad idolum Phogor:
Hos, hos inimicos superare cõuenit, mor-
tificantes membra ista, fornicationem, im-
munditiam, libidinem, concupiscentiam
malam, carnem hoc pacto crucifigentes
cum vitiiis & concupiscentiis. Quid cau-
sæ fuit, quòd Samson seipsum etiam cor-
poraliter interfecit? propterea quòd prius
locum dederat concupiscentiæ, carni ces-
serat, à muliere se permiserat subiugari.
Moriatur, moriatur caro, quæ hominem
seruiruti subicit, quæ tradit in manus ini-
micorum, quæ oculos eruit, vt non vi-
deant impudici; quæ vilis facta sit con-
ditio erum, quæ in circuitu facit ambula-
re, quæ hostes nutrit, illis molens cum la-
bore, & ærumna. Crucifigatur caro ista
etiam corporaliter per afflictiones, absti-
nencias,

Apo. 1. 5.

2. Tim. 2.

11.

rentias, vigiliis, asperitates, flagella. Sic illa moriente, morientur inimici eius. Qui Christus fuit, oportuit crucifigi. Qui Christi sunt, sic carnem suam crucifixerunt. Qui fuit primitiæ mortuorum, is idem fuit Princeps regum terræ. Si commortui sumus, & conuiuemus; si sustinebimus, & conregnabimus. Putas otiose mortuorum factam mentionem, magis quam viuentium à Ioanne, dum Christum nominat Regum principem: quoniam inter mortuos fuit; idè inter principes regnat. Et nos pariter moriamur, vt vna conregnemus.

SECUNDA PARS.

Sap. 2. 6.

11 Sicut qui Christus dictus est, mala sustinere oportuit; sic qui post Christi confessionem illi aduersatur, recta ratione debuit Satanas appellari. Id vidimus. Illud nunc videamus. Quod, qui non nouerunt Deum, ambulent per viam latam, & spatiofam, quærentes quæ sunt super terram, carnem nutrientes, & fouentes, voluptuose viuentes, hoc non creat admirationem, si in his, quæ nouerunt corrumpuntur. Neque enim nisi præsentia norunt, & idè dicunt. Vtatur creatura celeriter, & coronemus nos rosas antequam marcescant. At qui Deum cognouerunt, & confessi sunt, si Cruci aduersentur ne admiratione tantum, verum & indignationem excitant, vt merito repellantur, illisque dicatur. *Vade retrò me Satana.* Petrus Christum confessus fuerat, & de hoc laudatus est. Petrus idem audiens dicentem ipsum Christum. *Quoniam oportet filium hominis pati multa.* Apprehendens eum, capit increpare eum. Non solum Petrus interrogauit de se Christus, sed simul omnes. *Vos vero quem me esse dicitis?* Ergò vnus Petrus pro omnibus intulit responsum. *Tu es Christus.* Quòd increpationem quoque fecerit, vt ab omnibus veluti factam, Dominus demonstraret, *Conuersus, & videns discipulos suos comminatus est Petro.* Laudatus à Petro, comminatus est omnibus, *Nè cui dicerent de illo.* Hic videns discipulos comminatus est Petro: vt quemadmodum bonam confessio-

nem, ita increpationem malam omnibus ostendat esse communem, atque ita & ad nos deriuat ista comminatio, & vituperatio, si Christum agnoscentes Crucem detestemur, & ab illa vel ipsum, vel quemcumque etiam nosmetipsos auertere cogitemus.

Hoc igitur est, quod hic nos discere conuenit, nè qui crucifixum sequimur, crucem abhorreamus; & nè qui vitam, quæ est Christus, adharemus, à morte eius diuidamur & cruce. Paulus Apostolus dicens. *Sic pugno non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Aperte declarat, quòd castigatio carnis assumpta bellum est quoddam contra domesticum inimicum, quæ pugna non verborum sed verberum nis potissimum indicitur, qui magis appropinquare Deo volunt. Quapropter nihil minus Petrum deiecit, quam Passionem culpæ. Neque otiosum est, quod Phinees filius Eleazari summi sacerdotis, qui & illi successit in sacerdotio, is fuerit, qui arrepto pugione, ingressus est post virum Israëlitem in lupanar, & perdidit ambos simul, virum scilicet, & mulierem in locis genitalibus. Neque hoc solum animaduertendum est, sed Dei consilium, atq; decretum, qui mox intulit. Phinees, filius Eleazari filii Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israël, quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini eius pactum sacerdotii sempiternum; quia zelatus est pro Deo suo. Vbi videmus & sacerdotem hoc opus fecisse, & sacerdotium à Deo illi propterea confirmatum in sempiternum. Et in ipso opere exprimendo Scriptura sic loquitur sapienter, vt aduertamus eius præcipuam vim in hoc fuisse, quòd carnalitate puniuit. Ingressus est (inquit) in lupanar. Vide expressum locum. Et perdidit ambos. Hoc poterat videri sufficere, sed maiorem addit expressionem, subdès. Virum scilicet & mulierem. Et vterius adhuc subiiciens. In locis genitalibus. Vt videas odium, & persecutionem, & percussionem carnalis concupiscentiæ. Ad cuius etiam amplioris explicationem, placuit Spiritui

Spiritus Scto sacre Scripture auctori sub-
inferre nomen & conditionem horu duo-
rum scelestorum. Erat autem nomen viri
Israhelita, qui occisus est cum Madianite
Zambri filius Salu, dux de cognatione, &
tribu Simeonis. Porro mulier Madianitis,
que pariter interfecta est, vocabatur Cozbi
filia Sur principis nobilissimi Madianita-
rum. Et Deus ipse vltionem indicans, e-
andem mulierem cum suo nomine, ac sua
origine nominavit. Voluit enim factum
hoc bene intelligi, diligenterque confi-
derari.

- 13 Præcipuum ergo, ac singulare munus est
sacerdotum, castitatem custodire, carnem
crucefigere, membra mbrtificare, atque ita
stigmata Domini Iesu in corpore suo por-
tare, atque vt id faciant ceteri, prospicere
diligenter. Vbi ad hoc obserua, quod Apo-
stolus se pugnatem dum fatetur in corpo-
ris castigatione, sacerdotalis officij faci-
mentionem, dicens: *Ne forte cum aliu pra-
dicauerim, ipse reprobus efficiar.* Pugna ista
pacem creat, nisi hac parta victoria pax nõ
datur. Ideo ipsi Phinees illa promissio fa-
cta est. *Do eis pacem faderis mei.* Quod est
dicere, vt viderur, pactionem pacis cum
illo facio, eam illi tanquam ex pacto pro-
mittens: Vt intelligamus eiusmodi esse fe-
dus inter Deum & homines, vt si carnem
doment, pace fruanrur; superato hoste isto
nequissimo, pax erit in terra hominibus
domita carnalitatıs.
- 14 Non fat tamen fuit Deo, quod illi duo
libidini vacates fuerint interfecti: propter
quorum necem cessauit plaga à filiis Israhel,
occisus viginti quatuor millibus. Sed post
illorum duoru interfectionem iussit Do-
minus. *Hofles vos sentiant Madianita, &
percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt
contra vos, & decipere insidias per idolu Phogor,
& Cozbi filiam Ducis Madian sororem
suam.* Quid hoc, nisi, quia non est pugna
hæc intermittenda, dum iste viget inimi-
cus: seruiat subactus, & pax erit in terra
nostra. Audi mysterium. Pugnatum est
contra Madianitas, & de illis relata victo-
ria est: præda diuisa in duas equales partes.
altera pars tributa pugnancibus, altera reli-
quo exercitui: primitiæ Domino ex vtraq;

desumptæ: quæ ex parte pugnantium de-
scriptæ, has habuit summus sacerdos, alte-
ræ fuerunt Leuitarum. Num hinc nõ vide-
tis specialem fructum pugna huius, atque
victoria; eumq; insigniorem ad sacerdotem
pertinere? Quid ita? propterea quod illius
est hanc pugna mire, sacerdotum est con-
tra carnem bellari, castitatem tueri. An nõ
& Petrus ipse summus sacerdos cū Chri-
sto crucifixus est? Annon & Paulus labo-
res suos atq; Passiones Crucem deputat, & *Gen. 2. 19.*
stigmata Domini nostri Iesu Christi:
Christo (inquit) crucifixus sum cruci. In
his principibus splendet crux, rutilat vi-
ctoria de carne, pax amplificatur.

Petrus pro omnibus loquebatur, lauda-
batur, redarguebatur. Partes nostra itaq; *Exhorta-
tio.*
sunt crucem non culpate, sed laudare; non
odisse, sed amare, tenere, non arcere. Hoc
autem sentite in vobis, quod & in Chri-
sto Iesu. Crucem illius sanctam adoramus, *Philip. 2. 5.*
& recolimus reuerenter sanctissimam illius
Passionem: Eam vt verè Diuinam rem su-
spicimus, honoramus, exaltamus. Hoc
itaq; & in nobis sentiamus, crucem, passio-
nes, tribulationes non horreamus, non
quasi indignam rem abiiciamus, non quasi
molestam fugiamus, non veluti aduersan-
tem nobis. Illam potius amplectamur, vt
Christum comitem habeamus in via hac,
qua ambulamus ad patriam, qui non viam
aliam calcavit, quam arctam, asperam, la-
boriosam; hæc enim sola ducit ad vitam.
Vnde & postquam Petro comminatus est
crucem deprecanti, conuocata turba cum
discipulis suis dixit eis. *Si quis vult me se-
qui, denegat semetipsum, & tollat crucem
suam, & sequatur me.* *Mat. 8. 34.*

Audite queso, & intelligite. Iter quo po-
pulus de Ægypto peruēnit ad terrā illi re-
promissam, scitis in quadraginta quatuor
mansionibus esse distinctum. Quam mul-
ta, quam varia, quam insignia in harum
multis euenerint, & patrata sint, etiam vos
non latet. Nam in his fuit transitus de ma-
ri rubro, fuit pluuia manne, fuit eductio a-
quæ de petra, carniū abundantia, legis insi-
gnissima promulgatio, populi diuersæ pu-
nitiones, & alia huiusmodi, quæ Moy-
ses scribit in libris Exodi, Numerorum, &
Deute-

- Deuteronomij. Has omnes simul mansiones dum colligit & recenset, duorum tantum ex tot, quæ in illis acciderunt facit mentionem. Nam in 35. mansione, dū ascendit, Aaron in montem Hor iubente Domino, ibique mortuus est. Audiuitque Chanaan Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in Terra Chanaan venisse filios Israël. Quis hoc non miretur? Quæ vero mors est Aaron sacerdotis, nisi Christi, qui est summus sacerdos, qui iubente Domino ascendit in montem, ibique mortuus est? & quid superato Rege illo Chanaan accidit insigne? quod serpentibus ignitis populum interficientibus, erectus est in ligno serpens araneus, quem aspicientes sanabantur; quod in sui figuram Saluator asserit dictum, & factum. Et qui aspectus in eum, qui in ligno exaltatus est, nisi intuitus Crucifixi ad illum imitandum, sequi illi conformandum? Non alia via nobis eundem est ad reprobam terram, quam ea, quam calcavit Christus. Sin infinita, ea que magna, quæ cadunt in hoc itinere, de hoc solo fit mentio, quando via ista recensetur. *Si quis vult me sequi, denegat semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Qui non aspiciunt, moriebantur. Cur vero? & tædere cepit populum itineris, & laboris, locutusque contra Deum, & Moysen ait. *Cur auxiliasti nos de Ægypto, ut moreremur in solitudine. Dicit panis, non sunt aqua, anima nostra iam nauisat super cibo isto leuissimo.* Qui mori nolunt, percutiuntur; qui detrectant mortificationem; qui abundare volunt, & deliciari; qui crucem à se elongant, quantum possunt; qui crucifixo conformes esse recusant. Aarō iubente Domino ascendit in montem, passus est facris vestibus expoliari, volens mortuus est, ut Deo obsequeretur. Tu vero recusas mori, expoliari, quin & in montem ascendere, & à cæteris separari; placet mundanus conuictus, lata via, lata via, luti habitatio, latus continuatio.
- 17 Heu nobis placent placentia loquentes, secundum carnem ambulantes, sapientes quæ sunt hominum, non quæ sunt Dei. Quos Christus reprehendit & eicit à se.
- Prov. 29. 5.* Nec aduertimus quod dicit Salomon. Ho-

mo, qui blandis, & fictis sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. O quot hoc rete capiuntur? Petrus ex ignorantia Domino suadebat. Mundus in maligno positus, in sua malignitate à cruce ferenda dehortatur blandis quidem, sed fictis sermonibus. Quid blandius, quam cubilia, & impudicitias hortari, ebrietates, & comestiones, in creatura delectari, gaudere ad sonitum timpani, in aibus cæli ludere, argentum thesaurizare, & aurum, & ire post concupiscentias? Quid blandius quam crucem abigere, auersari, abominari? Ipsa enim videtur totum malum hominis in hac vita; qua semota, totus mundus esset deliciis plenus, prosperis succedentibus cunctis. Sed fingit qui sic loquitur, decipit, seducit, fallit; expandit enim rete gressibus nostris, ut illecebris huius mundi irretiti, misere corruamus, capiamur, moriamur. Si de Principe verum est quod ait Salomon. *Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.* tu ipse, qui mendacius aurem præbes, impius ex hoc vere factus es: & si impius fueris, bona tibi vniuersa in mala conuertentur, prospera aduersabuntur, dulcia mordebunt, leuia vulnerabunt, grata insidiabuntur, ipsa etiam vita dabit mortem. Peccantem virum iniquus intoluet laqueus, rete illaqueabit, laqueus comprehendet, ut se nequeat extricare, donec superueniat repentina dies illa, quæ voluptatibus finem, & cruciatibus dat initium, quod nunquam videbit finem. Crucem itaque cum Christo amplectentes, digni efficiamur, qui Christi sumus, ut cum illo in perpetuum deliciemur. Nam iustus laudabit, atque gaudebit. Amen.

M O R A L E.

DVÆ illæ cominationes Domini Iesu, quas refert S. Marcus Euangelista ori hominum factæ sunt, de prima enim dicit. *Et cominatus est eis, ne cui dicere de illo.* De secunda. *Qui conuersus, & videns discipulos suos, cominatus est Petro dicens. Vade retro me Satana. Illis, ne diceretis huic, quia dixit. Prima facta est, qui laudatus. Secunda, quia increpatus. Id ne extolleretur in ver-*

in verbis, hoc vt extolleretur in lignis. Sancta tibi, ac vera facta fuerat confessio dignitatis eius, quod *verè esset Christus Filius Dei Vni.* Declarata hic erat functio tantæ dignitatis, quæ erat Passio, & per eam vniuersorum redemptio. Non erat aptum vulgus intelligere suam dignitatem, non erat tempus adhuc illius declaranda. Poterant discipuli de gloria magistri gloriari. Poterant aduersarij eius anam hinc illius arripere persequendi, quin & discipulos infectandi. Poterat in hominum mentes cadere, quod ipse ex hac discipulorum confessione auram caperet vanitatis. His aliisque consimilibus rationibus venit illis confessionem istam, quod esset Christus. Qui Christus fuerat cognitus, & cælesti numine reuelatus, ita Doctorem constitutus docet discipulos suos. In qua sua doctrina post articulum Incarnationis, qua Christus factus est, ponit articulum Passionis, qua Redemptor est. Hunc vult esse manifestum: *Et palam loquebatur verbum.* Illum pro illo tempore occultum. *Ne cui dicerent.* Promittit ille ore hominis, Petri diuinam tamen reuelatione, Promittit iste ore ipsius Christi. Encomium ab aliis: Opprobrium a seipso.

19. En primum documentum, nè laudes appetamus, ne extollentiam nostram concupiscamus. Sed si veritas necessaria est, eò progrediatur tantummodò, vbi opus est. Vbi cæteris non est vilitati, nè vobis vanitati esse videatur, vterius nè progrediatur: sistat tibi. Huc facit Proverbum: *Quomodo probatur in cor flatorio argenti, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudanti.* Nil videtur homini placibilis, nil gratius, quam laudari: Et hominum labores in hunc finem sumuntur infiniti; quandoquidem & affigitur corpus ieiunijs, anima preceationibus, substantia elemosynis extenuatur, vt verè perfectus sit homo ille qui laudibus non inflatur. Ab hac imperfectione, vt se Christus longè abesse demonstrat, iubet etiam cum comminatione, nè cui dicant, quod expediens illis fuerat tunc confiteri. Vbi secundò discimus, vt in cæteris laudandis cautè procedamus, nè occasionem illis demus vanè

gloriandi, & nè ipsi nosmet assentationis vitio maculemus: facile enim lingua in his labitur. Tertio discimus licere in infirmitatibus gloriari, sic nos ipsos vituperantes, vt ne aurâ veritate recedamus, aut in vanitatem incidamus, etiam verbis humilitatis gloriam aucupantes.

Id tandem fit nobis iugiter cordi, quod 20. Psalmista canit: *In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.* Quæ loquitur Deus, loquamur & nos: quæ ex illius ore procedunt, quare nõ etiam ex nostro procedant? Moyses fidelis fuit in omni domo Dei, fideliter ad populum referens verba Dei. Sic fidelissimus fuit Christus de quo Deus Pater. *Ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi.* O quanta excellentia oris nostri, vt eisdem decoretur verbis, quæ ex ore Altissimi deriuantur! Hanc se dignitatem David fatetur consecutum dicens. *In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.* Hanc & Petrum fuisse consecutum Veritas ipsa testatur. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.* Hac fruuntur sancta Ecclesia Dei, cui dicitur. *Non enim vos estis, qui loquitur in vobis, sed Spiritus Patris vestri.* De hac gloriatur Apostolus: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Hanc vt & nos habeamus, iubet Deus. *Erunt verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis.* Et: *Iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo.* Et si dum loquimur hominibus, multò magis hoc intendit Deus, quando illum deprecamur. Propterea ipse verba formauit, & docuit, quibus docemur illum precari, dicente Domino Iesu. *Quando oratis dicite Pater noster, qui es in cælis.* O si cognosceret homo hanc tantam suam dignitatem! Hanc proposuit per Prophetam: *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Esse hominem quasi os Dei: quanta est dignitas? quanta excellentia? Iacent apud nos vera rerum pretia, minoris nostra sunt opinione, quam re & veritate. Heu quis veram tantæ eminentiæ habeat æstimationem? Vix vnus homo,

Exod. 30. ex vniuersis, Terram inhabitantibus, pe-
 10. dē ibi poterat immittere, vbi erat scabel-
 Heb. 9. 7. lum pedū Dei: non dico suppeditare sca-
 bellum illud, non dico pede tangere aut
 manu: dico locum ingredi, vbi existerat
 illud, quod adhuc non verē pedes Dei fu-
 stinebat, sed in figura tantum. Nunc au-
 tem quod est verē verbum Dei, ex ore
 Altissimi proficiscens, nisi ex corde magis
 Psal. 44. 1. velis dicere iuxta Psalmum: *Eruclauit cor
 meum verbū bonum* Et hoc verē ex Deo
 proficiscens, verē ex ore nostro procedit;
 tangit os nostrum, quod tangit os Dei:
 ex increato fonte ad vasculum istud labio-
 rum nostrorum fluit, influit, deriuatur.
 O proximam, eamque incognitam & ex-
 cellentissimam dignitatem, non vnius ho-
 minis aut alterius, sed omnium profus,
 modō velint. Nō tempori alligatū, vt erat
 Exod. 30. ingressus in Sancta Sanctorū: sed omnib⁹
 10. diebus vitæ nostræ, omnibus horis. Ingre-
 Gen. 16. 2. diebatur ille semel in anno ad adorandum
 Heb. 9. 7. scabellū pedum Altissimi. Nos, nos quan-
 do implemus istud: *In labiis meis pronun-
 tiaui omnia iudicia oris tui*: quando pronun-
 tiaui verba Dei. Annō obseruasti prophe-
 ticā phrasin: *in labiis meis, oris tui*: Poterat
 dicere. Pronūtiāui iudicia, aut verba Dei:
 Sed vt aduerteret nos, faceretq; notam ex-
 cellentiam istā, apposuit os nostrum, & os
 Dei. Labia nostra, & veluti linguam Dei; ō
 homo, quare excellentiam istam tuā non
 nosti? non attendis? non exequeris? Lo-
 quimini, loquimini veritatem vnusquisque
 Eph. 4. 25. cum proximo suo; quia veritas ex Deo est:
 custodite vos, non in lingua vestra delin-
 Col. 4. 6. quatis: *sermo vester semper in gratia sit sale
 conditus*: videre quid dicatis. Cauete ab
 Prou. 29. 11 eo, quod dicit Salomon: *Totum spiritum
 suum profert stultus: sapiens differt, & reser-
 uat in posterum*. Conceptum sermonem
 nescit ille continere, quasi multo plenus:
 hic vero sapienter moderatur labia sua:
 Eccl. 3. 7. sciens scriptum: *tempus tacendi, tempus lo-
 quendi*. Vasculum oris nostri, quod cœ-
 leste balsamum accipit, nempe oleum ef-
 fusum, nomen Domini, verbum Domini
 non est vsibus prophanis deputandū, non
 ad libitum mentis imperitē producendum
 est, exponendum, diuulgandum.

Sed heu! qui sunt hi sermōnes, quos
 confertis negotiantes, negotiatores & fa-
 bulatores, qui sapientiam exquisitis, que
 de terra est? *Sepulchrum patens est guttur
 eorum, lingua suis dolose agebant, venenum
 aspidum sub labiis eorum: quorum os ma-
 ledictione & amaritudine plenum est, & Do-
 minum nō inuocauerunt. Vocauerūt os suum
 in cœlis, & lingua eorum transfuit in ter-
 ra*. Contra Deum iniuriōse, aduersus pro-
 ximum dolose. Dispersit Deus vniuersa
 labia ista. Si comminatus est discipulis, ne
 dicerēt etiam veritatem: si Petro, quia di-
 xerat vanitatē, nesciens quid diceret quid
 ori blasphemus? quid perierant, & assu-
 menti in vanum nomen Domini: quid fu-
 rroni, & discordias seminātū? quid erro-
 res docenti, & cœcos in baratrum abyssi,
 fallaciter serpentis lingua ducenti? Excla-
 mabat spiritus immundus, Christum vo-
 cans Filium Dei, sanctum Dei: & commi-
 natus est ei Iesus dicens: *obmutesce & exi*.
 ab eo. Factā procellā magnā exurgens cō-
 minatus est vento & dixit mari: *tace, ob-
 mutesce*: cessit spiritus immundus, cessa-
 uit ventus, in mari facta est tranquillitas
 magna. Et non cederet lingua blasphemā?
 Et non quiescerent labia dolosa? Et os bilin-
 gue, & peruersum nō compesceretur, & ver-
 ba inutilia non euanescent? Et perniciosa
 locutio non abscederet? Et confusio ista
 linguarū, qua hoc mare magnum vitæ sa-
 cularis, intumescit, fremit, terret, omniāq;
 subuertit, arescentibus hominibus pre cō-
 fusione sonitus maris, non aliquando ha-
 bebūt finem? Et hoc quod habet scientiam
 vocis, spiritus (inquam) Domini, qui dat
 generalia linguarum, & interpretationes ser-
 monum, non replebit orbē terrarum, non
 faciet vt omnis terra veritatem inuocet, &
 lingua loquatur nouis magnalia Dei? vir-
 lia homini? congrua salutē? tacebit lingua
 maris: silebit mendaciū patris mundi omne
 os obstruetur: & homo mendax clamabit
 & obstrepet mulier garrula, clamosa, liti-
 giosa? & lingua canum blasphemantium,
 quietis impatiens, latrās tota die ac nocte
 non tacebit? Vbi cœli enarrant gloriam
 Dei. Terra maledicta in ore suo, aperiet
 os suū in blasphemias Dei & sanctorum
 Profert

Profert spinas & tribulos mendaciorum, fraudum, vanitatum? linguis suis dolose agentes Iudæi Christum Filium Dei blasphemauerunt, accusauerunt, condemnauerunt, crucifixerunt. Et nos ergo nõ lingemus vulnera eius, laudantes, gratias agentes, & confitentes, quia hic est verè Saluator mundi? nõ confitentes nihilominus peccata nostra, vt misericordiã consequamur in auxilio oportuno? & si lingua tacuerit, lapides clamabunt. Ergo laudate Deum in sono tubæ, laudate eum in Psalterio & cithara laudate eum in timpano, & choro, laudate eum in choris, & organo. Laudate eum in cimbali bene sonantibus, laudate eum in cimbali iubilationis: & omnis lingua confiteatur Domino in sæcula sæculorum. Amen.

FERIA III. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, &c.

Ioan. 6. 64.

ARGUMENTVM.

Conuenientia traditionis Iudæ, cum institutione sanctissimi Sacramenti. Cur Angelis tam bonis, quam malis, & hominibus vti voluerit Deus in Passione sanctissima Filii sui. Maximum doloris genus pati ab illis, quibus maxima sunt collata beneficia. Christus dolore affectus ab omnibus, à Iuda præsertim.

1. **Q**VONIAM inter bona temporalia verus amicus nõ extremas tenet partes; quia inter primas à sapientibus numeratur. Vnde & noster Sapiens scriptum reliquit: Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio

auri, & argenti cõtra bonitatem fidei illius. Dominus Iesus, qui propter nos egenus factus est, voluit ad salutem nostram, & hoc tãto bono priuari. Quamuis enim aliquos habuerit amicos, qui ad inimicitiam nõ sunt conuersi, vt illi quibus dixit. Vos dixi amici, quia omnia, quæcumq; audiui à Patre meo, nota feci vobis: defecerunt tamen & hi aliquando timore perterriti. Veram & alios habuit, qui sine causa illum dereliquerunt, quin & vnum sustinuit inter primos, qui caput se præbuit atq; ducem inimicorum tuorum & persequentium, sicut hodiè ipsummet Dominum audiui cum interpretatione Ioannis: Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt; sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & qui traditurus esset eum. Hæc quia peccatorum nõ est minima, sed animo ingenuo ac nobili grauissima, hoc tẽpore quo de Domini passione tractamus, à nobis consideranda est; quæ idcirco in sacra Euãgelica lectione nobis hodiè proponitur, & à nobis declaranda suscipitur. Dignemini ergo aperatas aures atq; attentas nũc nobis exhibere.

Admodum cõcinne videtur huius pœna, quæ ex sacrilega traditione contigit Domino Iesu, tunc maximè facta mentio, quando insignissimũ illud Sacramentum nobis conferendum recensuit, in quo seipsum nobis erat daturus in cibum. Prolixè quidem locutus de hac tanta gratia, quod ipse panis viuus descendisset de cœlo, vt daret vitam mundo, ad suos cõuersus, qui illi vicinijs adhærebant, dixit: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Et addit interpres Ioannes. Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim. Hoc autem idem videtur esse factũ; Primò propter magnã coniunctionem, quæ est sacratissimi mysterij Eucharistiæ cum Passione, quæ à traditione ex orta est. Cõiunguntur quidem hæc duo mysteria simul: tum quia Eucharistia instituta est in memoriam Passionis, dicente Domino: Hoc facite in meam commemorationem tum quia in sacrificio Missæ iugiter ipsa Passio renouatur: tum etiam, quia fructus

Ioh. 15. 15.

Matt. 26. 56.

2.

Luc. 22. 19.

tur: *Si non venissem & locusus eis non fuisset, peccatum non haberent;* hoc videlicet peccatum, quo Christum impugnabant & persequebantur. Quomodo enim persequebantur illum, si non venisset? semper verò quandò offendunt, tribuens illis potestatem hoc faciendi, & non prohibens. De qua potestate sermo est Christi ad Pilatū: *Nō haberes potestatem aduersum me ullā, nisi tibi datum esset de super.* Quam potestatem sustulit à Laban, ne Iacob offenderet, quamuis gloriatur. *Et nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum: Sed Deus Patris vestri dixit mihi; Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius.* Itā ergo Pater Filium suum percussit.

4. Attendamus secundò rationes, quare voluerit Deus vti mediis creaturaru. Vbi primum dicimus, quod dimissus est Satanas Christū impetere; vt ab eo prostratus & vict⁹, spoliis exueretur animarū sanctarū, quas veluti captiuas retinebat in lacu, vbi non erat aqua. Cōmisit ab intio diabolus cum eo, qui pater constitutus est Orbis terrarum, & illum deiecit plagis impositis; semiuino relicto, & expoliavit. Curandus erat homo, & de potestate tenebrarum eruendus, vt staret consiliū Dei, qui propterea hominem collocauerat in loco voluptatis, vt de torrente voluptatis in via bibens; exaltaret caput, ad vitæ fontes aquarum, vbi qui bibunt, non sitiunt in æternum. Quod decretum infringi non debuit permitti refuga ille spiritus. *Qui enim non est dimissus de celo trahere cauda sua nisi tertiam partem stellarū, non debuit permitti, vt capite suo totum hominum genus perderet in gehennam.* Si enim cauda saluata est, à qua tanta venit ruina, caput erat conterendum, vt & contitio eius ad caudam perueniret. Debebat rursus declarari tum pietas, tum potestas Dei, qui vbi in celo tantam firmitatem tribuit spiritibus, quod prostrari non poterunt: tantum nihilominus robur in terris carni tribueret infirmæ, vt prostrata iam validius surgeret, & de suo deiectore triumpharet. Stabat superbus ille gigas aduersus phalangas Angelorum, & Itans impulit, vt caderent: at illi adhærentes

ei sine illo ruere non voluerunt, aut valuerunt. Et idēd proiectus est draco accusator, & interfecto fratrum suorum, qui traxit illos in terram; nec omnes tamen corrumpere potuit, sed factō prælio magno victus est ab eis. Nunc igitur prostratus, sic erit potens in terra, vt qui ordinati sunt ad implendas ruinas eius, ruat omnes, & gloriari possit, in cælis perpetuò manere ruinas, quas ipse fecit. Abiit à te Satana, non erit tibi hoc. Dominus implebit ruinas, & ad ampliorem gloriam ruentes reducet ad statum, nedum pristinum, sed altiorem, vt derubari de terrestri paradiso gloriosius euehantur ad cælestem: & qui non steterunt in terra, sedeant in celo; & qui in carne succubuerunt, in spiritu regnent in æternum. Homo igitur erat restituendus.

Sed qui pugna ceciderat victus, victor nihilominus pugna fuerat releuandus. Satanas in pugna cum Angelis victus abiit. In pugna cum hominibus victor abiit: sed finis adhuc bello non est datus, fortis armatus custodiebat atrium suum, quasi in pace possideret spolia sua. Sed non audis, non haecenus bellū consummatum? Quid est enim; *Inimicitias ponam inter te & mulierem?* audi finem belli. *Ipsa conseret caput tuum. Et tu insidiaberis calcaneo eius,* id est dum tu amoues caput calcaneo eius, sic illius pedi appropinquans, illa eleuato aliquantisper pede super caput tuum, rursus demisso pede conculcat leonem, & draconem. Quis verò calcaneus est, nisi nouissimus virorum, de quo scriptum est *Vidimus eum despectum nouissimum virorum, virum dolorum, & sic etem infirmitatē?* Sic enim in homine, & in hominum genere extremas tenet partes. At iste tam demissus, & humilis confregit in die iræ suæ Reges, conquassauit capita multorū, quia contriuit caput incredulorū, qui vocatur diabolus & Satanas, & Princeps huius mundi: sed dominatur excelsus in Regno hominum, & cuiuscumq; voluerit dabit illud: & humillimum hominem constituet super eū. Etiam si homines habeant super se Regem, Angelum abyssi, qui imperet illis, principatum tamen mundi non

Apoc. 12. 9.

Apoc. 12. 7.

Luc. 11. 22.

Gen. 3. 15.

Isa. 53. 3.

Psal. 109. 5.

Dan. 4. 14.

ex se consequuntur, sed Deo disponente constituuntur in illo. Attamen postquam ad apicem Imperij totius pertenerint: Deus Pater humillimum hominem, qui se vsq; ad mortem Crucis humiliavit, constituit super mundi principes, in quibus regnabat serpens, ponens illos scabellum pedum eius. Vides calcaneum conterentem. Zabulon, & caput eius confringentem? Pugna itaq; erat debellandus draco. Propterea conuenit cum Principibus terræ aduersus Dominū, & aduersus Christū

Matth. 4. 3. ejus. Quin & per se accedit tentator, insidiens calcaneo, vt decipiat & deiciat; &

Luc. 4. 13. fugatus recedit, non omnino, sed vsq; ad tempus: q̄ tempus fuit hora illa, qua Christus in horto deprecabatur apud Patrem.

Matth. 26. 39. Tunc enim Satanas nullum non mouit lapidem, omnes extendit neruos, artes suas vniuersas adhibuit, vt deleteret nomen eius de sub caelo, & prorsus interimeret. Hæc ergo causa est, cur dimissus est Christum persequi, vt pugnando subigeretur, qui pugnans hominem expugnauerat.

6. Qua in re videmus summā Christi humilitatem, summā nihilominus afflictionem. Viderat Satanam sicut fulgur de caelo cadentem, non domicilium solummodo relinquentem, & descendentem in profundum abyssi; sed in seipso vilissimum factum, omniumq; creaturarum contemptibilissimum, vt qui super astra cœli exaltari meditabatur, solum suū infra omnes serpentes terræ atq; scorpiones depressus calcaretur à pedibus nudis piscatorum, & in inferiores partes inferni proiectus, ibi prostratus, contractus, compulsus iaceret in æternum. Hunc tam vilem, tam abiectionem, in extremum vilitatis & abiectionis deturbatum, ad se admittere, ab illo appeti, & impugnari Filium Altissimi, quantæ humilitatis est? Quem apud se in caelis stare non permisit, nunc in terris ferre, vt ad se audeat accedere, tanquam ad hominem vulgarem, peccabilem, labilem, deceptibilem, quantæ dico humilitatis est? Hostem perpetuum, detestabilem, odiosum, superbum, pari, vt se appetat insidiens? Audire indignas illas suggestiones, in quibus etiam petit se adorari, illi respō-

dere, scripturisq; illas conuincere, cogitet qui potest, quam hæc menti purissimæ Domini Iesu molesta fuerint? Videre se virgeri, & in tentationes impelli, in tribulationes iniici, ad mortem adduci, & cogi à tam vili mancipio, à tam furente hoste, ab eo, qui æterno damnatus est igni, heu quam Filij Dei cor & animum ista pupugerunt? Ratio superiori adiuncta hæc est, cur à diabolo passus est, nempe vt dolor super dolorem adderetur, vt acutior sagitta potentis transfigeret cor eius. Fortè enim hominum malitia, ad tam pessimas cogitationes & aduentiones, nõ peruenisset, opus fuit diabolo tentatore, suafore, incensore, persecutore. Voluit enim Dominus redemptionem esse perfectam: & ideo summam passionem, atque atrocissimam.

Nunc ad homines veniamus, quos etiam ministros adhibuit suorum laborum, & dolorum. Isti enim sunt semen diaboli: inter quod & semen mulieris, & Abraham, quod est Christus, inimicitia fuit: Et circa quod duo videnda sunt: Ratio videlicet & Modus. Ratio prima generalis est. Quoniam videlicet non patitur Deus frustra esse impios in hoc mundo. *Vniuersa* (inquit Sapiens) *propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Nè putetis frustra esse malos in mundo: Impius ipse, qui ad diem malum tendit, ad gloriam Dei facit, seruit diuinæ providentiæ, diuinorum consiliorum minister est. Sic enim in oratione fideles cõfitentur: *Conuenerunt gentes, & populi aduersus sanctum puerum tuum Iesum, facere que manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.* Hinc est quod Nabuchodonosor vocatur seruus Dei, qui ultionem sumpsit de inimicis Dei. Hinc Romani exercitus, qui Iudæos perdidit, & ciuitatem Ierusalem succenderunt, & ciuitatem exercitus Christi. Hinc spiritui immundo, qui promisit se decepturum Achab, Deus dixit: *Decipies, & pranalebis: egredere & fac ita.* Impiis ergo, tam spiritibus quam hominibus, vitur manus Omnipotentis ad complementum consiliorum suorum: Quid mirum ergo, si adhibuit illos

illos Deum operi huic insignissimo? Porro si vitur in reliquis quoque, vt excellentia diuinæ potentia atque sapientia eminentius appareat, debuit in summo opere id fieri: Propterea enim & ex rebus Ægypti factum est sanctuarium, & artifex templi fuit alienigena. Et Gabaonita populus Chanaanæ minister fuit in ministerio Tabernaculi. Ratio alia est, vt homines ostenderent esse in causa, quam obrem Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Venit enim peccatores saluos facere, & dare animam suam redemptionem pro multis. Homines (inquam) peccatores fuerunt in causa; vt Filius Dei fieret filius hominis, qui pro hominibus mori posset, & poneret pro illis animam suam. Non frustra ergo admittuntur peccatores, qui crucem procurent, qui mortem promoueant, qui ministrent in hac cultura Dei.

8 Propterea enim non per peccatores tantum venit Christus, qui in serie patrum suorum habuit pessimos multos, vt Roboam, Achaz, Manasse, & huiusmodi, verum & per peccata. Post tres Patriarchas sanctos, quibus semen hoc promissum est, Iudas est primus pater Domini Iesu. At qualiter ex Iuda prodiit Christus. Mulierem habuit Chanaanæam, ex cuius populis descendere non putauit Christus. Primogenitus ex illa Her fuit nequam in conspectu Domini, & ab eo occisus est. Secundus Oнан, qui uxorem fratris sui Thamar duxit, vt suscitaret semen fratri suo, ingrediens ad illam semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret. Reliquus erat Sela, cui secundum legem patribus à Deo inspiratam, tradiderat Thamar, quod tamen Iudas timens ne & vnicus tertius filius moreretur, dissimulabat exequi. Quæ fuit occasio, vt ipsa mutato habitu concuberet eum socero suo: Vnde natus est Phares parens Christi. Peccauit illa; peccauit ille; peccauerunt ambo, & ex hoc peccati opere continuata est series progenitorum Domini Iesu Christi.

11 Peccata peccata (inquam) traxerunt Dominum de cælis, qui venit, vt saluum faceret populum suum à peccatis eorum.

Seclera duorum primorum filiorum, occasio fuerat, vt ad concubitus istum deueniretur, cuius pœnam vitauit Thamar; quæ non libidinis causa, sed filiorum putauit sibi licere quod fecit. Vbi fuit ignorantia facti ex parte Iudæ, qui putauit illa scortum esse, non nurum suam: ignorantia iuris ex parte Thamar, quæ iniustitiam à socero sustinens, putauit licite hoc pacto posse redimere vexationem suam. Peccata ignorantie per legem sacrificiis redimebantur: peccata ex industria facta per legem puniebantur. Hoc vides in casu isto. Idcirco gentilium peccata Apostoli Petrus, & Paulus tribuunt ignorantie. Non configurati prioribus ignorantia vestra desideris: Inquit Petrus. Paulus verò: Tempora quidem huius ignorantia despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes ubique agant pœnitentiam. Quod si veritas excedit figuram, & Christi passione omnia peccata delentur; Christus voluit super misericordia honorare Deum; quoniam apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio: Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Ex omnibus (inquam) non ex ignorantibus modò.

Peccata ergo bifaria fuerunt causa mortis Christi. Altero quidem modo, quoniam peccando homines ipsum morti tradiderunt. Altero verò modo, quoniam ipse mortuus est, vt peccata deleteret. Ergo & per peccata mortuus est, & pro peccatis. Vt causa efficiens illum crucifixerunt, vt causa finalis à Cruce destructa sunt. Quia & per scelus, & propter scelus populi sui percussus est. A sceleribus nostris traditus, propter scelera nostra; vt iniquitas persequentium famularetur Patri percipienti, vt tolleretur iniquitas nostram. Quod ita perfectum est, vt in quibus idem scelus, quod mortem intulit, morte sublatum sit: atque ita mors sustulit, quod mortem intulit. Vt igitur appareret quanta esset huius mortis vis, accepta est, & tolerata per scelus hominum: quod idem ipsa tollere potuit, adeò quod peccata vniuersa hominum, per quæ passus est Christus, potuit ipse sua passione delere, multaque; deleuit; eorum videlicet, qui percipientes pectora sua reuertebantur.

tur. Et qui credentes in Christum pœnitentiam egerunt, quod essent persecuti. Ita enim & qui antea persecutor fuit & blasphemus, postea prædicator & laudator factus est. Hæc ergo ratio est, quare ab hominibus pro hominibus pati dignatus est.

9 Hæc ratio aliam generat, quæ est Passionis vehementia, quæ duplicem habet originem, quæ utraque respicit remissionem peccatorum. Sit quidem durum, pati ab eo, quem beneficiis affecisti. At pati ab eo, cui patiendò beneficias, durius videtur; quod is crudeliter occidat me, quem occisum ego misericorditer viuificem necesse illa eadem, quam ab eo sustineo, ex natura rei ingens est pœna patienti. Pœnalia verò ista accepit quidem Dominus animo libenti; sed non idèò minus dolenti, imò magis; quia ex charitate venit in altitudinem maris, ubi tempestas demersit eum.

Psal. 68. 3. Potuisset in terra remanere, ut, ne intrarent aquæ vsque ad animam eius, sed neq; vsque ad carnem. Sed venit ipse spontaneus vsque ad aquas, non ad ripam modò fluminis, sed in altitudinem maris; quoniam aquæ multæ erant ibi, ut ab omnibus obrueretur, ut fluctus feri maris cum tempestate magna illum demergerent. Si ergo asperum est illi benefacere, qui tibi malefaciat, atque uti suo malefacto ad benefaciendum ei: noluit Dominus Iesus asperitatem istam euitare, sed totam amplecti, ut nil peius à persequente accipi possit, & nil melius persecutori fieri posset quoquomodo; idque illi præstaretur sua persecutione mediante. Altitudo maris fuit, quod summum malum, & summum bonum sic sibi occurrerent, ut ex malo bonum oriretur, atque id ipsum malum rediret denuò ad bonum eius. Bonum itidem sic malum acciperet in se; ut id factum bonum, recideret in malefacientem. Tempestas verò demersit, quia malum fit maius ex ista sua concursione cum bono. Est enim magni doloris causa, quod ei, qui mihi malefacit, suo ipso malefacto ego beneficiam. Nolite mirari hoc, si recordamini, quod mittentes Ionam in mare, periculum mortis ex sua ipsa missione e-

Ion. 1. 12.

uasurunt, & Ionas, qui ad hoc mitti voluit, ut tranquillitate mittentes potiretur. Flebilem tamen orationem de ventre piscis direxit ad Dominum, dicens. *Et protulisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transferunt. Circumdederunt me vsque ad animam: abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum.* Amplificatio ista notat vehementem dolorem Domini Iesu, quem pro nobis sustinuit in sua Passione, cuius mortis figuram fuisse submersionem istam Ionæ Prophetæ ipsemet declarauit.

Origo altera, quæ primum dictum superponit, est, quod cum Passio ista, quam ab hominibus tolerauit, sufficiens sit ad omnium profus hominum haurienda peccata. Infinita tamen mortalium multitudo, omisso tam eximio beneficio, à sarcina peccatorum suorum detrudatur in stagnum ignis & sulphuris, ubi non habent requiem, sed cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. *Ego vado* (dicebat Iudæis Dominus) *& in peccato vestro moriemini* Ibat ad mortem, quæ tamen multis non erat profutura. Rationem ibi vnam signat: *Si enim non credideritis* (inquit) *quia ego sum, moriemini in peccato vestro*: At quia non de fide sine operibus, quæ mortua est, loquitur, peccata omnia, quæ crimina sunt, vitam spiritualem auferentia deducunt ad inferos. Quare enim diabolus vocatur lucifer, nisi quia sicut diabolo & angelis eius paratus est ignis æternus, & ipse infelix filius erat perditionis, cui melius fuerat si natus non fuisset. Et sicut diabolus mortis Christi est author, cui tamen illa nullum attulit emolumentum; ita miser Iudas, in quem satanas introiuit, ad mortem tradidit vitæ authorem, qui tamen ex mortis faucibus per mortem illam non est erutus. Quis ergo, & quantus dolor Christi videntis, quam multis non esset sua mors profutura, sed ad amplius magis iudicium?

Moyse, quod populus murmuraret peccans carnes, intoleranda res visa est, & ait ad Dominum. *Cui afflixisti seruum tuum? & quare non inuenio gratiam coram te?*

cur imposuisti pondus vniuersi populi huius
 15. super me? Non possum solus sustinere omnem
 hunc populum, quia grauis est mihi. Sin a-
 liter tibi videtur, obsecro, ut interficias me,
 & inueniam gratiam in oculis tuis; ne tan-
 tu afficiar malis. Non est conquestus Moy-
 ses pro labore, quem intolerabilem susti-
 nebat in regendo populo; de quo labore
 Exo. 18. 18. dixit illi Cognatus suus: *Vltra vires tuas
 est negotium: solus illud non poteris susti-
 nere.* At videns ingratitude[m] populi &
 peruicaciam, quod contra Deum insurge-
 ret, carnes concupiscens, in querimoniam
 illam prorupit. Heu quid dicturus esset
 Christus, si iuxta mentis dolorem, verba
 eius dolore plena essent? Cur imposuisti
 pondus vniuersi populi huius super me?
 Iai. 53. 6. Aiebat Moyses. At posuit Dominus in
 Christo iniquitates omnium nostrum, quas
 1 Pet. 2. 24. ferret in corpore suo super lignum. Et plu-
 rimi tamen ignorantes, rebelles, reprob-
 i, non murmurant modo, delectabilia appe-
 tentes, voluptatum amatores magis quam
 Dei, sed Christum prorsus abiiciunt, vel di-
 centes: *Num saluare nos poterit iste? Non est
 1 Re 10. 27. salus ipsi in Deo eius.* Aut salutem abnegan-
 tes, quam expectamus in caelis, aut quouis
 modo illam perdentes. Hi quam graues
 fuerunt Domino Iesu? Quantis ob eo-
 rum perditionem affectus est malis? Inter-
 fici maluit Moyses, quam grauem porta-
 re populum illum. At Christus vere per-
 cussus est, & interfectus, & nihilominus
 afflicus, quod inanis fuerit labor suus &
 sine fructu iis, qui pereunt. Heu quam a-
 mara mentis amaritudo? si flet Paulus ali-
 quos ex iis, qui peccauerunt, & poeniten-
 tiam non egerunt, pro quibus tamen Pau-
 lus non est crucifixus: non magis lacryma-
 tus est Iesus: scribit Paulus *Tristitia est mi-
 hi magna, & continuus dolor cordis meo; o-
 pe ibam enim ego ipse anathema esse à Chri-
 sto pro fratribus meis, qui sunt cognati mei
 secundum carnem.* Et hoc adeo vult sciri,
 ut iuret dicens: *Veritatem dico in Christo,
 non mentior, testimonium mihi perhibente
 conscientia mea in Spiritu Sancto.* O tristi-
 tia, ô dolor, ô tristitia magna, ô continuus
 dolor, pro quo non optauit solum Chri-
 stus derelinqui a Patre, sed vere derelictus

est a Patre, quam derelictionem memo-
 raturus, alia multa atrocita supplicia posuit
 in capite Psalmi, lamentationis verbis il-
 lam amplificans, dicens: *Deus Deus meus Psal. 21. 1.
 quare me dereliquisti? longe à salute mea
 verba delictorum meorum.* Delicta sua vo-
 cat iniquitates omnium nostrum, quas in
 eo posuit Pater. Sicut autem delicta no-
 stra vocat sua, ita salus nostra, salus est e-
 ius: ergo delicta illa, quae longe sunt à sa-
 lute, illa sunt, quae non remittuntur, &
 salus illa est, quae longe est a peccatori-
 bus. In hoc ergo se queritur derelictum,
 quod cum sua fecerit derelicta omnia,
 patiens sufficienter ad omnium remissio-
 nem, vt omnes saluentur, multa tamen
 remaneant, pro quibus salus à multis e-
 longatur.

Hac si cogitarent homines, forte con-
 uerteretur ab iniquitatibus, forte in Chri-
 sti passione erudirentur, vt transirent per
 mortem eius ad vitam: Scriptum est enim:
*Semita vita super eruditum, vt declinet de
 inferno nouissimo.* Quid putas voluisse Chri-
 stum descendere ad inferos? Id quidem
 fecit, vt educeret in sanguine testamenti
 sui iustos de lacu, in quo non erat aqua.
 Vide ne forte voluerit & promptum osten-
 dere animum suum ad sustinendos inferni
 dolores, vt solutus ipsius inferni dolori-
 bus, omnes prorsus homines in gloriam
 suam adduceret. Sed non sic decretum
 fuerat, quia congruum id non deputauit
 Altissimus. Cur itaque non extremos pas-
 sus sit cruciatus, quod ad infernum nouis-
 simum videret non paucos destinatos?
 Cur quod pati non poterat in inferno, vi-
 uens non sustinuit quantum possibile fuit?
 cur dolores hos non dixerimus inferni do-
 lores ex eorum vehementia, & ex eorum
 respectu ad inferni supplicia, quando fre-
 quens Scriptura dolores inferni vocet il-
 los, qui maximi sunt, qui sua atrocitate in-
 fernales referant? Neque enim frustra Pe-
 trus de Christo concionatur: *Quem Deus Act. 2. 24.
 suscitauit solutus doloribus inferni, iuxta
 quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Et
 enim quomodo Dauid erutus est ab infer-
 no inferiori, qui extreme afflicus, prohi-
 bitus est occidi, & ita praclusa est illi via
 ad in-

II
 Pro. 15. 24.
 Zach. 9. 11.

Psal. 17. 6.

Act. 2. 24.

Psal. 85. 13.

ad infernum inferiorem: Haud secus soluti sunt dolores inferni, & in Christo, & à Christo, ut quidem à maximis liberaretur, qui ut ostensum est, dici possunt dolores inferni. Et dolores illi, qui vere in inferno sustinentur, sic ab eo soluti & elongati sunt, ut illos re ipsa sentire non possent. Iuxta quod ab inferno impossibile erat illum teneri, quod dolores, quos sustinuit, non potuerint esse perpetui, & qui qui sunt in inferno, eos ipse non potuerit esse percellus, quæ tamen impossibilitas eo magis atroces illos reddebat, qui eum poterant viuentem, ac morientem trucidare. Eia ergo aduocatos vos esse volo ad tantam Domini & charitatem, & passionem considerandam, ut si vestri obliti, vestram salutem negligitis operari, saltem dolorem super dolorem Domino non addatis, ut qui passus est pro vestra salute, etiam pro vestra damnatione non patiar, declinantes de inferno nouissimo.

Exhortatio

SECUNDA PARS.

12 **M**ODVM, quo Dominus ab hominibus sustinuit passiones, nunc attendamus, qui variatur ex varietate personarum, a quibus ideo varie afflictus est. Genus vnum tangitur à Zacharia, quod est eorum, qui doluerunt super eum, qui in tres classes diuiduntur, presentium, preteritorum, ac futurorum. Presentes fuerunt amici eius, & quicumque super eius contritione, quam suis oculis videbant, amare doluerunt. Manifestum est ex Luca quod eum ad Caluariam, vbi crucifixus est, sequebatur multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum, quibus ille conuersus dixit: *Nolite flere super me.* Si ergo filia Ierusalem, mulieres videlicet illius ciuitatis, ita dolent super eum; ab hac classe dolentium non est segreganda Mater, & mulieres, quæ secuta fuerunt eum à Galilæa, inter quas erat Maria Magdalena, de qua scribit Ioannes: *Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo staret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.* Quæ ergo flebat ad monumentum, quid à Crucem fecisse tenere de-

bemus? Etenim ad Crucem stetit testis est Lucas dicens: *Stabant autem omnes nonni eius à longe, & mulieres, quæ secuta eum erant à Galilæa hac videntes.* Ex quo testimonio habemus, quod omnes noti eius aderant, videntes eum in Cruce pendentem. Nam de Ioanne cum Matre, loquitur aperte Euangelista Ioannes. Hi vero non sicis oculis, & corde arido, quem diligebant, videbant patientem, illusum, conuictiarum, morientem? Quando in cœna dixit discipulis suis: *Vnus vestrum tradet me: nonne contristati sunt valde? Quando de abscellu suo loquebatur illis, nonne dixit illis Iesus: Quia hac locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum? Et quod de illius abscellu contristantur, ipse ostendit subdens: Sed ego veritatem dico vobis: Expediet vobis, ut ego vadam. Et infra: Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Si de abscellu dolent, quid facturi sunt de tali abscellu, vbi crucifixus est, mortuus, & sepultus? Dicat hoc Dominus: *Plorabitur & flebitis vos; mundus autem gaudebit; vos vero contristabimini.* Quando vero gaudius est mundus? Audi Euangelistam: *Icans abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, quemadmodum illum traderet eis, & gaudiosi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare.* Et nunquid non ridebant, qui illum iridebant? Dicit autem Lucas: *Stabat autem populus spectans, & ridebant eum principes eum eis.* Nunquid non ludebant, qui illudebant ei? scribunt vero Euangelista: *Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes. Similiter principes sacerdotum illudantes eum scribis ad alterutrum.* Ergo tunc Apostoli contristati sunt, plorauerunt, & fleuerunt. Neque tempus huius fletus deputandum est illud, de quo scriptum est: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Ecce presentium dolor.

At sancti viri, qui passiones eius prævident, à compassione, nulla ratione credendum est, fuisse alienos. Neque enim David Christum referens dolentem & lamentantem, potuisset ipse de Filio Dei ita præscire, & præcinere sine vero dolore cor-

Psal. 87. 17 dis sui. Doler ergo caecus cum fetu: *In me transierunt irae tuae. & terrores tui conturbauerunt me. Dolores inferni circumdederunt me, praecipuerunt me laquei mortis. Et sustinuit qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea posauerunt me acetum. Ego sum pauper & dolens. Factum est cor meum tanquam cera liquefens in medio ventris mei.* Neque solum David ista praevidit. *Necessesit* inquit Christus *impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Quonia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati.* Hos sanctos, qui putauerit haec praevidisse, & non doluisse? T hrenos habemus id est lamentationes, quas fecit Ieremias propositis sibi calamitatibus futuri populi, & civitatis Ierusalem. Planctu habemus Michae super fururam destructionem Samariae & Ierusalem, qui tantus fuit, ut diceret: *Super hoc plangam, & ululabo; vadam spoliatus, & nudus; faciam planctu velut draconu, & luctu quasi struthionu. Quia desperata est plaga eius.* Si ista mala poena futura in populo tantum planctum excitauerunt in praevidentes, putas potuerunt illi praevidere Passiones Domini sui, quem tanto desiderio expectabant absq; magno cordis dolore? Si qui Agnum immolabant quotidie, intelligebant immolandum Agnum Dei manuetissimum, ut viri sancti quamplurimi praenoscabant, poterant sine lacrymarum suarum effusione effundere sanguinem victimae illius, quae patientem Christum sub oculos eorum representabat? De futuris, qui in sacris contemplationibus Passionem Domini veluti praesentem ante mentis oculos sibi constituebant, ut illius dolores in se transferrent, aliud nihil dicere statui, nisi quod Zacharias de illis praedixit, praesentes simul complectens & futuros. *Et effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem, spiritum gratiae & precum.* Nota verba ista designantia tempus, quo fideles spiritu acti precibus devotis se tradunt. Tunc enim fit, quod sequitur. *Et aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt*

super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. Certe in iis, qui percutientes pectora sua reuertebantur, vaticinium istud impletum fuit. Hi enim erant ex iis, qui conuenerant aduersus Iesum, ut crucifigerent eum, consentientes neci eius. Hi aspicebant in illum quem confixerant. *Videns enim Centurio, quod factum fuerat, glorificauit Deum. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quae fiebant percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe.* In his ergo aliqui aderant ex eis, qui crucifixerant, si non manibus propriis, assistentia, auxilio, consensu. Et hoc sufficit ad veritatem Prophetiae. Quamuis multi illius temporis, & futuri omnes non crucifixerunt.

Horum omnium Christus vidit dolores, fletus, planctus, sed & afflictiones voluntarie susceptas; ut stigmata Domini Iesu portarent in corpore suo. Si autem illi videntes amare flebant super illum: Nunquid ipse, qui vidit, non doluit super eos? An forte regulam nobis statuit Apostolus dicens: *Gaudere cum gaudentibus; flere cum flentibus:* quam non seruauerit Christus, qui impleuit omnem iustitiam? Triplex illum ratio ad compatiendum illis mouit. Prima est, quod cum homo sit, humanum noluit a se extraneum esse: humanum est autem cum hominibus conformari, & socios gaudij esse, & passionibus communicare. Propterea factus est homo, ut haberemus Participem, qui compati posset infirmitatibus nostris. Omnis enim Pontifex ex hominibus assumitur. Cum vero pro omnibus hominibus factus sit homo, talis esse voluit, qui omnium profusus videret infirmitates, ut hac ratione omnibus & singulis posset compati; & flere cum flentibus. Videns ergo omnes flentes, misericordia motus, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & lacrymatus est. Ratio altera specialior haec est, quod fletus iste sanctorum, pius & misericors est, & sanctus & iustus, atque Deo gratus; cui propterea Christus multo magis debuit communicare. *Sine me, inquit, nihil potestis facere.* *Ioan. 15. 5.* res; nihil (inquam) quod sit virtutis, & gratiae. Si-

Luc. 23. 47
48 49.

Rom. 12. 15.

Heb. 4. 15.

Luc. 7. 13.
Ioan. 11. 33.

Ioan. 15. 5.

Si-

tiæ. Sine illo ergo neq; potest sancte plan-
 gi, aut doleri; porrigit enim manum adiu-
 tricem iustitias nostris. Sicut enim Pater
 in eo manens facit opera, ita omnia opera
 nostra operatur in nobis Dominus, ut si-
 mus vnum, sicut ipse & Pater, vnum sunt.
 Ioan. 14. 10. Flet ergo cum flentibus, & in flentibus, si-
 cut cum operantibus, & in operantibus o-
 peratur; & in patientibus, & cum patienti-
 bus & ipse patitur. Ne forte audiens Pau-
 lum dicentem: *Adimpleo ea, qua desunt*
 Col. 1. 24. *passionum Christi in carne mea*: putares A-
 postolum sic addere suis passionibus, pas-
 sionibus Christi, ut quicquam pati posset,
 vbi non etiam Christus pateretur. Passus
 est enim Christus & in carne sua, & in car-
 ne Pauli: quia voluit, ut essemus socii pas-
 sionum eius. Quod quidem non ea tan-
 tum ratione fit, quod similia patimur illi;
 sed quia eandem cum illo passiones susti-
 nemus, ut vere dicere posset Apostolus:
 Gal. 6. 17. *Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo*
 p. 110. Hoc autem tunc adimpletur, quan-
 do nos Christo, qui passus est, cõpatimur,
 suas in corda nostra passiones transferen-
 tes, quas nostras iam factas, quia vere affi-
 ciunt nos, iterum ipse transfert in seipsum.
 14 Quo modo Passio triplicem habet sta-
 tum Primum in Christo patiente. Secun-
 dum in fideli compatiante. Tertium in
 Christo suas passiones ad nos delatas de-
 nuo resumentem. Quibus in modis omni-
 bus patitur Christus. Nam primo & vlti-
 mo aperte in se patitur. In secundo autem
 modo in suis patitur, qui sunt membra e-
 ius de carne eius, & de ossibus eius, quod
 fieri non posset, nisi prius ipse pateretur; &
 fieri non potest, quin ipse postea compa-
 tiatur. Et propterea in adimplente, quod
 deest passionum Christi, patitur ipse in a-
 nimo suo, quod patitur ille in carne sua: ut
 non gloriatur Pauli caro, quasi sufficiens
 per se; cum sufficientia eius a Christo sit,
 qui eam fecit, ut propter illum pati posset,
 & sine illo pati non possit: sine illo (in-
 quam) & prius patiente, & patientem il-
 lum adiuuante, & eidem patienti compa-
 tiante. Tertia demum ratio est, cur ita Do-
 minus sic patientibus compatiatur, non
 tantum videlicet, quia hoc humanum est,

& quia operibus fructuosis communicat;
 sed potissimum, quia fletus iste noster non
 qualiscunque, est etiam bonus, non vnde-
 cunque venit, sed de sanctuario excurrens.
 à latere dextro altaris holocaustorum. Est
 enim aqua nostra mista cū sanguine Chri-
 sti. Fluere poterat ex eius latere puncto
 sanguis, qui reliquus adhuc fuerat in ve-
 nis eius: Ataquam vnde hausit ut daret
 nobis, cui nepotus quidem aqua frigida
 oblatus est in cruce ardentem sitienti, sed
 acutum? Audi vnde. *Nonne lacryma vidua*
ad maxillam descendunt? A maxilla au-
tem ascendunt vsque ad cælum. Si hoc fie-
 ri potest, ut sapiens asserit: & si Mater
 Christi deduxit quasi torrentem lacry-
 mas, non potuerunt lacrymæ eius ex ma-
 xillis eius ascendere super cor Filij, ut inde
 fluerent aqua, vnde exibat sanguis? A-
 scendunt vsque ad cælos, quæ descen-
 dunt vsque ad abyssos. Quæ vero abyssi?
Veni in altitudinem maris (inquit ipse.) *Psal. 134.*
Abyssus vallauit me: pelagus operuit ca-
put meum, dixit Ionas: Et ecce plus quam
 Ionas hic, qui fuit in corde tertæ tribus
 diebus, & tribus noctibus. In profundum
 abyssi itaque penetravit Maria, quæ por-
 nas Christi cum fletu miscebat cordis sui,
 ut simul delatere eius exiret sanguis & a-
 qua. Quomodo ergo fletum illum Domi-
 nus Iesus non sentire potuit, qui cum il-
 lius sanguine mistus erat? *Aspiciunt ad Zacha-*
riam, quem confixerunt, & plangent eum,
 scripsit Zacharias. Oculis qui vidit, lacry-
 mas fudit. Visio sanguinis aquam protu-
 lit. Ergo etiam, tangens aquam sanguis,
 sanguinem tetigit. Quamuis ministrus, qui
 hauserant aquam, impleuerant hydrias a-
 qua, Christus tamen obtulit aquam vin-
 num factam: quia aqua, quam ego dabo
 ei, fiet in eo sanguis. *Posuisti* (inquit) *la-*
crymas meas in conspectu tuo. Ut non au-
 ribus tantum perciperes lacrymas meas,
 sed oculis, sed corde; ut illas hauriens fie-
 res socius passionum mearum, quibus ego
 socius factus sum passionum tuarum; ut tu
 mihi, qui pro te patior, compatiaris. Vidit
 Dominus Iesus in cordibus fidelium im-
 pressam passionem tuam; vnde venerunt
 flumina, & torrentes aquarum multarum.
 Meum

Meum est hoc (inquit) quod hic video. hæc est gloria mea, quam dedit mihi Pater. *Gloriam meam alicui non dabo.* Reperam ergo quod meum est. Accipe tu, quod tuum est, & retribue mihi, quod tibi gratis tribui. Da mihi passionis substantiam, quam me contingit. Ita percipit Dominus noliter lacrymas nostras. Percipit corde (inquam) ut hoc in se sentiat, quod in nobis. Si vitio datur, quod iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo: Pro iusto qui patitur, iusto patienti, & sibi compatienti, certe dignum & iustum est ut compatiatur. Hæc dixi, ut singularissimam rationem intelligas, qua Christus flet cum fletibus propter illum. Ita enim Passio eius multiplicatur, & dolori additur dolor, & sanguis sanguinem tangit, & crux fit arbor eximia, ut sit nihilominus nimis fructus eius.

14 Alio etiam modo amici Domini Iesu exaceruerunt sagittas suas, intenderunt arcum suum, ut sagittent in obscuro rectum corde. In obscuro (inquam) nescientes quid facerent. Dum enim sibi timentes & consulentes, fugiunt persequentes, derelinquunt ducem & magistrum suum; & in eo scandalizantur. Hoc inter insignes passiones Christi præcipuum esse ostendit ipse, qui prædixit discipulis suis: *Omnes vos scandalum patiemini in me.* Et iactanti se Petro dixit: *Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.* Ad quod confirmandum etiam prophetiam adduxit: *Scriptum est enim (inquit) percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Nihilominus habemus, quod ante hodiernam lectionem dixit Christus: *Multi audientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius dixit eis: Hoc vos scandalizat? & hodie. Ex hoc multi discipuli eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.* Murmurant ergo, scandalizantur, & derelinquunt. Hoc idem in sæculis præcedentibus, & in sequentibus euenisse, atque in dies euenire, atque euenturum, dum cœlum imminet terræ, per se notum est atque in propatulo. Adam primus homo & pri-

Tom. II. Bellintani.

mus iustus, quam leuiter recessit à Deo, *Gen. 3. 6.* qui creauit illum in sanctitate & iustitia, & posuit in loco voluptatis? Posterius eius, qui remedium habebant contra peccatum originis & actualia quoque, quam cito recesserant de via, quæ ostenderat illis? Ad moniti per diluuium filij ac nepotes sancti viri Noë, & hi errauerunt, viam veritatis derelinquentes. Et quid opus est recensere, quam saepe, quam iniuste, quam sacrilege dereliquerit Deum suum populus eius? Quid quod eiectum extra vineam interfecerunt Filium missum à Patre? Quid de Christicolis? Quid de toto cursu Ecclesie vsque in præsens? Quid de eo, quod certo expectamus? Collige hæc omnia cum iis, quæ tempore Passionis contigerunt, & scito quod non minus illa, quæ præcesserant & subsequuntur, nota fuerunt, & in prospectu Domini Iesu, quam præsentia, & quod non minus quam pro his dolore pro illis affectus est.

Quam vero pro hoc malo sit passus, inuit ipse in Psalmis, & in Prophetis. Vide in Psalmo, quam exaggeret suas afflictiones. *Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Estimatus sum cum descendentibus in lacum; factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebris, & in umbra mortis, super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Quid ultra dici potuit? Repletum se malis narrat, omnes fluctus Dei super ipsum irruisse; quam miseriam morti assimilat. Vbi erat & sepultura, & descensus ad inferos, nondum aperto cœlo. Vbi per consequens non erat ultra recessus aut remedium, ac si homo vulneratus somno mortis dormiret in sepulchro, atque inter mortuos esset liber id est solutus & segregatus ab his, qui possent illum adiuuare, vel suscitare. Intēdit ergo tribulationē suam declarare maximam, & sine adiutorio. Descēdens vero ad illam explicandam in specie pergit dicens: *Longo fecisti notos à me, posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum, & non**

Mat. 27. 39.

Psal. 87. 4.

Psal. 87. 9.

Yyy egredie-

egrediebar. Traditus (inquit) sum in manus peccatorum; & non egrediebar de manibus eorum. *Circumspexi enim, & non erat auxiliator: quasi sui, & non fuit, qui adiuuaret.* Cur ita longe fecisti notos meos à me. Tu Deus, qui percussisti me, ictum hunc terribilem dedisti, vt te permittente ac disponente, omnes noti mei starent à longe, & quasi abominabilem euitarent, atque procul fugientes recederent; propter quod oculi mei languerunt præ inopia, videlicet propter defectum adiuuantium & remedium: qui languor oculorum, cordis maestitiam notat.

Vbi sciendum, quod specialis ratio suæ maestitiæ est, quod in tantis suppliciis suis nec consolationem habuerit, nec adiutorem: ex eoque habetur, quod exterius cõtingit; quando noti & cari eius fugientes omnes dereliquerunt eum. Vnde in eodem Psalmo adicit infra: *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea; exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.* Semper (inquit) laboraui, sed postquam cœpi docere & miracula edere, & habere discipulos, mihi adhaerentes, tunc humiliatus sum; quia *Fratres meos longe fecit à me: vt ait Iob: & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerunt, obliui sunt mei.* Ex hoc ergo conturbatus est.

Res enim afflictionis est maxime; quam ideo & Iob numerat inter miserias suas, his quæ dicta sunt addens. *Inquilini domus mea, & ancilla mea sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Haliusum meum exhorruit uxor mea, & orabam filios uteri mei. Stulti quoque dispiciebant me, & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maxime diligebam, auersatus est me. Nemo dubitauerit hæc in figura Domini Iesu Iob patienti contigisse, vt hinc pateat, quanta fuerit hæc illius tribulatio. Subdit ergo in Psalmo pergens: *In me transferunt ira tua, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die, circundederunt me simul. E-**

longasti à me amicam, & proximum, & notos meos à miseria. Vbi vides quod hoc dânum tribuit iræ Dei, quam pluraliter nominat propter eius magnitudinem, & terrores conturbantes, vt appareat, quantum ex hoc turbatus sit & afflictus, atque nimio terrore concussus.

Tempus vero quando discipuli ac noti eius elongati sunt ab eo, determinat, dicens: *Et notos meos à miseria;* quod est dicere: *Elongati quidem sunt à me, non vt recederent à me;* Nam alijs quibusdam recedentibus, dixi Apostolis: *Nunquid & vos vultis abire? & respondit Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æterna habes: & nos credidimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.* Sed vt miseriam euitarent, quam videbant. Nam is idem Petrus, qui dicit: *Cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.* Terrore perterritus cœpit detestari, & iurare, quia nõ nouisset hominem. Timore itaque acti discipuli omnes, relicto eo fugerunt. Quod ad miseriam pertinere ostendit ipse alio in Psalmo: vbi alte exordians ait: *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt: quasi dicat: Etsi non videbantur, qui me persequebantur, nec exterius apparet tribulationes meæ; defecit tamen in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus: quoniam præter ea, quæ extrinsecus sunt, intrauerunt aqua vsque ad animam meam, præuidebam enim mala mihi superuentura, pro quibus orabam in gemitibus multis, vnde Laboraui lamans, rauca facta sunt fauces meae. In huiusmodi afflictionibus defecit vita mea, & anni mei, dum transeunt, & dum defectum patiuntur, nedum consuetæ malitiæ suæ, sed iugis militiæ meæ ac tentationis. At prope defectum extremum vitæ meæ, & annorum meorum, Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde, & timor notis. Qui videbant me foras, fugerunt à me: & obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vis perditum. Quoniam, videlicet, exprobrauerunt mihi inimici mei. Vnde vicini mei exprobratum fugiebant, timentes sibi,*

tes sibi, atque ita elongati à me; non vltra mei ac si mortuus essem recordabancur. Velut si vas confractum, & missum in sterquilinum non vltra venit in mentē Cogitaret ergo vnusquisq; apud se, quanta sit miseria ista & tribulatio, & audiat Sapientē: *Amicus fidelis pr. testio fortis. qui aut inuenit illū, inuenit thesaurum.* Ergo qui perdit illum thesaurum perdit. Rursus: *Amicus fidelis medicamentū vitæ. & immortalitatis: & qui metunt Dominū, inuenient illū.* Tantum, videlicet, bonum est, vt merces quædam sit virtutis à Deo data. Est enim remedium contra mortem, & contra mala omnia. Sed est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis: *Est etiam amicus socius mensæ: & non permanebit in die necessitatis.* Hoc genus amicorum passus est dominus, qui idcirco doluit mentem, quod eos summè diligeret.

16. Verum & aliud amicorum genus Sapientis recenseret ibidem, dicens: *Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus, qui odium, & rixam, & consuetudinem denuciabit; denuciabit (inquam) quoniam aperte manifestabit odium, rixam concitabit, & inferet conuicia.* Hic est amicus ille cui dixit Dominus. *Amice ad quid venisti? Qui ad tantam inimicitiam conuersus est, vt diabolus mereretur nuncupari à Veritate: Nonne (inquit) ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* De hoc in figura dixit Iob: *Et quem maximè diligebam, auersatus est me.* Hæc maxima dilectio, & interior est, & exterior. Nam verè Dominus diligebat eum, cupiens illius salutem, eamq; procurans modis omnibus: Ideo enim hodie diabolum vocat, vt tactus dolore cordis intrinsecus, cogitet vias suas, & conuertat pedes suos in testimonia Domini, agens pœnitentiã. Ita & in cœna, dum lauaret pedes discipulorum suorum, dixit eis: *Vos mundi estis, sed non omnes:* & exponit Ioannes: *sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum, propterea dixit: Non estis mundi omnes.* Rursus postquam lauit pedes eorum, & illos docuit sui imitationem, subintulit: *Si hæc feceritis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vo-*

bu dico: Ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur Scriptura: Qui manducat meū panem, leuauit contra me calcaneum suum. Quin & postquã dixit: *Vnus ex vobis tradet me: vt illius duritiam frangeret, addidit: Vt homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille: & dicente Iuda. Nunquid ego sum Rabbi? Respondit: Tu dixisti.* Ad quid ista nisi vt infelix cognita nequitia sua reuerteretur ad cor? ergo maximè diligebat. Et non est maximæ dilectionis signū ad tantam dignitatis celsitudinem euehere, quæ sciebat futurum esse traditorem? exterius autem maximè dilexit, quia familiarius vsus est illo; ita vt quando dixit illi: *Quod facis, fac citius; quidam putarent, quia oculos habebat Iudas: quod dixisset ei Iesus: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenus, vt aliquid daret.* Vnde & in cæno manducabat secum, & ei Iesus porrexit intinctum panem. Hinc & in Psalmo: *Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Quantam familiaritatem, quantam dilectionem innuunt verba ista? Quare vnanimis? quia vocatus, secutus est eum. Quare dux eius? quia erat veluti procurator domus eius, qui curabat, & providebat locum, quod erat venturi. Sicut fecerunt Petrus & Ioannes in cœnaculo. Quare notus? quia erat inter alios impensè familiaris. Dulces simul capiebant cibos, quoniã amicabiliter conuiuabant, & erat socius mensæ cum dulcedine conuersationis. Ambulauerunt in domo Dei cū consensu ob longum discipulatum propter quem in Apostolum fuit electus.

Hæc absq; dubio fuerunt causa doloris intrinsecus, quem ostendere volens Dominus, dicturus: *Vnus vestrum tradet me, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis: Quia vnus ex vobis tradet me.* Hanc turbationem tunc excitauit exterius, quandò causam illius reuelabat, vt sciremus, quòd quandiu causa fuit illi nota, tam diu conturbatum se sensit cordis tristitia. Cognouit autem semper: semper itaque doluit: & propterea

pterea continuus fuit dolor cordi eius. Præsentibus enim causis illarū sensit effectum. Sed præsentia præter communē & continuam cognitionem singularis etiam fuit causa dolendi. Quantus ergo dolor, continuē præ oculis habere traditorē? videre illius pessimas meditationes & machinationes? scire tractatus? intelligere dolos? artes intueri? Huius doloris vehementiam exprimit in Propheta. Verba præmittit magnum experimenta dolorem, di-

Psal. 54. 2.

Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebra. Vide immensam animi tristitiam, neq; putes non sensisse timorē mortis, quod Deus esset, quod offerretur, volens, quod iret spontē ad passiones, quod liber inter mortuos vellet computari. Sicut voluntariē sacrificavit, corpus subdens supplicij: haud secus sacrificavit animū, objiciens illum atque subiciens propriis tortoribus, cuiusmodi sunt timor, tristitia, tædium & labor. Scriptum est enim,

Matth. 26.

38.

Marc. 14.

33.

quod cœpit contristari, & mœstus esse, pauere, & tædere. Idcirco dicitur, quod turbavit seipsum, quia seipsum subiecit tribulationi, atq; in se illam admisit, sicut & hostes exteriores super se venientes non fugavit; tradens seipsum in manus peccatorum.

Causam verò tristitiæ atq; formidinis tribuit prius hosti pessimo, deinde pluribus. *A voce* (inquit) *inimici, & à tribulatione peccatoris*: hic est traditor, cuius

Matth. 26.

23.

Iob. 18. 3.

33.

Marc. 14.

44.

vox est illa: *Quid vultis mihi dare, & ego tradam illum vobis.* Cuius tribulatio sic exprimitur ab Evangelista: *Iudas cum accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc, cum laternis, & facibus, & armis. Dederat autem traditor eius signum eis, dicens. Quemcumq; osculatus fuero, ipse est, tenere eum, & ducite eum, & cum venisset, statim accedens ad eum, ait: Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Ecce tribulatio peccatoris, ecce vox ini-*

mici. Subdit postmodum iniquitates persequentium: *Quoniam de leuauerunt in me iniquitates.* Hostes mei suas iniquitates ad me direxerunt, me suis iniquitatibus affligentes; tenentes, ligantes; ducentes, calumniantes, condemnantes, & quæcumque voluerunt facientes, vt non immeritò cuperem quasi columba auolare de manibus eorum. Sed quod me præ ceteris angit, est, quod medio illo, qui meus erat notus & dilectus, hæc omnia venerūt super me. Et hoc est quod pergens subdit: *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, & si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, sustinuissem utique. Tu verò homo unanimitis, dux meus & notus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Si sustinuisset maledictionem, & magniloquentiam inimici, quid de amico? Nunquid non sustinuit? Hæc phrasi offensam amplificat, quod intolerabilis sit, quæ sustineri nō possit, quæ offensa à sic dilecto ineffabilis est, vt verba non inueniantur, quibus valeat explicari. propter hoc supprimitur vox, subintelligitur quod nō dicitur: *Tu verò homo unanimitis.* Quid? nimium crudelis es, inexplicabilis est offensio tua, quæ idē sustineri non valet. Quid putas Agnus, qui nō aperuit os suum cū ronderetur, cum iugularetur, cum decorticaretur, cum immolaretur, nunc aperit os suum dicens: *Iudas, osculo filium hominis tradidit? Amice ad quid venisti?* Esto, ita locutus sit in conuertendo; sic tamen notum esse voluit animi dolorem nimium, quem idē etiam per Prophetas prænucciavit.

Iam de aliis, qui dolorem addiderunt super dolorem Domini Iesu, nunc loqui superfedeamus, finem loquendi faciamus in hoc, quem lectio hodierna suggillat, quem Christus nomine vocat diaboli, pro quo Christus turbavit seipsum. Hic est crudelis ille, qui diabolo comparatur, qui fuit homicida ab initio. Duos Adamos notauit Apostolus, quorū primus fuit forma futuri. Sicut ex vno illo primo omne genus hominum processit: Ita Christus pater est omnium electorum, qui multos filios (inquit Paulus) adduxit in gloriam. Qui

Lac. 1. 18. Qui non naturaliter sicut primus Adam, sed voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus imitum aliquod creatura eius, id est, ut simus noua creatura, creati in Christo Iesu, non secundum veterem hominem, qui corrumpitur, sed secundum nouum, qui renouatur de die in diem. Ita enim Christus Pater est futuri seculi, istius (inquam) quod nouissimis temporibus initium habuit, quando nouus homo venit in mundum, ut annunciaretur Domino generatio ventura, populus videlicet qui nascetur, quem fecit Dominus, qui non ex sanguinibus sed ex Deo natus est. En quomodo Christus Pater est omnium nostrum. Sicut ergo diabolus homicida fuit ab initio primi Adam: Ita Iudas in nouissimo homicida fuit secundi Adam, ut merito propter hanc similitudinem diabolus sit vocandus. Hic est filius diaboli, ex patre (inquam) diabolo, & semine eius, quod ideo exercuit inimicitias aduersus semen mulieris, quod est Christus. Sicut autem feminis nomine ex Abraham intelligitur Christus principaliter, ut docet Apostolus, deinde vero alii filii & secundum spiritum & secundum carnem. Itaque semen diaboli in primis intelligitur Iudas, qui semen proprium & precipuum mulieris interfecit; ex consequenti vero ii intelliguntur, qui desideria diaboli facere moluntur, dicente Domino: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Diabolus omnes homines. prostravit in primo Parente, verbo iniquo, & auditione mala. Iesus autem verba vite aeternae habet: spiritus enim, & vita sunt. Ergo qui diabolum audiunt, semen illius sunt, morti obnoxii. Qui vero Christi verba audierint, viuunt.

19 Ergo doctrina mala deferenti viam viuentis. *Qui dicit increpationes, morietur.* Quis *Pro. 15. 10.* est, qui deserit vitam, nisi qui recedit a Christo? Christus enim est *paris vite.* qui *Ioan. 6. 48.* descendit de caelo, & dat vitam mundo, cuius caro est pro mundi vita, cuius verba spiritus & vita sunt, qui quos vult viuificat. Quis vero vitam hanc, quae Christus *Ioan. 6. 61.* est, deserit: illi deserunt, qui non capiunt verbum eius, qui murmurant, qui scanda-

lizantur, qui dicunt: *Durus est eius sermo.* Hi sunt, qui cum iubet diligendum proximum etiam inimicum; dicunt factis: *Durus est hic sermo.* Cum iubet ferendam crucem post illum; dicunt: *Durus est hic sermo.* Cum iubet cauendum ab omni auaritia; dicunt: *Durus est hic sermo.* Cum iubet erudendum oculum scandalizantem, praecedendam manum, & pedem, odium patrem & matrem, adhuc autem & animam propriam; dicunt: *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* Istis doctrina mala est; quia sic illis videtur mala, malam aestimant, duram vocant, inaudibilem, inobseruabilem; & ideo illam abiciunt, spernunt, reprobant, corrumpunt, peruersere intelligunt, atque deprauant. *Quo modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Qui auditis eius praecipis dicunt: *Quomodo possunt haec fieri? Ne mo carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam.* Cur igitur illam crucifigam? Cur mortificabo membra mea? Quare custodiam vias duras? Cur odero animam meam? *Durus est hic sermo.* Ergo iure declinabo a verbo aspero, ab auditione mala. Quia haec est doctrina mala: Sed iis, qui sic doctrinam arbitrantur malam, mala verè est, lapis offensionis, lex mortis. *Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.* At verò occasione accepta: *Quod bonum est, factum est mihi mors: Quia lex spiritualis est Ego autem carnalis sum, factus transgressor legis.* Et sic supra modum peccans, dum legem non custodio. Nunquid qui bene omnia fecit, non loquebatur bene, cuius verba sunt spiritus & vita? & tamen ait: *Si non venissem, & locutus es non fuisset, peccatum non haberent.* Quare hoc? *Quia qui verbum Dei audit, & non custodit illud, amplius accipiet iudicium, & remissius erit Terra Sodomorum, quam illi.* Qui enim gloriatur in lege, per prauaicationem legis, Deum inhonorat. En quomodo doctrina istis est mala. Quia scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. An non peccatum est illi, qui renuit audire? *Qui obrurat aures suas, ne audiat legem? Qui scientiam viarum Dei non vult?*

vult? Si peccatum est, & mors, illi adhaeret: quia per peccatum mors introiit in orbem terrarum. Ergo qui odit increpationes, *Prou. 15. 10 morietur.* Duo ista mala apprehenderunt multos ex discipulis Christi, qui in verbo vite scandalizati sunt, & qui arguentem & increpantem deseruerunt. Hæc sunt mala nostra, qui scimus voluntatem Dei, & non facimus: & quoniam facere detrectamus, etiam scire contemnimus odientes increpationes, disciplinam irridentes. Audiamus igitur, vt viuamus. Alioquin ad quem ibimus, in quo bene esse possumus? Ad quem ibit homo deserens Christum? ipse est vita tua, non est in alio aliquo salus, solus ipse

Mat. 10. 36 vita, solus Saluator. Etiam domestici hominis inimici eius; etiam qui amat animam suam, perdet eam: nam si diligis iniquitatem, animam tuam odisti, sanguini

Ioan. 12. 25 tuo infidaris *Ad quem, ad quem ibimus?* Ad te Domine confugio, quoniam tu es protector meus. Tu es gloria mea, tu exaltans caput meum. Quod nobis concedat ipse. Amen.

Psal. 10. 9.

Psal. 3. 4.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Bonum nostrum à Deo est; vt sit completum, otio torpere non debemus, sed ad mouere manum: quo fit, vt simus ex numero eorum qui sunt Christi. In bonis temporalibus, & spiritualibus gratis datus quisq; sua sorte contentus esse debet. In Morali, admiratio. Ad quantam malitiam perueniat homo.

Num. 35. 1. & seq.
2. Tim. 2. 19.

DILIGENS illa determinatio confinium terræ Chanaan, que populo Israël fuerat repromissa, quam determinationem Deus ipse decreuit, constituit præfixos terminos vndequa; ab Oriente, Meridie, Occidente, & Septentrione, nobis duo præterdit. Alterum, quod nouit Dominus, qui sunt eius, veluti ad Terram uiuentium pertinentes, atq; ita etiam quina

illi sunt, quibus dicturus sit: *Amen dico vobis, nescio vos: Discedite à me omnes operarii iniquitatis.* Alterum, quod nostrum vnusquisq; debet esse sua sorte contentus, conclusus in trā concellos suæ conditionis & vocationis, vt non velit neq; sapere, neque capere plus, quam oportet & decet. *Pauper enim & creditor obuauerunt sibi, vtriusque illuminator est Dominus:* ait Sapiens. Sic sibi obuiant, vt alter ad alterum terminum accedat; sed non illum excedat; vtrunq; Deus illuminat, ostendens vtriusq; statum suum, quo sit contentus; ceterisq; eorundem amborum statum, tantum à se determinatum demonstrans, vt ab vnoquoque diuina cognoscatur prouidentia, quæ pauperem facit, & dicit, humiliat, & subleuat. Horum primum hodierna exponit lectio dicens: *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum.* Alterum verò dum subdit: *Verba Domini Iesu, & Euangelista: Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Et, *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant.* Hi erant non credentes; qui audito sermone Domini de Eucharistia, dicebant: *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* Altiora enim se quærebant volentes sapere, plus quam oportet sapere. Super his ergo duobus erit consideratio, & narratio nostra: si vos intenti manseritis in sermone meo.

Magna magnalia de cœlesti conuiuio à Patre ipse noster Iesus Christus, qui dat nobis panem nostrum quotidianum, pronunciauerat, magnificans illud, quæ magnificentia esset cœlestis illecebra, qua ad illud illiceretur vniversus Orbis. *Murmurabant tamen Iudæi, quia dixisset: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendit. Et dicebant: Nonne hic est Iesus, filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? litigabant quoque adinuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Præterea. Multi audientes ex discipulis eius dicebant: Durus est hic sermo; & quis potest eum audire? Tandem*

dem inquit ipse. Nonne ego vos duodecim
eligi, & vnus ex vobis diabolus est? Vbi vi-
 demus ex tribus generibus hominum, qui
 illum audiebant, aliquos ad illum perti-
 nere, aliquos ab eo separatos. Ex turba, si
 credunt aliqui, alii murmurant, litigant.
 Ex discipulis multi scandalizantur, & ab
 illis abscedunt sequela, sed non omnes.
 Ex Apostolis, qui sunt intimiores *Vnus est*
diabolus, Iudas videlicet, qui illum erat
 traditurus; ceteris illi adherentibus & ob-
 sequentibus. Ita ergo tametsi Domini est
 terra, & plenitudo eius, sicut p̄cis tem-
 poribus populum vnum ex omnibus na-
 tionibus terræ sibi eligit peculiarem: ita in
 sæculis omnibus quosdam elegit sibi, qui
 manducarent, & biberent cum Abraham,
 Isaac, & Iacob in Regno cælorum, vbi fe-
 cit cœnam magnam.

3 *Qua* in consideratione duo veniunt no-
 bis consideranda. Primum est, quod bo-
 num maximum, quod vniuersis homini-
 bus satis esset superiq; est panis viuus, qui
 dat vitam mundo, porens omnes prorsus
 naturas ratione præditas, satiare, & beati-
 ficare. Vbi apparet charitas, & largitas Dei,
 qui dat omnibus affluenter & non impro-
 perat, nolens aliquem perire, sed omnes ad
 suam mensam conuenire, ibiq; delectari,
 eo pasci. Et sicut omnibus parauit men-
 sam, ita requisita ad hoc etiam ab eo parata
 sunt omnia, vt nihil ex pietate sapientia
 suæ vitra facere possit vineæ suæ, quod
 non fecerit ei. Hæc est terra promissionis,
 vbi erant ædificatæ domus, constitutæ ci-
 uitates, plantatæ vineæ, cultaque satis vni-
 uersa terra.

4 *Secundum* est, quod forte diuideretur
 terra; sic tamen, vt pluribus plus tribuere-
 tur, minus paucioribus. In cuius possessio-
 nem, extinctis habitatoribus, introirent.
 Quid hoc? fors à Deo temperatur, vt id à
 Deo tributum intelligatur, quod forte cõ-
 tigerit, iuxta Prouerbiũ: *Sortes mittun-
 tur in sinum, sed à Domino temperantur.*
 Hoc est opus Dei, sine quo nihil fieri po-
 test. Ided̄ *nemo potest venire ad me, nisi fue-
 rit ei datum à Patre meo.* Homini partes
 sunt, plus vel minus habere, iuxta numerũ
 introeuntium, atq; pugnare, vt quod forte

contigerit, acquiratur. Sit itaq; fors Diuina
 dispositio, pugna operatio humana. Et vi-
 de vtrunq; notatum à Christo: *Possidete pa-*
tratum vobis Regnum à constitutione mun-
di; esuriui enim, & dedisti mihi manduca-
re. Ne curiosius quæras, vtrum vltius sit
 causa, vel ratio. Sit tamen quæras, en dubie-
 tatis dissolutio in Ecclesiæ precibus. Om-
 nium miseris, quos tuos fide & opere fu-
 turos esse prænoles. Hoc certum est, v-
 trunq; concurrere, nec alterum sine altero
 dari vquam. Nos quod nostrum est, per-
 ficiamus. Alioqui audire Principem Iosue:
Vsquequo marceus ignaua, & non intratis
ad possidendam terram, quã Dominus Deus
Patrum vestrorum dedit vobis? Dedit (in-
quit) ecce opus Dei. Dedit quidem ipse,
 sed vos vestras non exequimini partes, i-
 gnavia marcescentes. Et obserua quod ibi
 dicit Scriptura. *Congregati sunt omnes fi-*
lii Israël in Silo, ibi fixerunt tabernaculum
 testimonii, fuitque eis terra subiecta. Re-
 manserunt autem septẽ Tribus, quæ non-
 dum acceperant possessiones suas. Subie-
 cta erat terra; & tamen septem Tribus nec-
 dum partes suas acquirerant. Septem (in-
 quam) O septem! O numerum vniuersita-
 tis! Multitudo magna non habet q̄ man-
 ducet, torpet otio; socordia iam faciet. De-
 dit Deus, & tu tamen non accepisti, non
 accipis, non curas, non cogitas. Ita tamen
 septẽ Tribus à Iosue excitatæ, sortes suas,
 pugnantes obtinuerunt, & impletum est
 hoc, quod scriptum est. *Dedit Dominus*
Deus Israël omnem terram, quam traditum
se patribus eorum iurauerat, & possede-
runt illam, atque habitauerunt in ea.

At nos oscitantes neq; excitat verbum
 Dei, neq; nostram hæreditatem curamus
 possidere, quod & ibi figuratum est in
 hoc, quod quamuis Chananaeos subiecif-
 sent, non deleuerunt tamen omnes, sed
 vel tributarios fecerunt, vel cum illis inie-
 runt societatem. Sic est, sic est apud nos:
 terram nostram à nobis alienam facimus,
 illaque vacui remanemus. In hoc itaque
 habemus & quod Dei est; dicente Do-
 mino. *Nemo potest venire ad me, nisi fue-*
rit ei datum à Patre meo; & quod nostrum
 est, dũ dixit ad duodecim. *Nunquid & vos*
vultis

Matth. 23.

34.

Ios. 18. 3.

Ios. 18. 1.

Ios. 21. 44.

Iudic. 1. 27.

3. 5.

vultis abire? & respondit Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vita aeterna habes, & nos credidimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei. Secundum est, quod nostra interest, non Dei, si illum sequamur, illique adhaereamus. Vultis (inquit) & vos abire? At Petrus. Ad quem ibimus? Quae est eius utilitas, ut existens in caelo descendat in terras? Quae utilitas, ut fiat panis pro saeculi vita? Quae (inquam) utilitas, ut det carnem suam ad manducandum, & sanguinem suum ad bibendum? Quando primum in Sacris litteris de Deo fit mentio, Creator describitur. In principio creauit Deus caelum & terram. Ergo ut dator bonorum, non acceptor. Vidit enim cuncta bona, sed quae ipse fecerat: Nihil enim bonum est, nisi quod bonus ipse fecerit? At verò ista fecerit, quasi in illis re-

Gen. 1. 1.
31. *Gen. 1. 1.* quiem accepturus? Quoniam caelum (inquit) mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Num ergo laborabat antequam quidquam faceret à principio? si non faciebat quidquam, quomodo laborabat? Antè forte stans fatigabatur? & propterea sedem sibi constituit caelum, & terram ubi requiescerent pedes eius? At ubi erat ipse, antequam ista fierent? certè in seipso. Vnde verò habuit caelum, ut sedes esset; terra, ut scabellum pedum; ut ita sedenti quietem darent, nisi ab eo qui fecit caelum & terram? ergo quòd quietem tribuere possint, id ab eo receperunt, qui creauit illa. Qui ergo hanc illis praebeuit virtutem, eam ipse prius habuit in semetipso. Ergo in seipso quieuit semper. Nisi velis dicere imperite, quòd maiorem habeant permanentiam quae facta sunt, quam qui fecit. Sicut ex ipso, & per ipsum, ita in ipso sunt omnia, qui portat omnia verbo virtutis sua. Quis mensus est pugillo aquas, & caelos palmis concludit? Quis appendit tribus digitis molem terra? Quis librauit in pondere montes, & colles in satera? Quis adiunxit spiritum Domini? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Non caelum sedes, & terra scabellum ad quietem Creatoris preparandam, sed ad immensitatem illius declarandam dicta sunt. Sic illis honor tribuitur, quòd Deo seruiant, non quòd Deus egeat.

Sit arca testimonii, testimonium huius: Pauper veritatis. Qui sedet super Cherubim, ubi apparet sedens? ubi thronus eius, qui Thronos fecit & Cherubim? Arca scabellum est pedum eius, sed quis vidit pedes istos? Opus magis visum est sub pedibus eius, quam caelum cum serenum est. Ad instructionem nostram dicta sunt haec, ut sciamus Deum istis non indigere. Idè enim in tabernaculo nulla apparet Dei species, aut figura, ut ducant quidem illa in memoriam Dei, praesentia verò non exhibeant, & sit ad illa reuerentia, nulla autem in Deo indigentia. Sed demum factus est homo. Nunquid propterea quòd illius deliciae fiat cum filiis hominum? En illius deliciae. Natus in medio frigore, egenus in diuersorio, pannis inuolutus, positus in praesepio, pauper, dolens, in laboribus a iuuentute, ad flagella paratus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis; ubi exaltatus, humiliatus est, & conturbatus. Delicias istas computauit, commendans hac ratione nimiam charitatem suam, morti pro inimicis suis. Omnia ergo propter nos, omnia nostra sunt, omnia propter nostram salutem. Idcirco panis est. Panis autem propter se non fit, cibus est; cibus non sibi, sed comedenti. Panis, qui dat vitam mundo: nam si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum, & resuscitabitur in nouissimo die.

O vilem considerationem! Scitis enim (inquit Apostolus) gratiam Domini nostri Iesu Christi, qui propter nos egenus factus est, cum esset diues; ut illius inopia vos diuites essetis. Quid murmuratis, o Iudae, quia dicit, quòd sit panis viuus, qui de caelo descendit? Quid litigatis o turba insipiens; Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Quid temporalis sectator Christi scandalizatis in sermone eius? Quid ingrate, illum derelinquitis, quando amplius multoque largius se nobis profert, ut & cibus noster dignetur esse, effici, communicari, ut det nobis de carne eius, & satureremur? Heu, ubi abundauit delictum, abundauit & gratia, quia voluit vincere in suo bono malum nostrum. Ergo ad accumulationem eius, & aduersus illum, ubi abundauit

dauerit gratia, abundabit & delictum: Vbi se magis donat, magis repudiabitur? Immutabilis mollitur, vt sit edentulorum cibus, butyrum, & mel, panis viuens, & calidus, & clamabit insipiens, *Durus est hic sermo?* Rescendit de caelo ne causeris & dicas. Quis nostrum valet usque ad caelum ascendere, deferat illum ad nos? floret de ciuitate sicut fornax terrae semper viuens, semper integer, semper florens, non de terra, sed de ciuitate. *Vox de ciuitate, vox de templo, vox Domini dicentis. Ego sum panis vitae. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus.* Heu ad tantam Dei bonitatem quid dormitis? quid negligitis? quid receditis? quid apponitis iniquitatem super iniquitatem in malum vobismetipsis?

7 Nos quod facimus vobis facimus, siue bonum, siue malum. *Si sapiens fueris, tibi metipseris; si autem illuseris, solus portabis malum.* Et sanctitas tua, & iniquitas tua in suam tuum conuertetur. Gaudet quidem Dominus vobis benefaciens. *Et gaudebit* (inquit) *super te Deus tuus.* At si contra eum incedens, illius furorem prouocabis contra te, nihilominus gaudebit te disperdens. Audi Moysen: *Sicut ante latatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans; sic latabitur disperdens vos, atque subuertens.* Quid putatis o peccatores? exacerbare Deum? exasperare illum? sic offendere, vt doleat? Audite illum de vobis ad Ieremiam: *Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? Nonne semetipsum in confusionem vultus sui? Ecce furor meus, & indignatio mea constat super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terrae; & succendetur, & non extinguetur.* Tibi, tibi ipsi malum creas, qui male agis. Bene fac & bene tibi erit. *Nonne si benefeceris, recipies? si autem male egeris, statim in foribus aderit peccatum tuum?* Aderit in suo effectu, in fructu, in poena. Tibi soli peccasti; tibi soli nocuisti. Sapiens Petrus, qui ait: *Domine ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes.* Verba, quae locutus es, spiritus & vita sunt: Vita sunt, quia spiritus sunt; non carnaliter intellecta, sed spiri-

ritualiter dant vitam aeternam. Non est hic sermo de vita carnali secundum carnem. Sermo est de vita aeterna; quam dat caro vitae, non carnaliter sumpta, sed quem admodum docet Spiritus veritatis; nempe & spiritualiter, & sacramentaliter. Sic dona Dei, vt decet, vt congruit, vt vult ipse, suscipienda sunt; non vt volumus nos, vt cogitamus nos. Si ad voluntatem eius accipimus, prosunt; obsunt, si ad nostram. En latam sententiam: *Qui dat pauperi, non indigebit; qui despicit deprecantem, penuriam sustinebit.* Intelligis? Qui dat pauperi, accipit, vt decet; quia accipit, vt dispensator, & propterea non indigebit. Qui despicit deprecantem pauperem, accipit, vt auarus dominus, contra voluntatem dantis. Ideo accepta, erunt illi detrimenta. Panem caeli dat nobis Pater noster, accipe tu fidelis, mundus, amans, & erit ad vitam. Si accipis vt Iudas, auarus, immundus, incredulus, tibi erit ad mortem; tu tibi manus inferes: perditio tua exte.

SECVNDA PARS.

Hinc ergo transitum facimus ad secundam considerationem, quod quisque debet intra fines suos contineri, vt non putet alios excedere in conditione, sicut excedebat Saul in statura. Naturam Deus cum hoc viro voluit prope sequi, vt qui procerior esset in corpore, superior esset in populo. Qui amplior esset in statura longitudine, in status altitudine aequae constitueretur. Sed hic tandem reprobarus est, deficit enim natura, subrogatus est Dauid paruulus, pasceus oves, rufus, pulcher aspectu decoraque facie, citharodus, qui ad aliud quoque idoneus videbatur, magis quam ad Regnum. Vnde armatus incedere non poterat, & Goliath videns illum, despexit eum. *Erat enim* (inquit scriptura) *adulescens rufus, & pulcher aspectu.* Gratia hic praeualuit non natura; propterea sedes eius in aeternum mansit. Saul cui condonata fuerat regia potestas, cedere debuerat illi, Domini intellecta per Samuellem voluntate, quod a Regno fuisset reprobarus, quod alteri corona esset tributa; sed

1. Reg. 10.
23.
1. Reg. 15.
23.
1. Reg. 16.
12.
1. Reg. 17.
39.
42.

ta; sed eum magis persequatur ad necem, qui fuerat pro illo à Deo decretus Rex. Et hanc fuisse persecutionis causam, ipse declarat Ionatha filio suo, dicens: *Omni-
bus diebus, quibus filius Isai vixerit super
1 Reg. 20.
31. terram, non stabilierunt, neque regnum eius.
Itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad
1 Reg. 24.
4 & 26.5. me, quia filius mortis est.* E contra David
cum Saulem occidere potuisset, & accipere
sibi Regnum, cuius iam à Deo susceperat
unctione, abstinuit, hosti pepercit crudelissimo; ut diadema speciei acciperet de
manu Domini; ut qui vngens dederat iurisdictionem, saluans item possessionem
daret. Et quando propter peccatum suum
sustinuit filii sui Absalon persecutionem,
2. Reg. 15.
14. Regno cessit, patienter egit quandiu placuit
Altissimo, iterum in suam sedem reducere
illum, quod petebat, simul deprecans pro
peccato suo in Psalmo Miserere: ubi dicit:
*Redde mihi latitiam salutaris tui,
& spiritu principali (id est Regio) confirma
me.* Sic ergo vnusquisque contentus ea
conditione, usque donis, ac muneribus, quæ
illi Deus Dominus cæli & terræ commu-
nicare dignatus fuerit. Ità enim dictum est
operario murmuranti: *Accipe quod tuum
est, & vade. Volo autem & huic nouissimo
14. dare sicut & tibi.* An non possum quod volo,
facere? Hinc & casualis homicida: Si
extra urbem refugii fuisset occisus, id iuste
patiebatur: debuerat enim profugus vsque
ad mortem Pontificis residere. Iocus ille
tunc sibi erat concessus, omnis alius prohibitus,
cui non sat est, quod illi concessum est, iste
digne perit & iuste. Qui plus sapere volebant,
quàm illis datum esset, dicentes: *Durus est
hic sermo; & quis potest eum audire?* His etiam
quod datum fuerat, sublatum est. Christi sequelam
profecit non à se fuerant consecuti, *Nemo enim
(inquit Dominus) potest venire ad me, nisi fuerit
ei datum à Patre meo:* Dum discipulus vult
esse super magistrum, ipso etiam discipulatu,
atque illius societate & sequela priuatur. *Multi
ergo propterea ex discipulis eius abierunt
retro: & iam non cum ipso ambulabant.*

Duo sunt in quibus intrà terminos de-

bemus contineri. Tertium non habet finem. Temporalia sunt illa, & gratis data
spiritualia. At hoc tertium charitas est. De
temporalibus ait Apostolus: *Ita habentes al-
1. Tim. 6.
mentia, & quibus tegamur, his contenti sumus.*
Hæc ad necessitatem data sunt. Scit enim
Pater noster cælestis, quia his omnibus
indigemus. Dum ergo habes, quod satis est,
quid ultra fatigaris, anxietas, & sine fine
laboras? Ideo culpantur, qui non quiescunt
vnquam, sed sine fætietate ad vitiora
semper anhelant. *Vbi sunt Principes Bar-
gentium, qui argentum thesaurizant, & non
16. rum in quo confidunt homines, & non est
finis acquisitionis eorum?* Et per alium
Prophetam: *Va qui coniungitis domum ad
domum, & agrum ad agrum, & agrum ad
terminum loci, nunquid habitabitis vos soli
in medio terra?* Ratio culpandi duplex est,
tū quia in vanum, tū quia in damnum
laborauerunt. In vanum quidem quia inu-
tilis est labor, quod pro re fit inutili. Quid
enim ultra necessitatem possides inutile
est, nihil prodest, non commodo est,
sed oneri. Vita nostra via est, viaticum est
deferendum, si plus quam oportet, portatis
fatigatur inutiliter. Onus inutile fuisse
Davidi arma Saulis: quod satis fuerat de-
38. ferens, victoriam retulit atque triumphum.
Adde quod & id, quod inutiliter collectum
est, auferri etiā consuevit. Ideo Isaias post
supradictam criminationem factam aggre-
gantibus sine fine subdit: *In auribus meis
1. Reg. 17.
sunt hæc: dicit Dominus. Nisi domus multa
deserta fuerint grandes, & pulchra sine
habitatore: Decem enim iugera vinearum
facient lagunculam vnā, & triginta modii
sementis facient modios tres.* Obseruat
Deus auiditatem istam, & punitur morte
auiditatem istam, & punitur morte auiditatem
istam, faciens desertas eorum domos
grandes, & pulchras, tum sterilitate
percutiens terram, quam cupide nimis
ampliauerunt. Sic & Salomon: *Vir, qui
festinat ditari, & non inuidet, ignorat
quod egestas superueniet ei.* In
damnū verò laborauerunt, tum
spirituale, tum temporale. Et spirituale
quidem, quoniam (vt ait Salomon.) *Qui
festinat ditari, non erit innocens.* Avaro
nihil est scelestius: Propterea quod radix om-
nium

Tim. 6. nium malorum est cupiditas. Et certe qui pecunias habent, difficile intrabunt in Regnum caelorum. Verum etiam detrimētū cupidus temporale incurrit. Vnde q̄ dixit Salomon: *Qui festinat ditari, non erit innocens: de innocentia p̄nae potest intelligi.* Non erit (inquam) innocuus, sibi non erit innocuus; nocumentum enim auaritia ipsa non modicum infert auaro. Achan sit testis, qui sibi necem propter cupiditatem suam comparauit. Et vnde mūdus iste inferus factus est, nisi quia paucissimi sunt, qui nimia cupiditate non agantur? Omnes enim querunt quae sua sunt, & quae sua non sunt. Adeo quod vbi damnati spiritus gementes dicunt: *quid nobis profuit iactantia diuitiarum?* clamare possint, qui sunt super. *Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, nisi spinas & tribulos.* Ita enim appellatae sunt ab ipsa Veritate; quia pungunt, lacerant, eruciant, & origo sunt malorum omnium, bellorum, aduersitatum, & tribulationum. Et quod dictum est de diuitiis, verum est de quibuscunque bonis temporalibus, pro quibus vniuersas frustra laboratur & perniciose. Ideo enim a sapiente inducuntur damnati dicentes: *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid consulit nobis?* Et quod de superbia dicit, aequae dicit & de voluptatibus, & de ceteris omnibus, quae secundum carnem desiderantur. *Transseunt enim omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncijs percurrēns.*

10 Bona, quae animam respiciunt, non iustiores facientia, & Deo acceptiores, & haec debent infra constitutos limites concludi. Si natura & arte comparentur, quid opus est pro illis plurimum laborare, quando quidem aequae ipsa, atque temporalia & externa, & vana sunt & mala, si non ad iustum modum deducantur, si plus iusto laboris pro illis impendatur. Eorum vanitatis testem habemus locupletissimum virū illum, qui sapientia diuinitus infusa, fuit clarissimus. *Quid dicis Salomon? Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, & praecessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem. Et mens mea contemplant a est multa sapienter, & didici.*

Eccl. 14.

Didique cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque & stultitiam. Et agnouit quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus: eo quod in multa sapientia multa sit indignatio. & qui addit scientiam, addit & laborem. Ad quid igitur laborare, ut sciamus quae scire non prodest? At vero non est Apostoli illa sententia. *Scientia inflat?* Ecce praeter vanitatem iam nocumentum. An non graue dispendium temporis, quo maxime in necessariis indigemus, occupatio in superfluis, & amissio inutilis. Neque rerum altitudo, abstrusio, perfectio vtilem facit investigationem illarum, cognitionem, considerationem. Mellis sapientiam Salomō comparauit, hortans ad illius acquisitionem, dicens: *Comede fili mi mel, quia bonum est & fauum dulcissimum* 13. 14. *guttur tuo.* Sic & doctrina sapientiae animae tuae, quam cum inuenieris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. En verae sapientiae utilitatem dulcis in presenti, utilis in futuro, & vitam reddit suam & felicem mortem. Qui vere sapiens est, & iucundatur viuens, & moriens gloriatur. Sed ne deciparis in specie sapientiae, ut scire quae non oportet, proficuum arbitris, ingerit idem Salomō hoc aliud Proverbium. *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria.* Non excusat maiestatis splendor, quin accusat magis, ne velimus curiosus Altissimi secreta perscrutari. Dulce quidem est mel, ita & intelligentia rerum plena est voluptatis. At mel si abundantius comedatur, officit sanitati, ita saluti aduersatur, si quis velit sapere non ad sobrietatem. Ergo & de temporalibus atque corporeis, & de his, quae animum spectant, si non prouehunt ad virtutem, verum est, quod,

Est modus in rebus, sune certi denique fines.
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

O quam benignus Dominus, qui, quae utilia nobis sunt, voluit esse captu facilia. Praecepta nosti? Non. Quare? *Prope est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.* Nō in caelo situs, nō trans mare de-

Zzz 2 porta-

1. Cor. 8. 1.

Prou. 24.

Deu 30 14.

portatus. Facilis est, & omni acceptione aptus. Et quid homini vilius quam Passio Christi? Cogita illam, & de Deo cogitas. Cogita illam, & gloriam celestem introspicis, intelligens quanti sit illud, pro quo datum est pretium immensum & inaltimabile. Sic arguens iam gentes, quam sit grauis infernalis pœna, quam vti nobis arceret Deus, voluit, Christum tot tantisque pœnis subiici. Aspice in eum, quem confixerunt homines, & hominum intelliges iniquitatem, ingratitude, ignorantiam. Et ipsius iniquitatis videbis malitiam, pro qua abolenda, infinita est admota Bonitas. Virtutū splendor vnde rutilantius emicat, quam ex sole isto iustitiæ, quando conficillus est per Passionē sacculus, qui illum operiebat. Si de forti egressa est dulcedo; Vide fortem, qui rocular calcavit solus. Vide mustum dulcissimum inde profluens & excurrent. Vide animam ad pedem Crucis fructus illius comedentem, atque dicentem. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Iudic. 14.
14.

Isai. 63. 3.

Cant. 2. 3. 4.

12.

Eph. 2. 4.

Ioan. 1. 11.

Pf. 117. 22.

Mat. 21. 39.

Gal. 2. 20.

Phil. 1. 9.

Passio Domini primarium fontem suū habet charitatem Dei, qui propter nimiam charitatem suam Filium suum ad suos misit, qui illum non receperunt: ad ædificantes misit qui illum reprobauerunt: ad agricolas misit, qui illum occiderunt: Ut qui erat panis viuus, vt mortuos cibaret, conglutinatus est cum mortuis, deputatus cum descendentes in infernum. Et quid aliud ergo producet, quam charitatem? In fide viuo Filij Dei (inquit Apostolus) qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Viuo in fide, ardens in charitate, diligens diligentem me, & qui propter scelera mea tradidit in mortem animam suam. Charitas tertium est bonum, quod modū, quod mensuram, quod finem nescit, & nequit habere. Et hoc oro (ait Paulus) vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis faceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei. Tantum bonum est Deus, vt charitas erga illum nunquam finem inueniat; quo plus diligit, eo magis

diligendum nouit, & ad illud diligendum magis accenditur, videns ad hoc se tenentem, & eo amplius adiuuari, mobilitate vigens, viresque acquirit eundo, obeundo, ineundo, introeundo, atque sine quiete iugiter præeundo. Recte ergo orat Apostolus, vt charitas magis ac magis abundet, ne statu contenti simus, in quo sumus; sed probemus potiora, in omni sensu meliora probantes, vt illis degustatis ad perfectiora feramur: quod alibi monet Paulus. Sic repleti, vt repleti magis continue appetamus, & expetamus.

Sed heu! eo minus tendimus, quo magis tenemur. Quis Iuda plus tenebatur diligere Christū? lequitur a cultore? honorare? Segregatus in Euangelium Dei, in Apostolatum Christi, in caput omnium credulorum? Et diabolus ex Apostolo factus, traditor ex discipulo, aduersarius ex domestico, & ex commensali insectator, carnifex, interfectore? Sic multi ex discipulis alius, sic multi turba, vbi largius donatus, licentius opponuntur. Hæc, hæc est ingratitude nostra, nostra iniquitas, nostra condemnatio. Verbis non erudimur, verberibus indigemus, instar illius, de quo Salomon: *Seruus verbis non potest erudiri; quia quod dicit, audit, & respondere conuenit.* Nunquid non audiebant dicentes: *Durus est hic sermo; & qui potest eum audire? & contemnebant, & scandalizabantur.* Et nos non audimus verba vitæ æternæ? & recedimus tamen, & non cum ipso ambulamus. Non vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. Tu, tu nū iustus es? num perfectus es? Si peccator es, nescio; dic tu peccata tua. Confitere peccatum tuum. Sed heu, o-
mnes declinauerunt, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonū. Ergo non iam cum Christo ambulantes, retro abierunt, dereliquerunt fontem aquæ viuæ, longe facti sunt. Et ad quem ibitis miseri, recedentes a Deo viuo? Ad quem ibitis, vt bene sit vobis, quibus bene esse non potest, nisi cum Christo? Hic est panis vitæ, qui manducatur ex hoc pane, viuet in æternum. Ieiuni morientur, fame cruciantur, siti æstuant, aquæ gurta celam priua-

pruabuntur. Qui sicte ergo, veniat, & accipiat fontem aquæ vitæ gratis, salientis in vitam æternam. Amen.

M O R A L E.

14. **O** Verbum. *Vnus ex vobis Diabolus est.*
 Ex quibus vnus ille? ex hominibus. Ergo ad tantam iniquitatem transibit homo, ad tantam malignitatē, tam scelestus erit, tam facinorosus, vt diabolus ab ipsa Veritate dicatur? Homo ad imaginem Dei factus, sic diabolicam sumet similitudinem, vt homo existens, verè diabolus sit? Homo de terra factus, & in terra conditus ad tantam ascendet superbiam, ad tantam euehetur nequitiam in cælestibus, vt is, qui in cælo creati, de cælo ceciderunt, par fiat in sceleribus suis? Homo de humo, humi repens, humilis factus, abiecta humilitate, superbia elatus, audet illius compar fieri, qui temerè dixit: *In cælum conscendam, similis ero Altissimo.* Mortalis homo spiritui, qui mori nequit, vult coequari? Qua verò in re? In peccato, in scelere, in tumore, in ausu temerario, sacrilego. Appetit diaboli nomenclaturam. Nō satis est illi hominem impiū esse, diabolū se statuit, se ostendit, se iactat. Audiat ergo Veritatem. *Vnus ex vobis diabolus est.* Homo viator, qui potest declinare à via recta, & in eandem reuerti, irreuocabilem spiritum æmularur? In profundum se dejicit peccatorum, quò cum venerit, contemner, & odio habebit corripientem in porta. Tempori abrenunciat, quod datum est ei ad pœnitentiam? Hortatus ad conuersionem dicit: *Desperavi, nequaquam faciam?* Erit ex dicentibus & ipse: *Desperaviimus: Post cogitationes enim nostras ibimus, & vnus qui que prauitatem cordis nostri mali faciemus?* Non ergo vidistis, ô impij, satanā, sicut fulgur de cælo cadentem: mors vestra casus vester. *Quia mortales estis, vos sicut homines moriemini.* Quia superbi estis, & desperantes; sicut vnus ex Principibus cadetis. Cadentem sequi vultis in eo, quod dicebat: *Ascendam super altitudinem nubium; ipsum, ipsummet se-
 13. quimini in eo; & dictum est illi: Quomodo*

cecidisti de cælo lucifer? Et sicut iste vnus (id est primus) de principibus cadetis, & eritis appropinquantes in inferno deorsum. Sicut de illo dictum fuit: Veruntamen ad infernū 15. detraheris in profundū lacu. Non ergo vos corripit damnatio diaboli? Non vos illius supplicium emendat? Non vos auertit à peccato illius irreuocabilis auersio à Deo? digni facti, vt ex vobis singulo dicatur. *Vnus ex vobis diabolus est?*

Quisquis adhuc iste est, cui sic dicitur? 15. Veniat, respōdeat, dicat: Christianus sum, vnus ex discipulis Iesu, qui dicit se nosse Deum, assecla spontaneus, qui liberè viam veritatis elegit. Ille ergo qui præter imaginē Dei, ad quam in principio factus est, portauit imaginem cælestis Adam, indurus est Dominum Iesum Christum, iste rursus expolians nouum hominem, non veterem duntaxat denuò induet, sed fiet semen diaboli ad imaginem & similitudinem eius; vt verè sicut ex patre diabolo est, diabolus sit. O metamorphosin! ô diabolicam transmutationē! Adam quando *Gen. 5. 3.* genuit ad imaginē & similitudinem suam, genuit quod nō erat, dedit aliquid de suo, cum quo illi communicauit imaginem & similitudinē suam, vt nulla opus esset expoliatione ad hanc induendam. Sed, quòd qui habet imaginem Dei, vt homo; qui Christi similitudine decorat⁹ est, vt Christianus; qui Domini Iesu cœpit imitationem, vt eius discipulus sequens illū: exuat se splendore cælesti, auertatur de post tergum Domini, & quam exuere non potest naturalem Dei imaginem, obscuret, deturpet, conspurcet, induens diabolū; vt sit ex parte diabolo, diabolus; quis vel audire sustinebit? Quis audiens non contemiscat? Vel potius quis erit vnquam, qui hoc fieri posse concedat? Qui non fidem abroget tanto sceleri? O vtinam nō fieret! *Circuite vias Ierusalem, & aspiciate, & considerate, & quarite in plateis eius, an inueniatu virum facientē iudicium, & quærentem fidem. Quod si ceterū viderit Dominus, dixerint, & hoc fulso iurabunt.* Non loquor de populo barbaro. Circuite (inquit) vias Ierusalem. Intro in Ecclesiam Dei, hæreo verbis Domini dicentis ad Ezechielem:

Ezech. 2 3.
Ezech. 3 3.

Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Non enim ad populum profundè sermonis, & ignota lingua emitteris. De nobis sermo est, qui sumus populus Dei, & Ierusalem cœlestis. Aspice (inquit) considerate, quærite. Non est, qui faciat bonum: etiamsi iurauerint se benefacere, & hoc falso iurabunt gentes apostatrices, quæ recesserunt à Deo, non creatæ in malo, recedentes à Deo, cui erant coniunctæ. Ad quem ibimus à Deo recedentes?

Luc. 11. 23.

Qui non est mecum, contra me est; qui contra illum est, contrarius illi est, aduersarius est. Aduersarius Diabolus est, qui propterea Satanas dicitur, quod est aduersarius. Ergo ad quem ibimus recedentes à Deo? Ad aduersarium, ad satanam, ad diabolum? Quibus verò gressibus? eisdem quibus receditur à Deo, quibus etiam ipse diabolus dereliquit Deum factorè suum.

Ioh. 8 44.

Audistis Dominum ad Iudæos: Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius vultis facere. Desideria diaboli sunt gressus eius. Dum Altissimi oppetit similitudinem, dicens: Similis ero Altissimo: cadit de cœlo, serpit humi, & graditur super pectus suum.

Isa. 14 14.

Nō dicit similis ero Deo, similis optimo, summo bono; sed Altissimo in altitudine, in sublimitate, in superioritate, & celsitudine. Altissimo exoptat æquare, exaltationem cupit superbus semper ascendens sua cupiditate. Sed non quod voluit habere, potuit, neque locus eius amplius inuentus est in cœlo; inde cadens: & sic ad humilia loca descendens, vt neq; super pedes stare posset, aut ambulare, sed super pectus suum graditur, ad ima depressus totus, etiam corde, quod iacet in pectore: velit, nolit humiliatus, deturbatus, confusus, maximo quantum possibile est pudore confectus, affectus, infectus, defectus etiā perfectus. Quia *superbum sequitur humilitas*. En primus passus diaboli, quō ex Luciferō princeps tenebrarum factus est: ex assistenti aduersarius, qui est satanas; & qui erat excelsus, serpens effectus est. Inuidit postea homini, qui decretus erat ad implendas ruinas illius, & propterea decipit, interfecit, deiecit, subiecit, eiecit; sicque à Deo reiecit, & iuit in profundum

Prou. 29.
23.

abyssi. Qui ad illum vadit, illum sequitur, eisdem passibus pergens, imitatur, & mulatur, illiq; conformatur, vt sit filius eius, & desideria patris velit facere, illi configuratus non in membris, sed in desideriis: non in aspectu, sed in affectu; non corpore, sed corde; filius in mente, non in carne, serpens motibus & moribus, diabolus cupiditate & iniquitate. Isti non videbunt filium hominis ascendentem. Non capuit verbum istud: *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi*. Capere non possunt humilitatem Christi, qua descendit de cœlo factus homo, factus panis, factus cibus viatorum, qui erat Angelorum. Ergo neque digni erant, qui viderent exaltationem eius, claritatem eius, gloriam & potestatem eius. Quos dedisti mihi (rogat patrem) cœlo, vt illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. Qui Deum non vident descendentem, eius sequentes humilitatem; diabolus vident cadentem, illius precipitij facti consortes. Num parua exaltatio fidelium, quōd fratres Christi sint, quōd filij Altissimi? Optauit superbus similis fieri Altissimo. Nos iam similitudinē istam sumus consecuti. Quid patri similis, quàm filius eius? Ille non peruenit ad cupitam altitudinem: nos ad eam euecti sumus, quos dextera Dei ad illam exaltauit. Cecidit ille elatus, non loco, sed voto. Nos, nos si cadimus, loco cedimus, qui verè Altissimo similes existebamus, necdū similes facti sumus iumentis insipientibus, sed dæmonibus superbientibus, facti ex filijs Altissimi, filij serpentis depressissimi. O casum, & ruinā, & præcipitium! De loco eminentiori cadis, superbe Christiane, quàm diabolus; ruinosior casus tuus, quàm diaboli. Si regnantibus impijs (vt ait Salomon) ruinae sunt hominum. Quæ maior exaltatio est, eōd peior contritio, peior ruina. O qui locum deseritis dignitatis vestræ, qui ab Altissimo elongamini, Christum deserentes. Audite, & intelligite, Qui eiusmodi est, diabolus est.

16. Tantam transmutationem nos voluit Dominus considerare, dicens: *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Transeat, quod Lucifer diabolus sit, nō erat electus a Deo. Transeat, quod qui lucem veritatis non aspexit, diabolus sit, non erat inter vocatos ad cōnā. Transeat, quod de turba sint aliqui murmurantes, non iis dicitur, quod sint diaboli; neque discipulis contumelia ista irrogatur: sed qui cum paucis electus est; qui ad apicem tantæ dignitatis euectus est; qui ad principatum super omnem terram erectus est, & constitutus iudex super duodecim Tribus Israël; quod hic tantus, qui singularem sublimemque electionem a Deo est consecutus, quod is (inquam) diabolus sit, diabolus ab eo, qui elegit illum, dicatur: quis dignè, quis sufficienter valet admirari? Quid dico? Transeat, quod vnus ex his diabolus sit; sed quod multi Christiani, multi baptizati in sanguine Christi, multi saginati corpore Christi, multi potati spiritu Christi, ad tantum baratrum descendunt, ad tantam dentur precipites vilitatē, indignitatem, ignominiam, non est quod admiremur; solum est maxime quod doleamus, quod ploremus, plangamusque, quod eleuata voce clamitemus. *Heu, heu, heu* Nunquid vauē, o Creator omnium, constituisi filios hominum? *heu, heu.* Vbi sunt misericordia tua antiqua Domine? vbi consueta misericordia; vbi multitudo miserationum tuarum? *Heu* quis tutus, vbi ex duodecim electis a sapientia Dei, vnus diabolus est? *Vanite* prociadamus ante Deum, ploremus coram Domino, postulantes misericordiam eius. Amen.

FERIA IV. DOMINICÆ DE LAZARO;

CONCIO PRIMĀ.

Ecce ascēdimus Ierosolymam. vsque. & non intelligebant quæ dicebantur.

Luc. 18. 31.

ARGVMENTVM.

Considerantur qui sint illi qui Christum tradiderint, & quibus sit traditus. Beneficis maximis affecti fuerūt proditores. Ponderatur qualitas Christi proditi, qualitas prodentium, & traditionis effectus.

TANTVM bonum est pax, vt dicat sapientissimus Salomon: *Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio:* videlicet vt vitā pauperem potius geramus, quàm multa bona habeamus; si paupertas sit cum charitate, abundantia verò cum odio. Nam ibi felicius viuunt, vbi mutuo se diligunt homines, quàm vbi in multitudine diuitiarū suarū, homines sunt inopes charitate fraternā. Præualet. n. dilectio bonis omnib⁹, quæ ab hoc mundo suppeditantur, & apta est præ cunctis illis hominem etiam superbeatificare. Christus ergo Dominus, qui venit in hunc mundum ad toleranda mala nostra, suaq; nobis bona cōferenda, bono isto dignatus est priuari, vt illud nobis abundantius communicaret. Inuisus. n. fuit hominibus, cum his, qui oderāt pacē, erat pacificus, dum prudenter sancteq; loqueretur illis, gratis illū impugnabant, nec poterant illi quicq; pacifice loqui. Quinimò & Crucē supra dorsum eius fabricauerunt peccatores, & itā prolongauerunt iniquitatem suā, vt non deficerent illum vrgere, donec deficeret ipse vitam agere super terram. Nec potuit vnquam inuenire quietē conuenientibus omnibus aduersus illum: nam & alieni mentiti sunt illi; & eum non receperunt, vt quasi Iacob, dum fugit furentē Laban, occurrit odienti Esau: Quod vt certum nobis esset ad cognoscendam illius ergā nos charitatem, & ad cōsequendam a nobis illius humilitatem, Deus voluit in diuinis suis litteris id nobis esse testatū. Et hoc est quod ipse Dominus hodiē suis discipulis protestatur, dicens: *Ecce*

1. *Prov. 15. 17.*

Psal. 119. 6.
Psal. 128. 3.

Psal. 17. 46.
Gen. 31. 17.
Gen. 33. 1.

Eccē ascendimus Ierofolymam, & consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum. Vbi ex odio contra illum, & traditione illius facta, apparet summam suarū passionum sibi contigisse. Traditus enim gentibus, illulus est, flagellatus, conspuus, crucifixus. Hanc ergo ipsius traditionem, deuotē, amanterque consideremus. Ideo enim scripta est per Prophetas: & per ipsum Dominum suis discipulis prænuntiata, & per Euangelium nobis vniuersoq; Orbi pronuntiata.

Diuisio. 2. Vbi duo genera hominum consideramus, quae simul conuenerunt aduersus Christū Dominum, nempe qui tradiderūt, & quibus traditus est. De his, qui tradiderūt scribit alius Euangelista. Tradetur principibus sacerdotum, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus. Principes ergo Sacerdotum, & Scribae tradiderunt illum gentibus. Nam hi vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato Praefidi. Etenim confestim manē concilium facientes summi Sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Matth. 20. 18. Tradetur principibus sacerdotum, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus. Principes ergo Sacerdotum, & Scribae tradiderunt illum gentibus. Nam hi vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato Praefidi. Etenim confestim manē concilium facientes summi Sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Mat. 28. 1. Pilato Praefidi. Etenim confestim manē concilium facientes summi Sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Marc. 15. 1. Pilato Praefidi. Etenim confestim manē concilium facientes summi Sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato.

3. De his consideranda illa sunt: quae Christum Dominum nostrum maximē afflixerunt. Quorum primum sit: quod erant populus Dei; electus a Deo, merito Patriarcharum, quorum erat semen, quem excelsiorem fecit cunctis gentibus & plurimis affecit beneficiis: vt habetur in libro Sapientiae, in quo recitantur, quae pro illo fecit in Aegypto, & posteaquam etiā transfuit illos de Aegypto. Quibus rationibus Moyses frequens monet, vt Deo seruiant, neq; ab illo recedant. Ab electione quidem sic rationem sumit. *En Domini Dei caelum, & caelum caeli terra, & omnia, quae in ea sunt, Et tamen Patribus tuis conglutinatū est Dominus, & amauit eos, elegitq; semen eorum post eos, id est vos de cunctis gentibus. Circumcidite igitur praeputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis. Idem facit recensens alia illis exhibita beneficia, Quod ergo a suis filiis offensus sit, qui sunt populus eius, maxima iniuria est. Vnde per Haim sic dolet, vt inuocet caelum & terram ad audiendam tantam offensionem acceptam a populo suo, quem adeo dilexit & honorauit. *Audite caeli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est; Filios enutriui, & exalcaui, ipsi autem spreuerunt me. Et iumentorum, quae natura ducuntur, exemplum proponens subdit; *Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui: Israel autem me cognouit, & populus meus non intellexit. Vt genti peccatrici populo grauimiquitate, semini nequam, filii scelerati. De reliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctū Israel, alienati sunt retrorsum. Quae peccata quamuis in saeculis superioribus pessimē perpetrauerint, nouissimē tamen in Deum suum hominem factum impiissimē, & crudelissimē operati sunt. Quam grauissimam offensionem poterat Deus non factus homo cognoscere, detestari, & castigare, sed in se sentire non poterat, vt inde verē tangeretur dolore cordis intrinsecus.***

At factus homo, & summam accepit iniuriam, & verē de illa doluit, & multitia affectus est. Vbi hoc notandum est, quod quaedam de Deo dicta sunt metaphoricē ante illius Incarnationē: sed veluti in figura eorum, quae verē de ipso Incarnato dicuntur: Exempla habemus in Malachi, ubi haec scripta sunt: *Ad vos, o Sacerdotes qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despicimus nomen tuum? offeris super Altare meum panem pollutum: & dicitis: In quo polluimus te? Praeterea: Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & dixistis: In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini. Rursus: Si affiget homo Deū, quia vos configitis me? & dicitis: In quo configitis me? In decimis, & primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Sic alibi dicitur: Et doluit super misericordiam suam. Hoc loquendi modo innuere voluit, quod quantum in ipsis erat, hoc agebatur aduersus Domi-*

Sap. 10. 6.

Sap. 11.

Sap. 16.

Deut. 10. 14.

Deut. 10. 14.

Deut. 10. 14.

Deut. 10. 14.

Deut. 10. 14.

Deut. 10. 14.

Deut. 10. 14.

Dominum: quæ aduersus Christum eius postmodum peregerunt, qui vere laborauit, despectus, & pollutus fuit, & confixus in Cruce, & ideò crucifixus. Ità ergò doluit verè & in corpore & in anima, in quibus verè passibilis erat. Vox ergò illa dolentis: *Va genti peccatrici*, dolorem notat, quæ verè sentit Christus, cum se à populo suo videret spreto, & malè tractatù; vt qui illi deberet esse subsidio, esset supplicio. Et tantis donis auctus populus, benefactorè & contemneret & malè haberet.

5. Secundum, quod præcedenti coniungitur, est hoc, quod cum Iuda coniuncti sunt, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum; Iudas enim tradidit illum Principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus, dum obrulit se traditorè, traditurum illis Dominum Iesum, vbi gauisi sunt, & pacti sunt pecuniã illi dare, & dum accepta cohorte, & ministris Pontificũ & Seniorum, fecit illum comprehendere, & in manus Pontificum dedit. Vbi apparet illorũ coniuratio; tũ in eo quod conuenerunt cum Iuda, pactum facientes cum illo; tũ quod ad illum faciendum dederunt ei ministros suos; tũ tandem, quia sic captus

13. Dominus & vincens ductus est ad Annã, & ad Caiphã summos Sacerdotes. Hanc coniunctionem notauit Petrus in concione, dum de Iuda loquens duos cõiunctim citat Psalmos; in quorum altero de Iuda sermo est, in altero de Iudæis, quasi vtique idem spectet: ait enim. *Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & Episcopatum eius accipiat aliter* Dicens: *fiat commoratio eorum*; apertè loquitur de Iudæis: dum verò dicit: *Episcopatum eius*; Iudam notat. Sed bene consideranti verba hæc: Episcopatum eius accipiat aliter; & Psalmum ipsum, & intentionem Petri, apparet, illa non de solo Iuda esse intelligenda, sed de tota Synagoga, & toto populo, in primis verò de Sacerdotibus. Episcopus quidem fuit Iudas, quia fuit Apostolus, cuius Episcopatum accepit S. Matthias. Sed si hoc in illis verbis solùmmodò intelligatur, quid operantur verba alterius Psalmi. Fiat cõmoratio eorum

deserta? Episcopatus erat Sacerdotiũ populi, quem in templo exercebant; q̄ erat domus Dei, & insignissima omnium habitationum suarum. Et est domus illa, de qua prædixit illis. *Et erit domus vestra deserta*. Non enim amplius fuit domus Dei, & ideò neque verè templum. dum ablata fuit hostia & sacrificium, cessante Sacerdotio Aaronitico, & translato ad populũ nasciturum, & nouum. Propterea Psalmus iste generaliter loquitur de Iudæis, de Sacerdotio eorum, & templo. Ideò ibidem subinfertur ratio: quare Deus reliquit domum suam. *Quoniam (inquit) quæ tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

Additio ista dõ oris est, quod percussiones & vulneta, illi à Deo decreta propter peccata nostra, illa accesserunt ab his, qui remedium adhibere debuissent. Hæc enim maxima pœna est, quæ sicut per Iudam exaggerata est, ita & per Iudæos amplificatur. Vnde in Psalmo alio prius de inimicis in communi loquitur, deindè ad singularem transit. *Inimici mei (inquit) dixerunt mala mihi. Quando morietur, & peribit nomen eius.* Hic est tractatus habitus in Concilio, vt eum morti traderent. In hoc Conciliũ ingressus Iudas adimpleuit sequentia verba Psalmi. *Et si ingrediebatur, vt videret (nempè qui vellèt illi dare) vana loquebatur (promittens tradere) cor eius congregauit iniquitatem sibi* (hoc est q̄ scribitur. Et quarebat; quomodò illum opportune traderet.) Vnde & sequitur in Psalmo: *Egrediebatur foras & loquebatur in ipsum, (id est sicut inter se conuenerant, q̄ fecit dum factò illum tradidit)* Redit Psalmus ad Iudæos. *Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi* (hoc in secreto susurrantes, & cogitantes.) *Verbum iniquũ conuenerunt aduersum me. Nunquid qui dormit, non adiciet vt resurgat?* (hoc publice: dum seipfos quasi dormientes excitant dicentes: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, &c.) Deindè Iudam subinfert. *Homo pacis mea (id est pacificus meus) in quo speraui, cui veluti confidens negocia committebam) qui edebat panes meos,*

Mat. 6. 13. 38. Psal. 52. 27. Psal. 40. 6. Marc. 14. 11. Psal. 40. 8. Ioh. 11. 47. Ioh. 13. 18.

Tom. 11. Bellintani.

meos (socius videlicet mensæ & qui à mensa surrexit abiens ad tradendum) magnificavit super me supplantationē (id est deceptionem magnam fecit contra me, osculo tradens ad mortē in manus inimicorum.) Quemadmodum ergo magna facta est tribulatio Christi, quia traditus est à discipulo, quem extulerat ad Episcopatū, & mensa fecerat socium. Haud secus magnificata est, quia populus suus author fuit Passionis ac mortis suæ. Quam rem his verbis prædixit Zacharias :

Zach. 13. 3 Et erit, cum prophetauerit quispiam ultra, dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum. Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini. Et configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius, cum prophetauerit. Per patrem, & matrem intelligit populum, ex quo ortus est, qui ut filium diligere tenebantur. Cui tamen falsitate impegerunt, persequentes, quæ se diceret nullum à Deo, & morti adiudicantes. Ideo Propheta

Zach. 13. 6. prætergrediens quædam, quibus quasi velo obduxit lucem istam maximam immensi mysterij, subdit: Quid sunt plaga iste in medio manuum tuarum? & dicit: Hu plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Quanta verò fuit ista tribulatio, innuit subdens: Fræmea suscitare super pastorem meum. Modus loquendi, ad enfem, veluti excitans ad feriendum, & ad clauos ad configendum, infert imperiū, ruinam, magnam percussionem, & afflictionem. Et quod ad Christum hæc referenda sint, hæc ostendunt, quod à Deo voceretur pastor suus, vir coheres illi,

Matth. 26. 32 & *Mar. 4. 11.* & quod sequentia verba: Percute pastorem, & dispergentur oves. Christus ipse de se prædicto testatur, quæ tunc impleta sunt, quando traditus à discipulo, à populo captus est, & morti adiudicatus.

Tertium est, quod hi tantum à Deo dilecti, qui genitorum nomine designantur, facti sunt hostes eius, odientes, persequentes, & ad mortem usque querentes. Unde in parabola de illis dicitur: Cines eius oderant illum. Et infra: Verumtamen inimicos meos

Luc. 19. 14. 27 illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc. Unde sæpe in Psalmis, inimicorum nomine nuncupantur. Ut ibi manifestum est: Ex ore infantium & lacten-

rium, perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum, & vitorem. Et in alio Psalmo, ubi certum est, ipsum loqui, habemus verba eius: Intende anima mee, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Tu scis improprium meum, & confusionem meam, & reuerentiam. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me. Quanta verò sit miseria ista & tribulatio, ab amicis inimicitia pati, docet Ieremias plorans super Ierusalem: Plorans inquit ploravit in nocte, & lachryma eius in maxilla eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Quod certe de Christo, & in Christo impletum est, qui propterea maximam habuit plorandi causam, & lacrymas effundendi. Vnde & ad exaggerandam inimicam eorum rabiem, bestiis ac fetis assimilantur. Ita enim plerumque lamentatur in Psalmo: Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Et infra: Quoniam circumdederunt me canes multi, conciliū malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos. Præterea: Erue à frætra Deus animam meam, & de manu canis uniceam meam. Salua me ex ore leonũ, & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Ratio item huius ipsorum inimicitia, & hostilitatis auget poenam. Nulla enim ratio fuit ex parte ipsius Christi, qui propterea dicit in Psalmo: Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me. Odium iniquum vocat quod iniuste habent & sine causa. Et idem in alio Psalmo aperte dicit: Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quia non rapui, tunc exolvebam. Quæ res quoque in indignis est, etiam Dominus voluit recensere, citato Psalmo, dicens ad discipulos suos: Si mundus vos odit, scitote quia me propter vos odit habuit: & infra: Si non venissem, & locutus es non fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem sed viderunt, & oderunt me, & Patrem: sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio

sanguinem polluebant, quasi immundum offerentes, quasi blasphemum condemnantes, quasi malefactorem persecutores, quasi a lege damnatum interficientes. Ac propterea victima illorum, quatenus illorum, fuit abominabilis Domino. Propter hoc ablatum est ab eis regnum Dei, translatum Sanctuarium, Templum desertum. Ciuitas succensa, Ciues occisi, & dispersa reliqua.

9 Non ergo inuat Christus malè tractantes illum. Quid igitur tu Christiane? qualem te erga Christum geris? quam victimam offers Deo in Christo Iesu? Prædicta parabola Salomon, aliam subdit, quasi præcedentis expositionem: *Abominabilis est Domino via impii: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.* Heu quid facitis soluentes legem? Quæ est via vestra? porro via hæc polluta est? *Manus n. vestra sanguine plena sunt.* Quandò Christianum te iactas, malè operans, Christum Deo offers manibus pollutis. Te enim, velut Christum ferentem, proponis in oculis Maiestatis Dei; sed oblatio ista polluta est, ibi offers cæcū & claudum. *Offer illud duci tuo; si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Iacta te seruum Principis, interim existens seruus malus & piger, infidelis seruus & imprudens, percutiens conseruos, dissipans bona illius, quin & illius vitæ infidiator; si scelera tua ista norit, nunquid placebit illi iactatio ista seruitutis tuæ? Numquid suscipiet faciem tuam? Num admittet te in conspectum suum? & non potius clamabit, & decernet: *Ligati manibus ac pedibus, mittite eum in fornacem ignis?* Heu non*

Pro. 15. 5.

I. Reg. 2. 5.

Isa. 1. 1.

Malac. 1. 8.

Psal. 5. 6.

Malac. 1. 9.

Pro. 15. 11.

permanebunt iniusti ante oculos Domini. *De manu enim vestra factum est hoc: dicit Dominus exercituum.* Vos estis, qui Christo iniurii, illius blasphemi, inobedientes voci eius, quasi similem vobis existimantes, statuitis illum contra faciem Patris, nisi forte putetis, quod abscondita sint scelera vestra ab oculis Domini? An nescitis, quid prædictis subdat Salomon? *Infernus, & perditio coram Domino; quanto magis corda filiorum hominum?* Profundum abyssi penetrat lux oculorum eius. Reuelata sunt illi fundamenta montium. Videt interiora austru, & inferni:

& putas te oculos Maiestatis suæ latere? *in omni loco oculi Domini contemplatur bonos, & malos.* Et quoniam ad iniquitatem respicere non poterit, proiciet te a facie sua, atque disperdet. Dominus Iesus, qui dolere poterat in corde suo, videns cogitationes inimicorum suorum quanta percutiebatur mortificata? Vide animi sui indignantis in dieam qualecunque: *Quid me tentatis hypocritæ? Non ergo tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & perierunt.*

SECUNDA PARS.

Tradetur Gentibus. Sicut Iudei cum Iuda coniuncti sunt, & conueniunt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Ita conueniunt in ciuitate ista (verant fideles) aduersus sanctum puerum Iesum, quem vnixisti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israël. Idcirco enim surgens multitudo eorum, nempe seniores plebis, & principes Sacerdotum, & Scribæ, & omne concilium duxerunt ad Pilatum, & tradiderunt illum Pontio Pilato præfidi.

Facit autem ad penæ illius atrocitatem, quod gentibus traditus sit. Ex hoc enim factum est, vt & gentes ipsæ conuenirent aduersus illum, atque ita ab omnibus pateretur. Quod vt apertius ostendatur, tria veniunt consideranda, videlicet; Qualem tradiderunt. Qualiter tradiderunt. Et traditionis effectus.

De primo, tradiderunt Messiam suum ab eis condemnatum ad mortem. Messiam (inquam) quem quamuis non cognouerint, non excusantur, quia excusauit eos malitia eorum. Vbi amplificatur, siue explicatur eorum iniquitas: Primo ex magnitudine rei, quæ tanta erat, vt inde penderet salus totius populi, & quia finis legis Christi est. Etiam primogenita quæ DEI erant, si haberent maculam, non deferbantur ad templum: sed intra portas vrbis comedebantur tam à mundis, quam ab immundis. In his, quæ Dei sunt, nulla debet macula reperiri: quanto magis in re summè diuina, vt ista? Debebant igitur in hoc esse vigilantissimi.

Secundo, quia sciebant dari casum, in quo non ab omnibus acceptaretur. Nam Deus dixit: *Qui non audierit Prophetam illum, exterminabitur de populo suo.* Poterant de seipsis metuere, ne forte ipsi essent non audientes illum; & propterea exterminandi. Tertio, quia certum est, Christum sufficienter, & superabunde hanc veritatem probasse, quod esset vere Filius Dei; ac propterea dixit: *Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Quarto, quia non sincere quaesierunt veritatem, scrutantes Scripturas, sicut dixit illis Iesus: *Scrutamini Scripturas, quia illa testimonium perhibent de me.* Sed invidia ducti alii que suis vitis, obscuratum habentes intellectum errauerunt, & possimum, quia ab eo arguebantur. Porro, *Non amat pestilens eum, qui se corripit, nec ad sapientes graditur.* In cathedra enim pestilentiae sedentes, non ferebant dicentem: *In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui vident, cæci fiant.* Dicebant ergo: *Nunquid & nos cæci sumus? Et Dominus: si cæci essetis peccatum non haberetis. Nunc vero dicitis quia videmus, peccatum ergo vestrum manet.* Gloriabantur enim in lege, confidentes se esse duces cæcorum, ac discipulos Moysi. Grauiissime igitur peccauerunt, tradentes Regem suum. Quæ tanta iniquitas mirum in modum, contristauit ipsum Christum, missum ad omnes, quæ perierant domus Israël, Quod innuit Ioannes dicens: *In propria venit, & sui eum non receperunt.*

Denique condemnatum, ad mortem tradiderunt. Vbi tria: Primum fecerunt in eo quodcumque potuerunt, ut magnitudi- ni Bonitatis diuine liberalitatisque, quantum erat possibile, responderet malitiæ atque ingratitude eorum magnitudo. Esto, nolissent recipere ut Messiam, repellent, bannirent. Sed superbia ascendit semper, terminum nescit, dum vsque ad extremum venit, & satiatur crudelitas ipsius. Et vos implete mensuram Patrum vestrorum qui Prophetas occiderunt. O Domine Iesu omnes fluctus maris venerunt super te: Venisti in altitudinem maris, & tempestas demersit te. Secundo tradiderunt, abieceruntque tanquam inu-

tilem: *quoniam inutilis est inquit in nobis* Sap. 2. 12. *tanquam vile mancipium. Imo factus sum* Psal. 30. 23 *tanquam vas perditum: Inquit. Ego autem* Psal. 21. 7. *sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Vide quantum se pro nobis subiecit Christus, ut despiceretur, atque repudiaretur veluti res nihili, quia magis despiciabilis & noxia. Quali dicant. Ut quid terram occupat, succidamus illi. Coniice miseriam ac maeritiam istam ex vocib. illis. Miserere nostri, miserere nostri* Psal. 122. 3. *Quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.* Audi vocem Dauidis mansueti: *Aufer à me opprobrium & contemptum: quia te* Psal. 118. *stimoniam tuam exquisiui. Quid igitur Christus, cuius erat Dauid figura? Audi sequentia. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Quæ vero exercitatio ista? in patientia, in mansuetudine, in humilitate. Sed nunquid sine tristitia? Cõtristatus sum in exercitatione mea* Psal. 54. 3. *Sed neque ut inutile duntaxat, sed ut noxium repulerunt, quia magno illis esset detrimento. Nam si dimittimus inquit* Ioan. 11. 48 *eum sic, venient Romani & tollent nostrum locum, & gentem.* Melius est itaq; ut interficiatur. Tertio, tradiderunt veluti peccatorem aduersarium legis, atque ipsius Dei inimicum. Ideo clamant: *a Si non esset hic a* Ioan. 18. *malefactor, non tibi tradidissimus eum.* b 30. *Nos scimus, quia hic homo peccator est* c Non b lo. 9. 24. *est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit.* c Ioan. 9. 16. *dit. Hic blasphematur & in principibus demonio* d Matth. 9. *rum eiecit demonia f Nonne bene dicitis inuis* e. *nos, quia Samaritanus est tu, & demonium* e Luc. 11. 15 *habes? Abiiciunt ergo, ut qui dignus non* Ioan. 8. 48 *fit habitare cum illis, ac exterminandus de populo suo. Quasi is, de quo lex ait: Si sur* Deut. 13. 1. *rexit in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, & seruiamus eis: Non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris. Prophetæ autem ille, & si for somniorum interficietur, quia locutus est, ut vos auerteret à Domino Deo vestro, ut errare te*

faceret de via, quam tibi precipit Dominus Deus tuus, & auferes malum de medio tui. Hoc enim manifestū est in Zacharia prae-mostrate, quod dicent & pater eius & mater eius: *Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini.* Quae omnia viro ingenuo, & innocenti, quin & iustissimo, quanta sunt cordis maestitia?

13 Quo vero ad modum tradendi, habes multa. Primo, quod traditur de consensu omnium, imo ex decreto Concilii, cui totus assensit populus, postmodum clamans ut crucifigeretur. Heu erat per legē facultas viro repudiandi uxorem: At nō mulieri viuum. Et haec tamen synagoga Deo iam sponsata in fide, abiecit virum ac sponsum, qui de terra longinqua venerat, quin potius a summo caelo egressio eius, accipere sibi sponsam. Et factum est ei contra consuetudinem mulierum; quae repudiabantur, non repudiabant. Neque contentus hac iniuria populus iste, siue mulier, fornicata est, quasi mulier adultera, quae super virum suū inducit alienos. Audi clamantes ad vocem Pilati: *Ecce Rex vester.* Non habens Regem nisi Casarem Ideo repulsam hanc Daniel tribuit toti populo. Et non erit eius populus, qui eum negaturus est. Sic & Ieremias: *Hereditas mea dedit contra me vocem suam.* Bene ergo sanctus Lucas: *Surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.* Quid hoc menti Domini Iesu? Si quando fecerunt, & adorauerunt vitulum, dixit Deus ad Moysen:

Deut. 24.1.

Ezech. 16.

34.

Ezech. 16.

32.

Ioan. 19.14.

Dan. 9.2.6.

Ier. 12.8.

Luc. 23.1.

Exod. 32.9.

Ios. 7.1.

Ios. 7.12.

Cerno, quod populus iste dura ceruicis sit: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Quid nunc, quando filium Patris interfecerunt? Poterat Deus tunc itasci, quoad effectum delens eos. At homo factus potest indignari, & dolore etiā, quo ad effectum. Si effectus ille, erat totius populi exterminium; Affectus iste superexcedit sensu doloris ruinam vniuersi populi illius. Rursus, si ad vnius Achan peccatum, contra omnes iratus est Deus, ut iam eum illo ultra esse nō vellet; quantum dolorem genuit totius populi tam generalis, tamque crudelis auersio in corde Christi? Dixit tunc Deus: *Non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus*

est. Dicunt nunc ipsi Deo: *Non eris ultra nobiscum, quoniam magnum feceris reus es, & dignus propterea, qui penitus conteraris.* Si ergo ibi iratus est Dominus propter vnum, & totus populus reus illius sceleris declaratur, dicente scriptura: *Filius Israel, qui prauaricati sunt mandatum, & superauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi tulit aliquid de anathemate. Iratusque est Dominus contra filios Israel.* Quanta ira, zelus, maestitia in corde Christi putanda est fuisse, vbi non vnus de populo, sed totus populus coaceruatum erexit se aduersus Dominum, & aduersus Christū eius? Non hic est vnus Iudas, sicut ibi Achan, sed conuenerunt in vnum, sicut quando Absalon regnum vsurpauit, didū est Dauid. *Toto corde vniuersus Israel regnauit Absalon.* Ibi tollitur de anathemate. Hic dicitur Anathema Iesu. Quando populus dixit ad Samuelem: *Constitu nobis regem, ut iudicet nos, sicut & vniuersae habent Nationes: Displicuit sermo in oculis Samuelis. & orauit ad Dominum.* Et quid Dominus illi? *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Quae ergo displicentia Christi, qui inmediate adiectus est ipse, non ex consequenti sicut Samuel. Vere enim dixerunt de illo: *Nolumus hunc regnare super nos.* Sed sic Regno, & vinea: (nam quod vinea sit Regnum, testantur verba illa: *Auferetur à vobis Regnum Dei* Matth. 23) eiecerunt, ut occiderent. Heu quot, & quantum argumentis possumus, quamuis à longe, conijcere tristitiam animi Domini nostri Iesu Christi, ex hoc quod abiectus est à populo vniuerso?

Secundo, vinculum tradiderunt, ne posset exire de manibus eorum. Vox communis est hominum, gratis promptus esse ad obsequium amicorum, ut coactos nihil esse facturos. Coactio quippe inimica est libertati, & idcirco hominibus odiosissima. Ad hanc se demisit Omnipotens, in cuius manu sunt omnes fines terra, qui sicut descendit in inferiores partes terrae, ita ad extrema mentium afflictatum se deiecit, prostravit, deturbavit. Dauid fugiebat persequentem Saulem, & Absalon. Elias persequentem Iezabel, sed Dominus Iesus per-

mortem autem crucis. Non enim tantum bonum gentibus tradiderunt, ut illo fruerentur, vel ut custodirent, atque serua-
 rent. Quoniam non ut bonum aliquid tradiderunt, sed ut malam rem atque pestifera. Dixerunt enim: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum.* Et ut malum probent, atque demonstrent, omni studio conantur, accusantes, atque calumniantes. Etenim si bonum reputassent, apud se retinuisent, sed abiciunt ut malum, & dignum morte. Non interficiunt autem ipsi, quem tamen condemnauerant ad mortem. *Quia nobis* (inquiunt) *non licet interficere quemquam.* Interficere (inquam) per mortem Crucis. Nam aliter necare illis non inuenitur prohibitum, & quod de cruce intelligant, aperte satis docet Ioannes Euangelista, qui verba illa Iudaeorum exponens ait: *Ut sermo Iesu impletur, quem dixerat, significans qua morte esset moriturus.* Vbi aduerte quod nullus Euangelistarum vnquam citat, quæ ab alio Euangelista dicta sint, sicut neque studium aliquod videntur adhibuisse, ut in narrandis rebus gestis, & verbis Christi, sibi cohererent; sed vnusquisque narrationem suam absolutam ponit se ordinatam. Non ergo Ioannes spectauit id, quod alij Euangelista ponunt de tradendo Christo Gentibus, quod ipse nunquam posuit, sed respexit ad id, quod ipsemet narrauerat, nempe quod ipse exaltandus esset videlicet in cruce. Dixerat enim Christus ipso Ioanne referente: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Et rursus: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Quod ipsi Iudæi de morte intelligentes dixerunt: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quod si velis, Ioanem alios Euangelistas citare, cur non magis citat in eo, quod dixerunt.*
Mat. 20. 19 Ad crucifigendum quam in eo quod dixerunt: *Tradetur gentibus:* Crucifigendo enim mors est, non tradito; & crucifigi, est genus mortis speciale. Significans ergo Christus, qua morte esset moriturus, dixit: *Si exaltatus fuero à terra; quod ibi testatur*

Ioannes interpretans: *Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus.* Vide Ioannem seipsum citantem, ut referentem verba Christi significantia, qua morte esset moriturus, nempe morte Crucis, in qua exaltatus est à terra. Vtrobique enim videtur his verbis, significans qua morte esset moriturus. Vnde vbi Lucas hodie dicit: *Tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum.* Et Marcus: *Et flagellabunt eum, & interficient eum.* Matthæus habet: *Tradent eum gentibus ad ludendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Ergo cum agitur de Christi morte, intelligitur crucifixio, ut interficeretur, clamatum est semper; *Crucifige.* Quia sicut flagellauerunt, & illuserunt, ut corda eorum molirentur, potuissent innocentem alia morte interficere, quam Crucis, quod non fecerunt, quia qui necandi offerebantur illi, prius erant crucifigendi. Tradunt itaque ut tollendum è vita, per crucifixionem.

Tribus autem viis insistant, ut neci tradatur. Primo, per calumniosas accusationes: *Et accusabant eum summi Sacerdotes in multis.* Secundo, per legem, dicentes: *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori.* Terrio, importunitate, & minis: De importunitate scribitur in Matthæo: *Videns autem Pilatus quia magnum multus fieret, accepta aqua lauit manus suas, &c.* De minis, in Ioanne scriptum est: *Clamabant dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus Cesaris. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit Iesum foras, &c.* Vbi tandem habetur: *Tunc ergo tradidit eum illum, ut crucifigeretur.* Hoc vero quam tulerit Christus atrociter, innuitur in Ieremia, qui inducitur veluti disputans cum Deo, & querens: *Quare via impiorum prosperatur?* Et ostenso quod eos tandem punit, descendit ad particularia, que de persecuentibus Christum verificantur: *Non me fratres tui (inquit) domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt aduersus te. Et clamauerunt*

mauerunt post te, ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. Reliqui aonum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius. *Fa- Ha est mihi hereditas mea, quasi leo in sylua, dedit contra me vocem; ideo odiui eam.* Vbi ex admiratione disputantis Ieremiae graue scelus ostenditur impiorum, qui prosperantur male agentes: Vides ex subiecta punitione displicentiam Dei, qui non fert iniquos? Vides specialem iniquitatem Iudaeorum, quasi fratrum, Christum impugnantium, & clamantium contra eum, & rugientium quasi leo; propter quae odio habuit illos & dereliquit eos: Ex quib. trahitur, quantus esset illius dolor in clamoribus illis, quib. mediantibus dedit dilectam animam suam in manu inimicorum eius, id est sponte se morti subdidit. Vocat dilectam animam, quando videtur illam odisse, tradens illam inimicis, & tamen dilecta est: propterea magnus dolor sic tradentis dilectam animam.

17 Effectus tandem huius traditionis exprimitur, dum dicitur: *Et illudetur & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum.* Hic est primus effectus, quem alij duo sequuntur. Pessima enim Christi tractatio, Christi traditi primus effectus est. *Quem hi duo sequuntur, nepe diuitiae Gentium, quae hoc thesauro sibi tradito locupletatae sunt: Et perditio Israel, qui seipsum tanto thesauro exinaniiuit.* Primus autem effectus tres habet partes; contumeliam, poenam, mortem. Vbi vide, quod Deus permittit aliquando malos efficere, quod pertentant. Aliquando non permittit Dominus, virgam peccatorum super sortem iustorum. Et ratio ibi tangitur. Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Ergo ratio, quod aliquando permittit, est probatio electorum tuorum & perfectio. Ita quod ad bonum ipsorum eos permittit tentari, & tribulari. Sed Christi persecutio fuit ad bonum nostrum, ideo permittus est pati. Ne ergo indignetur si te Deus permittit tribulari, sic enim te socium facit Christi, qui dedit dilectam animam suam in manu inimicorum eius. Quoniam quem diligit corripit. Si dilectus

Tom. 11. Belliansi.

Deo fueris, non te pigeat dari in manu inimicorum. Diligit enim te, ut animam suam. Alioqui si, te tribulatione atque impulsu urgente, declinaueris a via recta, inter illos computaberis, de quibus in supra dicto Psalmo dictum est: *De linantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* Bonis quidem benefacit ac rectus corde, ac si tu rectus non fueris, declinans a rectitudine iustitiae, nec bonus, obliquatus a vera bonitate, inter operantes iniquitatem computaberis, quibus dicitur: *Discedite a me opera. Luc. 13. 27. vij iniquitatis.*

Imitare igitur Christum, qui passus pro nobis, exemplum reliquit nobis sequendi *1. Pet. 2. 21.* vestigia eius. In vita duo mala passus est; illa videlicet, de quibus impij aduersus illum agentes dicunt: *Contumelia, & Sap. 2. 19. tormento interrogemus eum, id est probemus eum, an sit ille, quem esse se iactat, gloriatur enim Patre se habere Deum, & Filium Dei se nominat. Qua contumelia, ideo illusetur, & conspuetur, dictum est. Quia tormento, ideo dicit, quod flagellabitur. Haec in vita. Sed postquam flagellauerint, occident eum. Hoc est enim, quod dicunt impij. Morte turpissima condemnemus eum.* In vita ergo & iam morte passus est pro nobis. Nobis non tamen durum est: nam qui viuens suffert tentationem, cum probatus fuerit, in refrigerio erit. Hinc Salomon: *Omnnes dies pauperis mali; secuta mens quasi iuge conuiuium. Videtur dicere, quod mali sint dies pauperis, quia semper timeat vel inopiam, vel iniuriam. Mens vero secuta, quae ab his timoribus soluta est, quasi continue conuiuatur lautis comestationibus, & in laetis cogitationibus. Sed quoniam patientia probationem operatur, probatio vero spes, spes autem securitas est; qui semper in vita, quasi pauper, sustinuit contumeliam iniuriae, & tormentum inopiae, securus accedit per mortem ad Deum. Ideo in morte conuiuatur, delitiis affluens, & accipiens coronam vitae. Mala ergo vitae quare non sustineamus, in nouissimo iugi & pingui conuiuii perfruamur? Porro *1. Eccl. 1. 13. menti Deum, bene erit in extremis.**

Effectus alius est diuitiae Gentium, quae

Bbbb tanto

- tanto bono donata sunt, & aucta; esto cō-
 fenferint in mortem Christi. *Sed qui tradi-*
dit me tibi (inquit Christus Pilato) *maius*
peccatum habet. Omnes quidem peccave-
runt, & egent gloria Dei. Sed si tollitur im-
pius, ne videat gloriam Dei, quomodo repleta
erit terra, gloria Dei? Sed misericordia Do-
mini plena est terra; ergo & gloria Domini.
 Paulus de se dicit: *Blasphemus fui; sed mis-*
ericordiā consecutus sum, quia ignorans feci.
 Peccauit Iudæus, peccauit Gentilis. Illum
 excaecauit malitia, istum ignorantia; quem
 ergo misericordia, & gloria Domini col-
 liget, nisi Gentes? In gentibus enim appa-
 ruit gloria Domini. *Gentes*, (inquit Paulus)
super misericordiā honorare Deum. Laetabi-
tur enim deserta, & inuia, & exultabit soli-
tudo: Gloria Libani data est ei. Etenim quæ
erat deserta & contempta, germinabit vt
fiat frondosa, & gloriosa quasi Libanus nō
incisa. Ecclesia quippe ex Gentibus colle-
cta, Ierusalem illa est, quæ sursum est,
mater nostra, de qua Isaias. Ecce ego decli-
nabo super eam (dicit Dominus) quasi flu-
uium pacis, & quasi torrentem inundantem
gloriam Gentium. Quia venio, vt congre-
gem cum gentibus, & linguis; & videbunt
gloriam meam. Et ponam in eis signum, &
mittam ex eis, qui saluati fuerint ad eos, qui
non audierunt de me, non viderunt gloriam
meam. Et annuntiabunt Gentibus gloriam,
meam. Itaque si Iudæus Christum repu-
lit, qui est gloria Dei, qua indigent, qui
peccauerunt; & gloria Domini repleuit
orbem terrarū, necesse est illam transire ad
Gentes. Obserua in Isaiā, quem citat Io-
annes, quod quando vidit gloriam Dei
replentem omnem terram, tunc meminit
Iudæorum, quibus missus est ad excaecand-
um cor eorum, & aggravandum aures,
& oculos claudendos. Hæc dicit Isaias
Ioan. 12. 41 (inquit Ioannes) quando vidit gloriam e-
ius, & locutus est de eo id est Christo; vt in-
telligamus vere ad Christum ista referri,
qui quando à Iudæis reprobatus est, abiit
in regionem longinquam, nempe in di-
spersionem Gentium, vt filios Dei, qui
erat dispersi inter gentes, congrega-
ret in vnitatem fidei, vt credentes exulta-
rent lætitia inenarrabili, & glorificata in
 cœlis. O nos felices, qui tanta gratia & i. Pet. 1.1
 gloria donati sumus, non quidem ex ope-
 ribus, quæ fecimus nos; nam nos quoque
 consensimus neci Iesu Christi; sed quia Rom. 11.20
 delicta Iudæorum salus est Gentibus. Re-
 cordemur itaque verba illa Domini dicta Mat. 23.35
 Iudæis: *Auferetur à vobis Regnum Dei, & 43.*
dabitur Genti facienti fructus eius. No-
strum est fructum ferre. Elegi (inquit) vos, Ioan. 15.16
vt fructum afferatis. Sed heu quot opera
infructuosa tenebrarum? Omnes declina-
uerunt simul inutiles facti sunt, sicut arbor
illa infructuosa. Declinauerunt (inquam)
cor suum ad terrena, ad auaritiam. Hæc Ps. 118. 36
Domine inclina cor meum in testimonia tua, Ps. 118. 36
& non in auaritiam! Melius enim parum
cum timore Domini, quam thesauri magni,
& insatiabiles.
- Alius effectus est perditio Israël, quam 10
 diffuse prædixit illi Moyses iubente Domi-
 no, si legem non obseruaret. At quando
 hæredem filium Patris cœlestis electum
 extra vineam occiderunt, ita profus ab-
 iecti sunt, vt non vltra essent populus Dei,
 vt vix reliquæ remanerent, in quibus im-
 plerentur nouissimis temporibus promissio-
 nes patrum. Iubebatur in lege: *Non ope-*
raberis in primogenito bouis, & non tondebu-
primogenita ouium. In conspectu Domini Dri
tui comedes ea per annos singulos in loco quæ
elegerit Dominus. Heu! quid fecerunt in eo, Exod. 22.29
 qui est primogenitus ipsius Dei? Primo-
 genita sibi seruauerat, quia Ægyptiorum
 primogenita ad salutem populi sui olim
 percussisset. At iste, natura Filii Dei est
 primogenitus, & vnigenitus. Ne dum o-
 perati sunt in illo, vtentes re diuinā in-
 sus proprios, sed mactauerunt, immola-
 uerunt, deuorauerunt, destruxerunt pro
 viribus suis. Nō tonderunt solum agnū,
 coram tondente se obmutescerunt, sed
 decorticauerunt, sanguinem effuderunt,
 carnes comederunt, vt potuerunt, sed ossa
 confringere non potuerunt, diuinitatem
 tangere non valuerunt, nec virtutem im-
 minuere, nec potestatem auferre. Vnde iam
 canit: *Omnes gentes circueuerunt me, & in*
nomine Domini, quia vltus sum in eos. Cir-
cundantes circumdederunt me, & in nomine
Domini, quia vltus sum in eos. Circundede-
runt

runt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis; & in nomine Domine, quia ultus sum in eos. Quæ verò ultio? Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorum. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Lapsus est pes eorum, & ceciderunt à statu, in quo Deus populum illum excelsoiorem fecerat cunctis Gentibus, quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam, & impleta est comminatio Dei. Advena ascendet super te, eritq; sublimior; tu autè descendes, & eris inferior. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Patens iam est miseria eorum, quæ nostra debet esse instructio; vt intelligamus, quod ait Salomon: Domum superborum demolietur Dominus; & firmos faciet terminos vidua. Ne confidas in viribus tuis: nè putes diuina consilia infringere. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles: Gentilitas derelicta quasi vidua, vide quantam adepta est firmitatem vsq; ad terminos terræ. Disce humiliari. Dilce à magistro tuo. Dominus Iesus, vt agnus mansuetus, omnium malorū illuicem in se suscepit, sed comminui os suum non permisit. Tu sustine aduersitates omnes, noli resistere malo, sed si quis te percusserit in vna maxilla, præbe illi & alteram, sit caro tua in manu & in ore inimicorum tuorum. Veruntamen animam tuam serua, os maneat integrum, non infirmetur animi fortitudo, vt Christo similis in Passione, sis in Resurrectione quoque, sis viduatus temporali subsidio, & tibi aderit qui potens est, eruens de manu bestia, & de ore leonis, & de faucibus deuorantium, vt à malis erutus bonisque repletus, Saluatorem glorifices in æternum. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Quam maxima gloria fuerit Christo, tradi, flagellari & crucifigi, solidis fundamentis demonstratur. In morali hortatur homines ad intelligendā Passionem Domini, ipsamq; meditandam.

IN laudibus Abraham Patriarchæ sapiens protulit verba ista: *Abraham Eccles. 44. magnus Pater multitudinis gentium, 20. & non est inuentus similis illi in gloria:* In quib⁹ potissimum declaratur, quod idè in gloria ceteros omnes præcedat, adè quod non est inuentus similis illi, quoniam a Deo propter fidem & obedientiam, multitudinis gentium, id est Nationum omnium constitutus est pater. Quoniam verò hæc paterna gloria in semine ac filio eius illi fuerat euentura. Nam in semine (inquit) tuo benedicentur omnes Gen. 22. 18. gentes: conlequens est, vt Filius eius gloriosus magis appareat, adè vt verè sit Rex gloriæ. Et propterea Pater, gloriam P sal. 20. 6. & magnum decorem imposuit super eū, glorificans Filium suum Iesum splendoribus sanctorum, & in operibus virtutum. Quæ, vt gloria ista magis clucesceret, scripta sunt per Prophetas. Et ipse Dominus etiam antequam fierent, voluit recensere, dicens. *Eccè ascendimus Ierosolymam, & consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis: Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur.* Sed videntur ista ad ignominiam magis pertinere, quàm ad gloriam. Tradi enim alienigenis, illudi, flagellari, conspui, ignominia est ac turpitudinis. Vnde non mirum, si de discipulis eius dicit Euangelista. *Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis. Et non intelligebant quæ dicebantur.* Et verè tamè gloriosa dicta ista sunt. Quoniam per hæc Abraham factus est Pater cunctarum gentium, vnde est illi gloria hæc magna: *Christus enim factus est pro nobis Gal. 3. 13. maledictum,* id est repletus maledictionibus, vt pmissa Abraham benedictio Domini esset super nos. Conlequens ergo est, vt sub hac maledictione, illusione, flagellatione, conspuitione, sit magna gloria, quæ operta; quia ipsa ignominia gloriosissima est. Quid. n. aliud intèdit Apostolus dicens: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei? Traditus. n. est Christus propter delicta nostra: & hæc erat indigetia nostra, vt Christus moreretur pro peccatis nostris. Ergo traditio, mors, & omnis eius Passio, gloria Dei est,*

Diuisio. & glorificatur Filius Dei per eam. Nos igitur illius Passionem non quasi vile supplicium, sed quasi gloriam Dei consideremus, ut in ea Deum glorificantes egeant nostrae supplicamus, quia in nos inuenerunt peccata nostra. Quia enim peccauimus, egemus gloria Dei; ut qui dispersi sumus, gloria Domini colligat nos.

2. Quam prima facie difficile videtur, gloriosum esse, posse demonstrari. Tradi, illudi, flagellari, conspui, occidi, cum ignominiosa sint ista omnia, & contumelias referta, atque vituperio, eò planior certe apertiorque fit facillime huius tantae apparentis turpitudinis, vera gloria, honor solidus, splendorque maiestas, atque magnificentia. Quid enim aliud est ista pati, ut Christus passus est, quam fungifacerdotio, & habere laudem ipsius? Hoc verò, quam gloriosum sit, ut intelligamus, Apostolica verba attentè auscultemus, quibus amplectitur Paulus mysterium istud gloria & honore decoratum. *Nec quiquam* (inquit) *assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu, ego hodie genui te: quemadmodum, & in alio loco dicit. Tu es Sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suae, preces supplicationisque ad Deum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.*

Quibus in verbis Apostolus primum ostendit, rem gloriosissimam esse Pontificatum, ad eò ut nemo illo sit dignus, qui illum sibi ipsi sumit; esset enim superbia intolerabilis. Sed expectandus Deus, qui illum conferat, sicut Aaroni contulit, & Christo. Secundo dum probat à Deo Patre, illum Filio suo esse collatum, citat verba illa Dei, per David: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Vbi duo innuit, videlicet quòd is solus, qui Filius Dei est, tanto sit honore dignus, atque decorandus. Et quòd suum esse Filium declarer illum Pater, dum constituit Sacerdotem. Filius quidem meus es (inquit) quem genui in aeternitate, sed & hodie in tempore videlicet genui; quia

do te mihi in Sacerdotem assumens, omnibus facio persuasissimum te verè Filium meum esse, primogenitum ponens, & exponens excelsum præ Regibus terræ. Tertiò citans alium locum eiusdem libri Psalmorum videlicet: *Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*; ipsius Sacerdotij dignitatem extollit, quòd videlicet aeternum sit, & ideo gloriosum, atque perfectum plusquam Sacerdotium Aaricis cum hoc sit temporale, & propterea in tempore defecturum. Et quòd sit secundum ordinem Melchisedech, hominis Regis, Sacerdotis insignissimi, cuius à Deo institutio occultissima est, certa tamè, quandoquidem Abraham, qui apertè amicus Dei appellatus est, decimas obtulit illi, pro quo etiam Sacerdos ipse Altissimi obtulit sacrificium, illique benedixit. Vnde illius arguens magnitudinem Paulus ait: *Sine ulla controversia, quòd minus est, à meliore benedicuntur.* Quarto exprimit tandem, quam ratione, Sacerdotio isto tantae dignitatis factus sit Christus Sacerdos in aeternum, dicens, quòd preces, supplicationesque cum clamore valido, & lacrymis obtulit. Hanc autem precum lachrymarumque oblationem ad eum fecit, qui possit illum saluum facere à morte. Ex quo planum fit ac manifestum, quòd per ipsius mortem factum est ab hoc Sacerdote hoc sacrificiù, pro quo ad tantam dignitatem euectus est. Vnde etiam mox subdit. *Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex illis, quae passus est obedientiam.* Patiens ergò, & factus obediens vsque ad mortem, obtulit sacrificiù. Quòd verò demum dicit: *Exauditus est pro sua reuerentia*; huius sacrificij efficaciam facit patentissimam simulque Sacerdotij insignissimam præcellentiam. Tantus enim Sacerdos sine dubio dignus fuit, ut exaudiretur; cum esset in dignitate, & Maiestate Patri coequalis. Talis item tantaque hostia non potuit fructu condigno vacua esse persona digna, oblatio grata, functio sacratissima, dignitas eximia, conferenti congrua, & suscipienti, in omnibus apparet splendor gloriae, radij claritatis, immensae Maiestatis insigne. Non spernendè gloriæ fuit, imò eà admiratione fulci-

Mat. 3. 11 suscipienda, quod Onia summi Sacerdotis salutatis hollia vitam promeruerit Heliodoro, in supremo Spiritu constituto; quam gloriam Angeli propterea notam fecerunt Heliodoro. & per eum Regi Seleuco, & vniuersis hominibus. Erat figura illa huius Christi sanctissima oblationis, quod in illa gloria fuit, in hac gloriosissimum est, & splendidissimum. Quis Christi mortem turpissimam, tanto splendore fulgentem fuisse arbitrat?

3 Pauli argumentum huc facit dicentis. 1. Cor. 3. 11 Si quod euacuatur per gloriam, est, multo magis quod manet, in gloria est. Hoc argumentum fecit Apostolus ad explicandam Eua. 34. 29 Evangelii gloriam, supra legem Moyse in cuius vultu, dum de monte legem ferret populo, cuiusmodi fulsit claritas, ut in eum non possent filii Israel intendere propter gloriam vultus eius, quae euacuatur. Eua. cuatur (inquam) gloria legis, quia lex illa cedit Evangelio, quod quia manet, amplior est illius gloria, quam legis. At cum lege vadit & Sacerdotium. Vnde idem Ap. 7. 12. stolus ad Hebraeos scribit: *Translatio Sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat.* Ergo si legale Sacerdotium fuit in gloria, multo magis erit sine contouersa Evangelium gloriosum. At quanta gloria fuit veteris illius? solae vestes, quibus ornabatur summus sacerdos, ingressurus in templum, dant testimonium, quae ut erant gloriosae, ita de illis scribitur: *Excelsum fecit Aaron. & dedit illi Sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria, & circumcinxit eum zona gloria, & induit eum stola gloria. Stola sanctam auro, & hyacintho, & purpura, gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri. Corona aurea supra mitram eius expressa signo sanctitatis & gloria honoris; opus virtutis, & desideria oculorum ornata: sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia.*

Recedens Moyses à Deo gloriosus apparuit in vultu suo. Accedens Aaron ad Deum gloriosus apparebat in amictu suo: Ille in facie, iste per totum à summo vertice vsque ad pedes. Ille à Deo gloriam referebat, iste ad Deum ipsum gloriam afferebat. In vtroque Christus, qui rogabat: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.*

Recedens Moyses à Deo gloriosus apparuit in vultu suo. Accedens Aaron ad Deum gloriosus apparebat in amictu suo: Ille in facie, iste per totum à summo vertice vsque ad pedes. Ille à Deo gloriam referebat, iste ad Deum ipsum gloriam afferebat. In vtroque Christus, qui rogabat: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.*

Quam verò gloriam afferebat Aaron Deo in veste illa decora? In libro Sapientiae ita scriptum est. *In veste poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum.* Amictu itaque illo suo Sacerdos, Deo in figura totum representabat orbem; quin & Deum ipsum, cuius in aurea lamina scriptum deferebat nomen in fronte. Quapropter ibidem dicitur in sapientia, *& magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat.*

Ergo in veste illa confessio quaedam videbatur fieri, quod totius orbis terrarum Dominus esset Deus; quod illius manui ac prouidentiae subiecta essent vniuersae; quod plena esset omnis terra gloria Dei. Sed o quam magna gloria eius in salutari suo, & Salvatore nostro. In Christo totus est orbis, totus est Deus; omnium creaturarum summa perfectio est in humanitate Domini, & Dominus ipse est Deus. Ergo quidquid est, in Christo est, siue creatura, siue Creator. Illic erat in figura, hic est in veritate. Ibi nomen Dei in scriptura, hic in substantia. Ibi in lamina aurea, hic in anima, & corpore Christi, id est in eius humanitate super aurum, & lapidem pretiosum multum. Ibi tamen etiam in figura erat orbis terrarum cum imperfecto suo, hic verò non in figura solum, sed re, & veritate sunt creaturae omnes, non solus orbis terrarum, & in summo suo sunt, nuda ab omni imperfectione; In anima Christi omnis Spiritus, in gratia omne donum, in carne omne corpus, & omnis virtus in sanctitate & iustitia. Nunquid ergo non omni gloria & honore coronatus Christus ad Patrem vadit, quamuis nedom apparenter glorificatus? sol erat nube tectus, non sine lumine suo, quamuis operto; verè Deus, quamuis absconditus; verè sanctus, quamuis in similitudine carnis peccati; aded vt dicere audeant inimici eius. *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Gloriosus in conspectu Domini, tamen nos vidimus eum despectum, nouissimum virorum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. O gloriosa functio. Fungi Sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine eius. In omnibus magnificauit Deus populum suum,

ad ed vt dicere audeant inimici eius. *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Gloriosus in conspectu Domini, tamen nos vidimus eum despectum, nouissimum virorum, quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. O gloriosa functio. Fungi Sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine eius. In omnibus magnificauit Deus populum suum,

& honoravit; sed in Sacerdotio ad summam euexit gloriam. Idèd & templum ipsum dicitur superbia illius, ubi fiebat functio Sacerdotalis. Propterea Deus contra illos indignatus comminatur per Ezechielem. *Ecce ego polluam Sanctuarium meum, superbiam imperii vestri, & desiderabile oculorum vestrorum.* Si tam gloriosum vetus sacerdotium, vt esset illius populi gloria magna, & honor summus. Quid nostrum, quæso? Quid summa illius functio non ministrorum perfecta manu, sed ipsius summi & æterni Sacerdotis? Hic hic patiens, & moriens, tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. O passio, quæ quantum turpior hominibus, tantò apud Deum gloriosior extitisti: ô mors, quæ in conspectu hominum vilis, pretiosa es in conspectu Dei. O ignominia, stultitia insipientibus, sapientibus sapientia Dei, gloria, honor, splendor, & Maiestas incomprehensibilis.

Venite qui gloriam concupiscitis. *Exhortatio* scite ubi sit virtus, ubi honor, ubi splendor gloria. Videte quòd, *qua stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, qua non sunt, vt ea, qua sunt, destrueret; vt non gloriatur omnis caro eorum illo.* Hoc fecit in holocausto perfectissimo, hoc in Gentium vocatione; hoc facit in fidelium electione, vt gloriemur in laude eius, non in virtutibus nostris. Qui bono adheret, bonus est; qui sapienti communicat, sapiens est; qui gloriosum induit, decorem indutus est. Venite ergò ad Regem gloriæ, venite ad sacerdotem magnam, super quem gloriam, & magnum decorem imposuit Altissimus: sequimini eum in domum, in quam intrat in templum gloriæ suæ, ubi summè summo suo fungitur Sacerdotio. Illi coniungimini, quando exaltatus est in throno Maiestatis suæ, in solio gratiæ suæ, in sede misericordiæ suæ; Vbi impletum est vaticinium Habacuc: *Ope-*

Habac. 3 *ruit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.* En abscondita fortitudo Christi, quædò cornua Crucis fuerunt in manibus ei?

quæ erant perforatæ clauis. Tunc operuit cælos gloria eius, quæ vt rutilantius splenderet, retraxit sol ille visibilis splendorem radiorū suorum. Tunc cœpta laus est, quæ retrā erat repletura, confitente Centurione: *Verè Filius Dei erat iste.* Tunc splendor eius, luci fuit assimilatus, q̄ in illius morte tenebris obuoluta est, vt fulgentius postmodum emicaret. Sic Christi splendor obnubilatus est, vt sol, qui erat in nubilo, splendidiore radiis suos euulgaret. Quædò resplenduit facies eius sicut sol, Moyses, & Elias, qui illi altiterunt, & ipsi vultus in claritate. O felix, qui dicere potest eum Apostolo, *Christo confixæ sum cruci.* Conforis ille erit gloriæ suæ, verè gloriosus, verè nobilis, verè magnus inter omnes mortales. Quia gloria magna si est sequi Dominum; maxima illius est, qui adherens Domino vnus spiritus est cum eo. O gloriosi Principes terræ! ô gloriosi nobiles ciuitatum! ô gloriæ cupidi homines vniuersi! en scala, per quam ascenditur ad gloriam. Absit vobis gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, & eritis verè gloriosi: quia gloria Domini colliget vos, si non hominum, si non mundi, si non fallax & fallax. Gloria Domini, gloria vera, gloria subsistens, & permanens in sæculum sæculi.

SECUNDA PARS.

Si verum est id, quod certis scripturarum testimoniiis confirmauimus in genere loquentes, absque dubio si ad species ipsas descendamus, nihilominus verum erit, quæque perspicuum. Quod vt planius fiat & apertius, per singula hæc dicurramus, quæ Dominus explicauit, dicens. *Tradetur gemitibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum.* Quinque ista, Traditio, illusio, flagellatio, conpuitio, occisio, videntur esse non honoris & gloriæ, sed ignominie & contumelie: & sunt gloriosa tamen, & digna, quæ admitteret ille in se, qui est Rex gloriæ. Traditionem, vt exordiamur, proposuit aliquandò Propheta pfallens, vt rem abominabilem, ita concinens: *Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominacionem*

nationem sibi Traditus sum, & non egredie-
 bar: oculi mei languerunt pro inopia. Cla-
 mavi ad te Domine? Vt quid repellis oratio-
 nem meam, auertis faciem tuam à me. Traditio ista vituperii plena est, quia per frau-
 dem facta est à discipulo familiari, pretio vilis pecuniæ, ad mortem inita est. Idcirco
 Psalmus præponit, Notorum elongationem; singularis autem notus erat Iudas. Cui in Psalmo alio: Tu verò homo vnani-
 mis, dux meus, & notus meus Proponit abominationem, qua illum estimabant. Addit quod propterea lacrymatus sit, ro-
 gans Deum, non tamen exauditus, neque liberatus. Traditus enim sum (inquit) & non egrediebar Sed gloriam vide. In Israël magnum erat nomen Dei. In populo isto glorificabatur, vt perpicuum est; sed tandem per eos, nomen eius blasphemabatur in gentibus. Vt ergò nomen eius magnum esset in Gentibus, repellens plebem suam, & dimittens hereditatem suam, ad gentiũ accessit multitudinem. Vbi à solis ortu vsq; ad occasum laudatur nomen Domini. Excel-
 sus super omnes gentes Dominus, & super celos gloria eius. Quid faciunt igitur ædificantes, & lapidem angularem reprobantes? Vt fiat in caput anguli, eleuatus super omnes gentes, & sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat. Pulsus de templo mundi, factus est magnus, & repleuit Orbem vniuersum. Et ita egressa est gloria Domini à limine templi; & stetit super Cherubim, animalia videlicet, quibus designantur quatuor partes mundi. Quid igitur facitis, ô Iudæi, tradentes Christum? Mittitis in dispersionem gentium, vt ab omnibus glorificetur. Sic de aliis partibus posset disseri, de illusionem, de flagellatione de conspuitione, de occisione. Ex his enim factus est gloriosus; pro irrisione, adoratus; pro flagellatione, recreatus; pro conspuitione, laudatus; pro occisione, viuificatus vita beata & immortalis; quæ in eius Resurrectione comprehenduntur vniuersa, quam partibus istis ignominiosis subiecit ipse dicens: Et die tertia resurget.

7 Sed pressius nos atque intimius gloriam in ignominia ipsa reperimus. Ipsum met quod despicabile videtur, & contem-

ptibile, quàm gloriæ plenum sit, quàm maiestatis, quàm magnificentiæ, nunc aperimus. Hoc dominicum fundamentum a Paulo demonstratum, præmittentes, & prælocantes. Beatius est magis, dare, quàm accipere. Quod beatius est, id honorabilius, id magnificentius, id omninò præstantius est, & clarius. Hanc præstantiorem claritatem habere iam ostendit, qui alteri dat, & non accipit. Summa hæc est gloria Dei, qui dat omnibus affluenter, cum tamen à quoquam recipiat nihil posse recipere. Cæli, in quibus habitat, in hoc illi assimilantur, qui lucem suam, suamque virtutem terræ compartiuntur, nec ab ea tamen compendii quidquam consequuntur. Veritas per se aperta est. Dare est largitatis, recipere necessitatis, illud munificentia est, hoc indigentia. De plenitudine accipitur, in vacuitate recipitur. An ita est? Ergò amplius dare, beatius multo. Et id vbi sit gratis, ac liberalius, ad apicem ascendit huius beatæ gloriæ. Sit hoc stabilissimum fundamentum.

Nunc super illud ædificemus. Nihil pretiosius habet homo, quàm seipsum, nil sibi carius, nihil expedientius sibi aut conferentius. Id aliis tribuere, duabus contingit rationibus, dum videlicet vel seruituti se tradit, vel morti. Dum videlicet quod est, alteri sic tradit, vt alterius sit, non suũ præterea. In manibus (inquam) alterius atque potestate, non iam in sua. Aut quod est, eo se sic euacuet ad alterius votum & bonum, vt iam non sit, quod erat; quod est mori pro salute alterius. Duos istos modos se præbendi, quod Christus seruauerit, asserunt & sua verba, & sua facta. Verba dum dicit. Tradetur Gentibus, & occident eum. Facta, quia verè traditus est, & interemptus. Traditio vt gloriosa sit, libera atque liberalis sit, necesse est; propterea tradidit semetipsum liberè, quia voluit, sola charitate, nulla adactus necessitate. Liberaliter autem nihil ab iis expectans, quibus datus, præter illusiones, flagellationes, conspuitiones, mortem. Vt perfecta sit & honore dignior, plena debet esse; vt traditus sic tradatur, veluti etiam ipsa sui traditione expoliatus, & tradendi potestate, quin

Act. 20. 37

8

quin

quin & voluntate. Ideò per dolum traditur, quasi nescius, tenetur, ligatur, ducitur ac si inualidus sit, seipso veluti exinanitus, antequam traditus. Dixit propterea: *Hæc Luc. 22. 53. est hora vestra, & potestas tenebrarum* Ita est & libera, & coacta: libera, vt sit virtutis, & ob id gloriosa: coacta, vt sit magna atque perfecta, & ideò virtutis gloriosioris. Occisio item spontanea est: nam *Philip. 2. 8. factus est obediens vsque ad mortem: sub Ioan. 19. 10. tamen alterius potestate, qui dixit illi: Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te? & vt coactior magis appareat, clavis cruci figitur, nè funibus ligatur modo; & ita crucifixus, obit mortem. Et quamuis dixerit ipse. Postquam occiderint corpus, non habent amplius quid faciant; & in corpus ipsum se uientes, cum perforant lancea, tum sub petra custodiunt, ita in illud suam exercentes quantam potuerunt potestatem. En sui perfecta, omnimodaque communicatio per traditionem, & occisionem.*

Portuisset autem dum traderetur aliquid sui sibi retinere, si non possent illi, quibus datus fuit, in eo facere quæcunque voluissent. Aut si illi traderetur, qui illum sic tractarent, quemadmodum illius natura postulabat, nempe si mentem pascere honore, carnem quiete. Duo enim ista bona cara sunt hominibus; vt homo bene sit in semetipso, & bene ab aliis habeatur; nullum in se sentiens incommodum, nullum ab aliis audiens improprium. Ab his prorsus fuit exemptus Dominus Iesus. Quoniam illusus fuit, & flagellatus; mente, & carne cruciatus; claritate expoliatus per illusiones, per flagella vilitate & voluptate. Mors illi forte aliquid reliquisset, si saltem sitienti calix datus esset aquæ frigida; & plus si sicera, vel vinum bonum; sed negata est aqua, datum acetum, & vinum cum felle mistum. Si hac in parte sic habitus est, non secus putandus est habitus in aliis quibuscunque; vt mors mortis plena & esset & declararetur; vt nihil penitus esset in illa præter mortem. Si ergò gloriosum est dare, & beatus magis, quam accipere, quanta gloria est Christi Domini nostri, qui tam plene tamque perfecte dedit

semetipsum pro nobis? Hanc tantam gloriam vt aperiret, & ipsa quoque tum quantum erat possibile expoliaret se, hæc omnia voluit esse vilitatis plena, abiectionis, verecundia, contemptus, pudoris, contumeliarum; quod videretur innuere voluisse, dum illusioni addidit conspuitionem, & hoc interposita flagellatione; vt ita summam ostenderet despectionem, usque, quæ ad ignominiam sunt reserpta omnia. Ergo pudenda fuit traditio, pudenda illusio, pudenda flagellatio, pudenda occisio; & quæ maior fuit, sui ipsius priuatio, mors videlicet ipsa pudorem induit amplissimum. Ideò mors fuit Crucis, cum iniquis deputatus fuit, medius inter latrones; ibi infusus; ibi contra dignitatem suam, qua erat Filius Dei; contra potestatem suam, qua poterat si voluisset de Cruce descendere, clamatum est ab inimicis suis cum reliquis aliis huiusmodi indignitatibus, vt profecto vera esset impiorum vox illa. *Morte turpissima condemnemus eum* Ergo sicut ibi abscondita est fortitudo eius, ita velata gloria, obnubilata claritas, species cooperta, & deturpata omnis pulchritudo Domini. Ne forte si quid gloriæ patenter retineret, minor videretur esse gloria eius, quæ in omnium plena traditione, cum quibus & ipsa plene tradita est, splendidius rutilauit.

O gloriæ claritatem euidentissimam! An forte putamus huic tantæ gloriæ esse detractum ex eo, quod quæ nobis donauit, a nobis prius accepit? Nam si non accepit, cur se filium hominis nominabat? Non est autem filius quisquam a se, sed ab eo, qui genuit illum. Filius itaque hominis ab homine, quod homo est, accepit ab homine. Hæus tu qui hæc cogitas, Cogita quod Ioannes non dixit, *Caro factum est Verbum* cum tamen fieri carni magis conueniat, quam verbo: sed dixit, *Verbum caro factum est*. Ita dictum potius inuenies: *Deus factus est homo*, quam *homo factus est Deus*. Quid ita? Quia dum humanitatem nostram assumpsit, suam nobis dedit Diuinitatem; Vas formans in quo se daret, factus paruulus, & sic natus, & datus nobis. Vbi accepimus illum nos, nra. Iocum

Matth. 26. 34. & 48.

Act. 20. 35

cum effingeret, in quo habitaret omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Esto, acceperit a nobis, hoc quare? vt noster esset, in eo quod acceperit a nobis, datus nobis. Nam si nostrum non esset id, in quo seipsum collocavit & donauit, nobis non se daret. Nostram igitur accepit humanitatem, cui suam coniungens Diuinitatem, suæ nos fecit Diuinæ naturæ confortes. Verum quis hanc condidit nostram humanitatem? nonne ipse, qui creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam?

1. Math. 7. Quid septem fratrum mater? Nescio qualiter in utero meo apparuisti: neque enim ego spiritum, & animam donavi vobis, & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi. Sed mundi Creator, qui formauit

Luc. 1. 35. hominis natiuitatem. Si ista sic locuta est; quid diceret Virgo illa sanctissima, in qua Spiritus Sanctus superuenit, cui virtus Altissimi obumbravit? quid diceret (inquam) de filio suo, qui conceptus de Spiritu Sancto, factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, propter quam filius hominis dicebatur? Sed esto, de nostro acceperit, nos illi dederimus quod esset homo; quam parum dedimus? quam multum accepimus? quam maximum dedit ipse? quam maxime donauit nobis? dederit Virgo sementiam carnem. Ecce Adam maximus, qui exultauit, vt gigas ad tradendam vitam

Quis, quis est iste, qui dedit semetipsum pro nobis? Christus filius hominis, Filius Dei; perfectus homo, perfectus Deus: vt hominem acciperet, tantillum accepit. Sed quid Angelus? *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.* Hic iam magnus factus: hic Filius Altissimi, verus Deus dedit semetipsum, non id modicum quod accepit, sed seipsum totum, vt est perfectus Deus, perfectus homo. Deus traditus est Gentibus, Deus illusus, Deus flagellatus, Deus contus, Deus occisus, Deus tam largus, libere se nobis condonauit! modicum illud accepit, vt tantum daret, & acceptio illa modici, ipsamet maximi, & immensi traditio fuit: dedit accipiens, & vt quod accipiebat, excellentius daret atque perfectius, ideo accipiebat, & vt quod dabat, dum acciperet, ineffabiliter tribueret,

Tom. II. Belliniani.

sine vlla acceptione, nisi malorum, dolorum, opprobriorum, & necis crudelissima. Ista mirabilia cogitemus potius, quam narremus: mente comprehendamus magis, quam verbis amplectamur. Ita conuidentes quantam gloriam fecit sibi Dominus Iesus Christus Passione sua: quam gloriosa sit Passio eius, quam clara Crux, quam mors splendens, & rutilantissima. O gloria Passionis! O Passio gloriosissima! Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a sæculo: quia omnia nobis donauit; sed non tantum, quantum cum tradidit nobis semetipsum. Dederat tunc creaturas, nunc Creator omnium factus est noster, dans ipse sese cum omnibus bonis suis. O gloriam ineffabilem!

Eccl. 4. 4. 7.

Ergo inglorii nos, ergo viles, & abominabiles, qui nostrorum quæ nostra non sunt, sed Dei; qui nostrum, qui nostri non sumus, sed illius, qui creauit nos, tam tenaces sumus, tam auari, tam cupidi. Si pensio tua, quæ te beatum faciat? Iugis acceptio hians haustio, vorago immensa; neque oculus ipse saturatur visu, non dicam manus vsu semper accipere, tribuere nunquam, signum est vacuitatis, imperfectionis, indigentia; ignominia; itaque est non gloriæ. Et vos qui gloriam appetitis, cur contenditis in contrarium? Num ignorantiam gloriosam arbitramini? Num & hoc ignorare, quod ignorantia ignominiosa sit, rem gloriosam æstimatis? sed ait Sapiens: *Novit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam.* Qui pauperi non est utilis, ignorans est. inglorius, & ignominiosus. Ergo non sit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta. Quæ est gloria Ioseph, qui beneficus in Aegyptios, accepit & dedit; accepit vilia, dedit pretiosa? Vos gratis accepistis, gratis date, vt sitis gloriosi confortes Christi, & cohæredes. Quod nobis concedat. Amen.

Exhortatio

Act. 20. 35

Prou. 29. 7.

Eccl. 4. 36.

Gen. 4. 7. 14

Mat. 10. 8

MORALE.

Quid mirum si non intelligebant Apostoli, quæ dicebantur a Domino, cum loqueretur illis de passione sua, & de

Cccc

resurre-

resurrectione sua? Nimis profunda factae sunt collocationes eius. Tenebrae erant super faciem abyssi istius, in quam se demerit Altissimus, veniens in altitudinem maris. Verum est, si quod intrinsecus latet, disquirere meditatur, etiam pellis istius holocausti igne comburitur, etiam fimus hostiae sanctae crematur, & deuotè; Sic enim praeceptum erat: *Vitulum & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, quorum sanguis illatus est in sanctuarium, asportabunt foras castra, & comburent igni, tam pelles quam carnes eorum, & fimum.* Omnia quae Christi sunt, sancta sunt, quantumlibet contemptibilia appareant, quoniam Deus ipse est: Accepit illa Deus in sanctum sacrificium. Nos ergo quid ista despiciamus? sacris vestibus sacerdos decoratus inferebat in sanctuarium, sanguine hostiae, his depositis carnes cremabantur cum pelle & fimo. Sit Sanctorum, sit Pontificum ea rutari, quae in abscondito offeruntur. Turbae sit, quae crassiora sunt contemplari, quae fimi instar vilia sunt, quod sit traditus Dominus noster, quod sit illusus, quod sit flagellatus, consputus, occisus. Et si horum quoque profunda non valemus penetrare, quod externum est contemplemur, pellem despiciamus. Hic non opus est ingenii acumine, metris subtilitate, studio importuno, facilis sat est, rudis & incondita consideratio. Res ipsae materiales, quas proponit Christus, ponantur ob oculos nostros. In traditione ex parte traditoris cogita tria. Primum, quod Iudas auaritia actus, sciens Principes Sacerdotum de Christi morte tractare, abiit ad eos dicens, *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Secundò, quod accepta promissione denariorum, capta occasione in caena, iterum abiit, ut simul & praemium acciperet traditionis, & ministros ad illum capicendum. Tertio, quod veniens in hortum ubi orauerat Dominus, osculo illum tradidit. Ex parte traditi item tria. Primum, quod semper nouit illum Dominus, fuisse vel futurum esse suum traditorem, idè aliquando reuelauit. Secundò, quod & operationis memoria, & operantis praesentia, illius *Ioan. 13. 21.* valde mentem affligebat. Idè reuelatu-

rus tantum facinus turbatus est spiritus. Tertio, quod sciens omnia, quae ventura erant super eum, benignè illum tamen suscepit ad osculum.

Illusionem illi factam habes in domo Caiphæ, ubi condemnatum ut mortis redderetur, qui tenebant illum, illudebant ei, cecidentes, & velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: *Prophetiza, quis est qui te percussit? & alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Habes in domo Herodis: *Spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illi sit indutum veste alba.* Habes in Praetorio Pilati: *Tunc Iesus, milites Praesidis suscipientes Iesum in Praetorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuerunt eum, & clamidem cocineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes: *Aus Rex Iudaorum.* Habes in Caluario ubi erat crucifixus: *Prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas; salua te metipsum. Si Filius Dei es, descende de Cruce. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes eum Scribis, & Senioribus dicebant: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: Si tu es Rex Iudaorum, saluum te fac.***

De flagellatione. *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Iesum flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur.*

Expunctionem tangit Matthaeus factam in domo Caiphæ: *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt.* Et in praetorio Pilati: *Et conspuentes in eam, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et conspuerunt eum, &ponentes genua adorabant eum.*

Occisio tandem plura continet, quae sunt. Conatus Iudaorum, qui accusantes, & postulantes ut crucifigeretur, dicebant: *Crucifige, Crucifige eum.* Iudicium Pilati: *Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur: Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Iesum tradidit voluntati eorum.* Pilatus volens populo satisfacere, dimisit il-

Leuit. 16. 27.

Leuit. 16. 23.

Mat. 26. 5.

Ioan. 13. 21.

li Barabam, & tradidit Iesum flagellis ca-
 sum, ut crucifigeretur. Et crucifixio: *Sufce-*
 perunt autem Iesum, & duxerunt. Et bau-
 lans sibi crucem exiit in eum, qui dicitur Cal-
 uaria, locum, Hebraice autem Golgotha, ubi
 crucifixerunt eum. Et cum eo alios duos, hinc
 hinc mediū autem Iesum Crucifixerunt eum,
 & latrones unum à dextris, & alterū à sini-
 stris. Et exspiratio: *Iesus clamās voce magna*
emisit spiritū. Sic Mattheus idē & Marcus:
Iesus emissa voce magna expirauit. Lucas
 vero: *Et clamās voce magna Iesus ait: Pater*
in manus tuas commendo spiritum meum. Et
haec dicens expirauit. At Ioannes: *Cum ac-*
cepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum
est, & inclinatio capite tradidit spiritum.
 17 Ecce pellis, ecce simus; pellis exterior
 apperentia vilis, abiecta, despecta: simus,
 mundi existimatio, qua Christus Iudeis fuit
 scandalū, Gentibus autem stultitia. Hinc
 18 Paulus: *Verbum crucis pereuntibus stultitia*
est, iis autem qui salui sunt, id est nobis, Dei
 23 *virtus est.* Et infra: *Pradicamus Christum*
crucifixū, Iudaeis quidem scandalum, genti-
bus autem stultitiam: Ipsi autem Iudaeis
 atq; gentibus Christum Dei virtutem & sa-
 23 *pientiam.* Quare Iudaeis scandalū: audi ir-
 42 *identes. Alios saluos fecit, seipsum nō potest*
 43 *saluū facere: Si Rex Israel est, descendat nūc*
de cruce, & credemus ei: confidit in Deo, li-
beret nunc, si vult eum; dixit enim: Quia Fi-
lius Dei sum. In multis quidem Iesus Chri-
 stus Iudaeis, lapis fuit offensionis, & petra
 scandali, vt ex Euangelio patet: sed contra
 ipsum maxime propter hoc ausi sunt incede-
 dere, quia illum putauerunt impotentem
 ad se tueri, & qui nō deberet à Deo de ma-
 nibus eorum liberari, quod neque Chri-
 stus esset, neque Rex Israel, neque Filius
 Dei. Si enim sic cognouissent, nunquam
 Dominum gloriae crucifixissent. Quamo-
 8 *brem vero Gentibus stultitia; quia sic te-*
 19 *nuerunt, vt vnus illorum sapiens ait: Stul-*
 16 *titia est in morte alterius sperare salutem. Et*
 18 *stultam rem putauerunt, quod Deus vel-*
 18 *let fieri homo, & crucifigi.*
 At nobis quare virtus Dei est, & Dei sa-
 18 *pientia: Quoniam illius fortitudinem no-*
 18 *uimus, qua poterat mortem euadere, si*
 18 *voluisset; & qua moriens potuit mortem*

occidere, & mortalibus omnibus tribuere.
 Ideo in Habacuc dicitur: *Cornua in mani-*
bus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. E-
 rat ibi fortitudo eius, quia cornua in ma-
 nibus eius. Pro cornu intelligi fortitudinē,
 frequens dicit Scriptura. Vnde Zacharias:
Et erexit nobis cornu salutis. Per manum
 denique, etiam potentia significatur, pro-
 pterea in Psalmo: *A fortitudine manus tuae*
ego defeci. Ergo cornua in manibus, sum-
 ma est Christi potentia, & fortitudo. Que-
 madmodū vero abscondita? quia cornua
 in manibus eius. Quis videns ambas illius
 manus, ambobus crucis cornib; ferro cō-
 fixas, vel tenuerit dubitasset, aut timuisset,
 & tenuisset in eo fuisse facultatem seipsum
 liberandi, tantum absit alios totumque sal-
 uandi mundum? Sed mysteriū est non con-
 temnendum, quod eisdem verbis spiritus
 Phrophetiae, & fortitudinem eius notet,
 & absconsonem eius. Sicut enim eisdem
 verbis vtrumque designatum est, ita eisdē
 factis est vtrumque perfectum. In ea ipsa
 crucifixione, qua infirmus ostenditur, ere-
 xit cornu salutis nobis. In ea ipsa infirmitate,
 qua crucifixus est, dispersit superbos,
 deposuit potentes de sede; & vt ait Apo-
 2 *stolus, Chirographum decreti, quod contra*
 14 *riem erat nobis (nempe mortis damna-*
 14 *tio) tulit de medio, affigens illud cruci. Et*
 14 *expolians principatus, & potestates, traxit*
 14 *confidenter, palam triumphans illos in semet-*
 14 *ipso.* Palam (inquit) de Potestatibus tene-
 brarum triumphauit, quia exaltatus in
 cruce, illis abstulit Principatum mundi;
 quamuis Gentibus, & ipsis spiritibus tunc
 esset abscondita fortitudo eius. Nos ergo
 faccum istum conscissum, & detractam
 pellem aspicientes, nouerimus ibi esse Dei
 virtutem ad saluandos nos: vt ita sit Chri-
 stus nobis etiam sapientia, qua intelliga-
 mus fortitudinem eius nobis exhiberi, vt
 qui in se fortis est, fortis sit nobis, vincens
 fortem armatum, & expolians eum spo-
 liis, quæ eramus nos.

Cogitate carissimi, cogitate, & cogitate
 in sinum mentis vestrae sacratissimam Do-
 mini Passionem; atque vbi illius dispexe-
 ritis vilitatem & abiectionem, scitote quo-
 nam ibi est fortitudo eius, & ibi abscondita.

CCCC 2 Ibi

Ibi illius fortitudo, facta est fortitudo nostra, & refugium nostrum. Ita enim impletum est Moyfi vaticinium de Christo, qui
Deut. 33. 7. fuit de tribu Iuda. *Audi, Domine, vocem Iuda, & ad populum suum introduc eum, manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.* Quenam est vox Iudæ, quam Dominus debeat exaudire? illa est, de qua dictum est ei: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Ideo dicit hic: *Et ad populum suum introduc eum.* Cuius autem rei gratia? ut manus eius, in quibus cornua sunt, quæ sunt potentissimæ, pugnent pro populo isto contra aduersarios suos. Pugnavit pro nobis Dominus Iesus, & pugnat etiam nunc contra aduersarios nostros. Igitur pugnemus & nos; pugnemus inquam) eisdem armis, quibus & ipse pugnavit. Quæ

Psal. 2. 8.

vero sunt illa? de quibus audistis: *Vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat; illa sunt: Crux, passio, mors, persecutiones, aduersitates; iis diabolus subactum tenebat mundum, oppressit Christum, habens potestatem super illum. Hæc iam sint arma nostra, quibus utamur, sicut & Dux noster vsus est, patiens, sustinens, æquo ferens animo, amplectens, seruans Crucem. Ita, ita & nos mala sustineamus, Crucem amplectamur, baculum feramus cum Dauid contra Goliath. Petra constantiæ, duritate patientiæ, fortitudine sustinentiæ aduersarium percutiamus in fronte; frangamus audaciam eius; prosternamus superbiam eius; caput illius conteramus, quo primo quasi serpens in animos nostros & animas contendit irrepere; gladius illius intret in præcordia ipsius; præcidat caput illius. Cruce, qua gloriabatur se cunctis præualere, cruciare, ac delere verum mundi principem, eundem percutiamus, subigamus, proteramus. Aliud petra Dauid, aliud Gigantis gladius; Vtroque tamen vsus est adolescens iste rufus, & pulcher aspectu, te-*

Luc. 11. 22.

lo suo Dauid illum primo percussit, nempe lapide limpidissimo; deinde illius gladio, ipsius præcidit caput. O lapis offensionis! ô petra defensionis Christi Dominus noster! Indue, Christiane, Iesum Christum; ista sunt arma lucis, gladius fulgens, lapis

1. Reg. 17. 40.

40.

limpidissimus, sumptus de torrente. Torrens tribulationum lapidem istum expoliuit, & limpidum reddidit. Nam in passione sua Iesus impleuit omnem iustitiam, legem totam seruauit, & Rex virtutum & gloriæ declaratus est. Accipe tibi petram istam durissimam, fortem in ferenda, & inferenda morte: ferenda in se, & inferenda in aduersarium. Et propterea quoque gladius est acutus, & limatus: limatus ad terrendum, acutus ad conterendum. Adolescens fortis, & pulcher aspectu. De rege quodam, qui populum erat contritus, dixit Dominus ad Ezechielem. *Gladius, gladius excutus est, & limatus. Ut cædat victimas, excutus est, ut splendeat limatus est.* At non magis Christus gladius acutus est, & limatus: dum limatur, acuitur; limatur, ut splendeat; acuitur, ut percutiat; splendore virtutum principem tenebrarum obtruit; qui crucifigens illum, victorem fecit; qui dum affert contra illum gladium crucis, offert illi gladium, quo ipse interficiatur. O crucem! ô passionem! ô lapidem de torrente! ô gladium de femore. Quid torrens nisi fluxus aquarum multarum irruentium in Christum? Sed qui illarum fons? nisi potestas tenebrarum, gigantis ac demonis potestas illa, cui quæ comparetur non est super terram alia? Ergo mors, & passio, illata ab aduersario, petra est, & gladius, quo ipse contritus est, & depositus de sede altitudinis suæ. Hic, hic est lapis, hic est gladius, quo nos, si victoriam experimus, conuenit dimicare.

1. Reg. 17. 42.

42.

Arma deponite Saulis, qui altior fuit vniuerso populo, ab humero & sursum. Arma ista sunt, quorum est vsus in mundo, quibus armantur, & pugnant filij huius sæculi, quibus & gigas Goliath armatus incedebat. Arcus, hasta, gladius, currus, equi, exercitus, & machinæ, potestas videlicet sæculi. Dauid, Christus, Christianus horum non habet vsus, qui laborat sic, ut bonus miles Christi, humilitate certat, paupertate, simplicitate, tolerantia, in-turiam accipit; fraudem patitur, malo non resistit; percutienti maxillam, eadem præbet & alteram: tollenti tunicam dimittit & pallium: angarianti mille passus addit & alia

49.

lo suo Dauid illum primo percussit, nempe lapide limpidissimo; deinde illius gladio, ipsius præcidit caput. O lapis offensionis! ô petra defensionis Christi Dominus noster! Indue, Christiane, Iesum Christum; ista sunt arma lucis, gladius fulgens, lapis

alia duo: currenti contra se in quadrigis, & armis bellicis, occurrit sedens super pullū afinæ mansuetus, & pauper. Summè potenti, patientiam opponit; Iracundiæ, pacem; furori, mansuetudinem, tyrannidi, subiectionem; oppressioni, silentium; direptioni, largitatē; iniuriantī, remissionē; maledicenti, benedictionē; calumnianti, deprecationem; & odio prosequenti, & persequenti, veram dilectionem plenam operibus bonis. At si tu horum armorum usum non babes, iam non es miles Christi, sed mundi, & diaboli. Si dixerit tibi Iosue: *Noster es, an aduersarium?* quid respondebis illi? *Christianus sum.* Sed ostende mihi ex operibus si sem tuam; ex armis militiam tuam; ex moribus vitam tuam. Princeps ille exercitus Domini, quem vidit, interrogauit, & adorauit Iosue, euaginatam tenebat gladium; insinuans promptum atq; paratum adiutorium Domini, si fecerimus vt Iosue, qui fecit, vt sibi fuerat imperatum. Quid verò nobis imperatum

Matth. 5. 38. est? *Audistis, quia dictum est antiquis: oculo pro oculo, dente pro dente. Ego autem dico vobis: Non resistere malo: Hoc Christus.*

Rom. 12. 17. Paulus verò: *Nulli malum pro malo reddentes. Non vosmetipsos defendentes, sed*

14. *date locum ira. Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere.* Sed iubet Paulus. Hæc autem ad exemplum

1. Pet. 2. 21. Christi, vt monet Petrus: *Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste.* O mysterium! Iosue imperatur: *Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, sanctus est.* Quis verò locus hic sanctus? Ager vrbs Iericho. Quare sanctus? Quia in eo futurus Christus Sanctus Sanctorum, & tūm maximè cum dixit discipulis suis: *Eccc ascendimus Ierosolymam, vbi filius hominis tradetur & crucifigetur.* Ita enim habet Euangelista

Luc. 18. 31. post hæc verba: *Cum appropinquaret Iericho; ascendens itaq; Ierosolymam, & predicans suam Passionem, erat in agro vrbs Iericho: Ager ergò est locus, vbi Christus ambulat, vadens pati, & crucifigi. Hoc ergo imperatur nobis, vt nudis pedibus, mundis vestigijs ascendamus cum Christo*

ad Passionem ad patientiam & mansuetudinem. Si sic imperata fecerimus, videbimus principem exercitus Domini, euaginatam tenentem gladium, vt de inimicis nostris vltionem sumat, vt nos defendat ab hostibus, liberet à malo, eruat à periculis, & de ore leonis. Sis tu ours Christi, quia sicut ouis ad occisionem ductus est, & erit ipse sicut pastor, ita & protector tuus, vt nō sit, qui eripiat te de manu eius. Propterea enim & suæ Passioni subiecit resurrectionem. *Et occident eum* (inquit) *& tertia die resurget.* Vt sciamus, quoniam si loci passionum fuerimus, erimus & resurrectionis. Si tolerabimus, & conregnabimus. Heu! officium hoc cur non sequimur? Professionem nostram nō tenemus? Statum nostrum non honoramus? Nostro ipsi Regi ac Duci nō adharemus? Petrum saluaturus Dominus apprehendit dexteram eius, ad ipsum enim accedebat. Accedite ad eum, & liberabimini: appropinquate illi, & saluabimini; imitami illum, & illuminabuntur corda vestra, & sanabuntur corpora vestra, & eritis sub tutela illius, qui saluos facit sperantes in se, & destruit in seipsis confidentes, & omnes à se recedentes perdit. Ergò, Domine, sub vmbra alarum tuarum protegenos, & dona nobis vitam æternam. Amen.

FERIA V. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Facta est dissensio in turba, vsque, & reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

Ioan. 7. 43.

ARGVMENTVM.

Duo specula inueniuntur ad Deum cognoscendum. Creaturarum vnum, Scripturarum alterum. Vtilitas & necessitas Scripturarū. Explanantur

CCCC 3 omni

omnia illa loca Noui Testamenti, quae de traditione Christi agunt, & hoc excellenter.

- I.** **C**ONTRARIETAS illa, quae his verbis expressam reliquit Salomon: *Labia sapientis disseminabunt scientiam: os stultorum dissimile erit;* potissimum patet in Passione Domini, cuius scientia sapientissime à sanctis viris in literis sacris disseminata est. At os stultorum dissimile fuit, per quos verificatum est varicinium illud Osae Prophetae: *Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.* Neque enim Philosophi duntaxat, verum & Scribae, & Pharisei dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, qui peritiã scripturarum prætendentes, atque in lege gloriantes, id iactabant, quod Apostolus illis impingit, dicens: *Confidit seipsum esse duces caecorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae, & veritatis in lege.* Et tamen ut idem ait Apostolus: *Excitati sunt, & cæci, duces caecorum facti, ceciderunt in foueam, quam fecerunt.* Eorum est enim vox, quam hodie in Euangelio audimus ad ministros, qui verba Christi extollebant. *Nunquid & vos seducti estis? Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Quinimò, & ad Nicodemum, qui erat & ipse ex Pharisæis, & Princeps Iudaeorum. *Nunquid & tu Galilæus es? scrutare scripturas, & vide, quia à Galilæa propheta non surgit.* Sicut ergo in Christo scandalizati sunt: ut qui vere est lapis pretiosus, & probatus à Deo, factus sit illis lapis offensionis, & petra scandali. Ita in legem impegerunt, ut esset illis in scandalum, perperam illam intelligentes, ac deprauantes, ex ea sibi errorum monstra fabricantes, sicut scrutabantur, & gentes similitudinem simulachrorum suorum. Nos ergo quos vocauit Deus in admirabile lumen suum, & quibus aperuit sensum ad intelligendas scripturas, facti obedientes præcepto illo Ieremæ: *scrutamini Scripturas, quia illa sunt,*
- P. ou. 15. 7.**
- Osea 4. 1.**
- Rom. 1. 22.**
- Rom. 2. 19.**
- Rom. 11. 7.**
- Iohan. 3. 1.**
- Isa. 28. 16.**
- 1. Pet. 2. 8.**
- 1. Pet. 2. 14.**
- 1. Mach. 3. 48.**
- 1. Pet. 2. 9.**
- Luc. 2. 4. 4.**

quæ testimonium perhibent de me; sacros uoluimus libros, ut Christum, qui finis est legis, & de quo in capite libri scriptum est, claris intuentes, illi credamus, illum amemus, & quæ nobis præcepit diligenter obseruamus.

Vbi duo. Primum, cur Scripturarum pannis, Christus sit inuolutus, & reclinatus in præsepio, qui est sermo contemptibilis, non elatus in sublimitate sermonis. Secundò, introspectientes in hanc arcam testamenti, videlicet scrutantes scripturam ipsam, dispiciamus ipsum Regem gloriæ, quatenus non est ei species neque decor, sed quasi absconditus vultus eius.

De primo id in primis consideramus, quod Deus nobis obiecit specula, in quibus Deum, quæ nunc à facie ad faciem videre non possumus, ut nostra fert infirmitas, possumus contemplari. Alterum creaturarum: Alterum Scripturarum. Et primum quidem, quod est creaturarum, omnibus prorsus hominibus oblatum est: ut in illud intendentes mentis oculos, Creatorem ipsum quasi in ænigmate conspicerentur. Alterum verò maxime datum est populo suo, quem peculiariter elegerat inter omnes gentes. Quod tandem postquam Dei Verbum ipsum caro factum est, obtulit omnibus, qui credere uoluissent. In primo speculo seipsum Deus, omnium Creatorem maxime declarauit: Nam (ut dicebat Apostolus) *non sine testimonio, se metipsum reliquit, benefaciens de celo, uans pluuia, & tempora fructifera, implens eibos, & latius corda nostra.* Creatura enim sunt testimonium Dei, quæ nobis protestantur, à seipsis non esse, sed ab uno omnium Conditorum, qui fecit caelum, & terram; & mare, & omnia, quæ in eis sunt; ut hæc trina rerum machina quodam quasi vestigio nos duceret ad illum, qui est Unum, Verum bonum. In secundo verò speculo, quod est Scripturarum, Deus in primis ut Saluatorem se nobis obtulit cognoscendum & contemplandum. Et quoniam per incarnationem, qua factus est homo, Saluator omnium effectus est, propterea illum ut Iesum Christum Dominum nostrum nos docent Sacrae litteræ. Et quoniam non

non erat venturus in constitutione mundi, neq; mox à mundi constitutione, vt esset expectatio Gentium, & veniret desideratus cunctis Gentibus, à quibus reciperetur, sed in plenitudine temporis, tempore videlicet illo impleto, de quo dixit aliquando: *Meum tempus nondū impletū est;* debuerunt Sacrae litteræ illū delineare, ac prænunciare, vt omnes crederent in eum, qui venturus esset: debuerunt, & post aduentum Domini, eum quasi digito demonstrare, dicentes: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata. Hic est Filius Dei, qui credit in illum, habet vitam æternam.*

Hæc aut sunt duo testamenta, testimoniū perhibentia de illo, quorū vetus duob. testibus firmatum est, Moysæ & Elia, id est lege & Prophetis: Nouum verò tribus testibus stabilitum, & ratum factū est, Petro videlicet, Iacobo, & Ioanne; in quibus Ecclesia lumine plena, & domus fundata supra firmam petram clamata finibus terræ, & in omni loco. *Ecce sponsus venit, exite obviam ei,* cum gaudio suscipientes verbum Dei. Propter quod prædicatō Euangelio in vniuerso mundo, totus mundus post eum abit, & adorant eum omnes Reges terræ, & omnis terra veneratur, & meruit eum omnes fines terræ.

Porro in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Si ergo Testamentum vetus, quod antiquatur, & senescit, stetit in ore duorum testium; hoc, quod est nouum & æternum, permanens videlicet in sæculum & in sæculum sæculi, in ore triū testium stare, fuit congruentissimū; vt per duos ibi, & per tres hic intelligatur sufficiens demonstratio: hic verò superans; ac propterea si ibi fuerant centum quadraginta quatuor millia signati, hic visa est turba magna, quam dinumerare nemo potest omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis.

Sic ergo conuenientia apparet & ratio, quamobrem voluit ante tempus prædici quæ ventura erant. Cum autem in hesterna lectione diceret; *Ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis; tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint occident eum, & tertia die resurget* Videtur quod passio illius præcipuè sit prænuntiata, & in hoc, quod traditus est, illusus, flagellatus, consputus, & crucifixus, consummata sint omnia, quæ de illo scripta sunt. Attamen addens: *Et resurget tertia die,* ostendit etiam gloriam Resurrectionis vaticiniis Prophetarū esse comprehensam. Propterea Petrus ad hæc duo capita reducit Prophetias, per quæ saluati sumus. Dicens enim, quod reportamus finem fidei, salutem animarum, subdit: *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Propheta, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi; prænuntians ea, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.*

In passione itaque consummantur omnia in Christo illam præcedentia; tota enim vita illius ordinabatur ad passionem, immò in tota vita semper est passus, quarum passionum ea, quæ aperte passio est, & passio dicitur, est complementum. Propter quod non passionem dicit Petrus, sed passiones. Resurrectio verò initium gloriæ dedit, quæ gloria non habet finem. Nam & ita clarificatus est; & continuè clarificatur. Potissimum verò in fine sæculi, cum venerit in maiestate sua; etenim venturus est in gloria Patris sui, redditurus vni cuiq; secundum opera sua; & glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in his, qui crediderunt. Nam de gloria, qua glorificatus est in cælis, quid atinet dicere, cum sedeat cum Patre suo in throno eius, gloria & honore coronatus? Vnde & Paulus: *Eum, qui modico, quam Angeli minoratus est, videmus Iesum propter Passionem mortis, gloria & honore coronatum. Vt omnium lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Propter hoc Petrus sicut dixit passiones, ita non gloriam dicit, sed posteriores glorias. Quoniam verò, vt dixit Apostolus, propter Passionem mortis, gloria & honore coronatus est, & Deus exaltauit illū; perspicuum est in Passione sua potissimum, vim omnium vaticiniorum contineri, quæ

Mat. 7. 6.
Dan. 1. 19.
Mat. 26. 6.
Doms. 19. 15
& Matth. 13. 16.
Apo. 7. 4.
Luc. 18. 31.
Matth. 25.
Matth. 16.
2. Theff. 1.
Apo. 3. 21.
Heb. 2. 9.
Phil. 2. 11.
1. Petr. 1. 11.
Heb. 2. 9.
Philip. 2. 11.

quæ de illo erant. Et hanc in primis oportuit per spiritum Prophetiæ præcognosci. Rationibus his.

5. Quarum ista sit prima; cum in ipsa Passione occurrerint multa; quæ ex hominum malitia processerunt; imò iniuriæ omnes ipsi illatæ; atque supplicia, qui certè impij volentes, ac spontanei ista perpetrarunt, ita quod potuerint abstinere, quod ad eò verum est, vt Dominus ipse nihil nõ fecerit ad reuocandum Iudam ab immani illo sacrilegio suo. Possit quis Passionem casui tribuere aut fortunæ; eamq; pendere ab hominum libertate arbitrari; & propterea non fuisse Diuinum consilium, quo decreuerit, eripere homines de potestate tenebrarum, atque illos in gloriam adducere. Atque ita contingeret, non suscipi Passionem, vt rem diuinam, diuinoq; consilio decretam atq; dispositam, verum vt casu magis quodam, atque malitia hominum dumtaxat euenientem. Decreuit itaque sapientia Altissimi illam prænuntiare per seruos suos Prophetas: sic enim vt ab eo præuisam, ita & prouisam cogimur venerari. Non enim minus quam Creatorem, Redemptorem debemus illum credere atque suscipere. Ad Creatorem creaturarum speciebus; numero, ordine, seipsum declarauit; creaturis ipsis clamantibus se multas ab vno, se imperfectas à perfecto; se mobiles ac transeuntes ab immobili, se finitas loco, tempore, vigore, natura, ab infinito esse productas. Ergo Redemptor quoque sua debuit habere testimonia credibilia, imò & credibilia magis, quam Creator.

At opera redemptionis multa, eaque præcipua speciem habuerunt, superficiem, & corticem despicibilem, & nihil minus, quam redemptionem mundi referre viderentur. Congruum itaq; fuit ac necessarium, vt aliqui veluti digito, illa demonstrantes dicerent: *Eccce Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Hic est, de quo dixi Veniet qui eripiat, & auertat iniquitatem à facie meâ.* Et cui dictum est: *Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea, & que ad fines terræ.* Hoc autem factum est per vaticinia Prophetarum, præter alia multa testimo-

nia credibilia nimis. Ita enim opera, quæ vilia videbantur & despecta, irradiata sunt splendoribus sanctorum vaticiniorum atque verborum Domini, multorum testimoniorum, quæ reici pacto villo non possunt. Ornauit quippe naturalia suis coloribus, figuris, admirandisq; dispositionibus. Haud secus nec minus, sed magis debuit ista decorare, quæ sublimiora sunt, atque præstantiora. De illis ait Moyses: *Gen. 11. Igitur perfecti sunt caeli & terra. & omnis ornatus eorum.* Ait & Sapiens: *Magnalia Sipientia sua decorauit, qui est ante scilicet, neque adiectum est, neq; minuitur. Quam desiderabilia sunt opera eius, & tanquam scintilla, quæ est considerare?* Magnalia Sipientia eius vocat magna opera Domini exquisita in Sipientia sua, quæ operatur secundum consilium voluntatis suæ. Hæc Deus ipse, qui est æternus, nempe qui est ante sæculum, illa sic ornauit atq; in omnibus ita perfecit, vt nihil addi eis possit, aut minui. Neque enim superfluitas in illis est aliqua, neque insufficiencia, ne musca vocaretur, aut conomia; aut sciniphes, aut quidquam quantumuis minimum superfluit in vniuerso, vt minutum liceat. Neq; intellectus quisquam quantumuis perspicax potest suis cogitationibus inuenire, quid huic operi perfectissimo adici possit. Talia ergo cum sint opera Dei, tum desiderabilia facta sunt nimis, tum nimis admirabilia. Eorum quippe vix scintillam, quasi immensam flammam, licet contiderare. Et id tamen pusillum, quod datur conspiceret, est visu impensè delectabile. Quid ergo si possemus plene capere atque comprehendere? Audiemus argumentum patientis, qui postquam mirabilia recensuit opera Dei, ista subiicit. *Eccce hæc ex parte dista sunt visarum eius.* *Job. 41. cum vix paruam stillam sermone eius audierimus, quis poterit tonitru magnitudinis illius intueri? Guttam vocat eamque paruam, quæ de operibus Dei dicuntur. Et audimus. Et si adhæc admiratione suspensum, quid esset, si immensam illorum magnitudinem plena apprehenderemus intelligentia?*

Ab his ad spiritualia transeuntes, & ad illud

Job. 1. 29.

Rom. 11. 26.

Isa. 59.

20.

Isa. 49. 6.

20.

Illud maxime, quod omnium operum est
 præstantissimum, nempe Passio Domini,
 quanto oratoria, pulchriora, magisque
 desiderabilia certò esse confiteri debemus?
 Ibi dicitur: *Spiritus eius ornavit caelos.*
 Quale ergò ornamentum Passioni debuit
 adhiberi, cuius magnificentia elevata est
 super caelos, cuius efficacia pervenit vsq;
 ad thronum Dei: Hoc verò ornamentum
 spiritu Prophetiæ maxime compactum
 est. Ideò enim Dominus ingrediens cam-
 pum huius certaminis, quando in orto
 accesserunt ad eum, & tenuerunt eum, &
 ligauerunt: dixit ad Petrum, qui suppet-
 tias terre moliebatur: *Quomodo ergò imple-
 buntur Scriptura: quia sic oportet fieri?* Et
 addit Evangelista: *Hoc autem totum factum
 est, ut ad implerentur Scripturae Prophecia-
 rum.* Vidit Evangelista extremam abie-
 ctionem Christi, quæ tanta fuit, vt Apo-
 stoli ipsi scandalum paterentur, putavit or-
 nandam illam esse atque decorandam, ne
 mundus quoque scandalizaretur, audiens
 hanc tantam Christi ignominiam atq; de-
 spectioem: propterea adhibuit velamen,
 operuit ornamento Prophetiæ, vt si co-
 gnosceretur, hoc fieri consilio ac prou-
 identiâ Dei; hoc esse deputatum ad salutem
 mundi, opus esse gloriosum, quo Deus
 honorificatur; de quo Paulus ad Roma-
 nos: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.*
 Vocans gloriam Dei opus gloriosum, quo
 Deus glorificatus est, & quo peccatores
 omnes indigebant. Quod certè opus, Pas-
 sio Christi est, quæ & mundum saluauit, &
 Deum honorificauit.
 Ratio alia fuit, vt huius operis splendo-
 re totum humanum genus, quod sedebat
 in tenebris, illuminaretur. Sicut enim hac
 luce vniuersus orbis respergendus erat, ita
 eius radios debuerunt omnia secula parti-
 cipare, vt non esset, qui se absconderet à
 splendore & vigore eius. Aggressurus
 Dominus Passionis suæ magnum negotiũ,
 sacram instituit Eucharistiã, in qua mortis
 suæ commemoratio continuaretur, donec
 veniat ad iudicandum sæculum per ignem.
 Nunquid ergò & qui præibant a facie in-
 dudentem, non debuerunt illius habere no-
 tum, vt & qui præibant, & qui seque-

bantur cantarent: *Osanna filio David: Be-
 nedictus qui venit in nomine Domini: Quo-
 modo autem laudarent, quem nõ cogno-
 scerent: & quomodo cognoscerent, nisi
 illuminarentur?* Propterea eodem conte-
 xtu David & rogat: *Deus misereatur no-
 stri, & benedicat nobis, illuminet vultum
 suum super nos & misereatur nostri. Vt co-
 gnoscamus in terra viam tuam: in omni us
 genibus salutare tuum.* Et protestatur:
*Confiteantur tibi populi Deus; confiteantur
 tibi populi omnes.* Omnes (inquam) & an-
 ni antiqui, & futuri sæculi. At verò illu-
 minatio in diebus antiquis mundum illu-
 strare non poterat, nisi quod futurum erat
 prædicendo. Propter hoc ergò Patres fir-
 miorem habuerunt Propheticum sermo-
 nem ad illuminationem mentium suarũ.
 Quo factum est, vt Scripturæ tam Veteris
 quam Noui Testamenti, stellarum instar
 a claritate diuinæ Passionis; veluti à Sole
 reciperent lumen, splendorem, decorem.
 Disce tu Christiane, q; sicut totus mun-
 dus à sua cõstitutione ad suam destructio-
 nem vsque; & omnis caro vidit Salutare
 Dei; haud secus totus tu, spiritus videlicet
 vsque ad carnem, semper ante oculos te-
 nens habere Dominicam Passionem, omni-
 bus diebus vitæ tuæ, vt nunquã transeat
 à te hora ista, quã ad te transire Dominus
 rogauit, & impetrauit. *Lux oculorum (in-
 quit Salomon) latificat animam: & fama
 bona impinguat essa.* Ac si dicat: Sicut lux
 per oculos ad animam vsque penetrat, illã
 latificans: sic fama bona, quia quis bene
 audit, pinguedine consolationis totum
 replet hominem: aded vt ossa quoque,
 quæ natura sua sunt sicca; pinguedine re-
 pleantur. Id quod excellentius verum est
 in casu nostro. De Christo scriptum est:
Abit opinio eius in totam Syriam, ipso vi-
 delicet prædicante in regionibus illis, ac
 miracula operante. At verò lux passionis
 eius, atque fama diffusa est in vniuersam
 terram, quæ sicut illuminauit corda ad co-
 gnoscendam virtutem Saluatoris, ita gra-
 tia impleuit totum hominem; vt totum
 saluum faceret. Quare enim omnis adeps
 Domini erat: certè vt aientem terram no-
 stram, adipe meritorem Christi miseri-

Matt. 21. 9
Psal. 66. 1.
4.
Luc. 3. 6.
Prou. 15. 30.
Mat. 4. 24.
Leu. 3. 16.

- corditer impingueret. Circudent Christum tauri pingues, qui famem patiuntur ut canes, deuorent carnes eius, certe omnis adeps Domini fuit; pinguedo huius Sacrificij oblati in Cruce, vis, deuotio, meritum, charitas, obedientia ad Deum ascendit, caelos penetrauit, appropinquauit in conspectu Domini; quo veluti emollitus, mitis, & mansuetus factus, misit de caelo misericordiam suam, ut fieret salua omnis caro, & ossa vniuersa, quae super campum sicca erant vehementer, ne cum carne & neruis operirentur, sed & pinguedine replerentur, ut vitam haberent, & vehementius haberent, & fieret exercitus grandis & potens. Sit ergo in nobis assidua memoria Crucis, recordatio mortis Christi, ut holocaustum nostrum pingue fiat, sicut coram Deo, ita in cordibus & animabus nostris.
7. Tertia quippe ratio est, quod non est aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomen hoc, quod est super omne nomen. Porro in nomine Iesu, gratia omnis viae & veritatis, in eo omnis spes vitae & virtutis.
- Phil. 2. 9.* in nomine Iesu, gratia omnis viae & veritatis, in eo omnis spes vitae & virtutis.
- Ecc. 1. 2.* *Vocabu* (inquit) *nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* Hanc igitur salutem, ut consequantur homines, Saluatorem cognoscere debuerunt, atque illi adherere. Torcular quippe calcavit solus, ut inde biberent amici eius, inebriarenturque charissimi. At quomodo bibes vinum hoc salutis aeternae, nisi appropinques, adhaereas, ostium admoueas, illique copules, atque coniungas? *Venite* (inquit) *ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.*
- Pro. 9. 5.* *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* *Venite, emite absque argento, & ab, que vlla commutatione, vinum, & lac.* Quomodo ergo venit, & appropinquatur? Audi consequenter *Audite audientes me; & comedite bonum, & delebitur in crassitudine anima vestra.* Audiendo ergo, credendo, obediendo accedimus ad eum. Cur enim dixit Dominus Iesus. *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum*

à Patre meo. Solus, qui credit in illum, accedit ad illum, ut manducet, & bibat de rena eius, & de torculari. Audiamus illum adhuc: *Qui venit ad me, non esuriet, sed qui credit in me, non sitiet in aeternum.* Per fidem ergo accedimus & bibimus. *Verumtamen quomodo credent ei, quem non audierunt? Aut quomodo audient sine praedicante? Ecce quare Prophetae praedicaerunt nasci Saluatorem de Virgine Maria. Ita enim spe salui facti sunt, qui ante illum fuerunt. De qua propterea salute exquisierunt, atque serutati sunt Prophetae, in quibus Spiritus Christi praenuntiavit, quae in Christo sunt possessiones. Cum ergo vnus sit Saluator mundi, vnus & Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, ita ut omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Agnus iste, qui tollit peccata mundi, ab ipsa origine mundi debuit praenunciari, quod Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Hoc verò praestitit diuina prudentia serpentem alloquens. *Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem, & semen tuum, & omnia illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidaberis calcaneo eius.* Contriuit ipsa caput serpentis, quando in semine suo contregit potentiam illius, electos eripiens de potestate illius. Insidiatus est ipse calcaneo eius, quando nouissimum virorum suis fraudibus interficiens, fecit esse virum dolorum, & sciebatem infirmitatem; crucifixus est enim Christus ex infirmitate.*

Ita ergo praedictionibus Deus confirmauit fidem nostram, dum praesentes videmus, qui non videntes praesentia, futura praeviderunt. Ita Dominus dixit discipulis suis: *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi.* Ut credant, renuntiat illis absentia, & hoc propter utilitatem eorum. Maxima ergo utilitas nobis accidit ex antiquis reuelationibus firmantibus fidem nostram. Consolatur quoque nos dum per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habemus in Christi Passione, quam praedixit Dominus per os Sanctorum, qui a saeculo sunt Prophetarum eius. Sperantes salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui odertunt nos. Non enim tantum an-

si iuge sacrificium sic aufertur in Ecclesia, ut iuge non sit, ut pereat memoria eius atque realis exercitatio? Sancte igitur atque

Luc. 22. 19 sapienter iussit Dominus: *Hoc facite in meam commemorationem.* Facite (inquit) quod pertinet ad veram oblationem, atque sacrificii veri efficientiam. In meam commemorationem, ut factio illa, quae est sacrificatio, intelligatur facta ad recordandam iugiter mortem Domini. Hoc itaque intendit Dominus, ut mortem Domini annuntiemus, donec veniat; ut iugis, & nunquam interrupta perseveret memoria tanta Passionis; ut stigmata Domini Iesu in carne nostra portemus, & in mente; ut totus homo noster crucifixus sit.

Gal. 6. 17. **11** Quid putas Moyses iuvenes aduocauit, qui offerrent holocausta, quorum sanguine firmatum est foedus inter Deum & populum, nisi ut sanguinis testamenti, diuturnior esset memoria immo perpetua? Productior vita iuuenum, firmior recordatio; plurium ab eis descendendum instructio. Iuuenes recordentur, id est noua sit semper huius mysterii recordatio, nunquam antiquetur, nunquam senescat, nunquam frigeat: ardens sit semper fortis, atque maximae efficacitatis. Ecce cur iuuenibus demandatum fuit sacrificium illud. Sed audi rursus quid tibi profit. *In quo corrigis adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.* Si adolescentium vita corrigitur, dum custodiuntur sermones Domini, quantum magis si ipsius Domini dolores custodiantur? Nonne magis mouent exempla, quam verba? Nonne acutius excitat charitas exhibita, quam doctrina proposita? Securius proceditur in via, quae pedibus praecedentibus demonstratur, quam verbis praedicantibus, aut etiam digitis ostendentibus. Et quem non moueat Christus eleuatus in Cruce? *Ego si exaltatus fuero* (inquit) *a terra; omnia traham ad me ipsum.* O tractio! o virtus Passionis eius! Mente itaque per contemplationem accedite ad eum, ut trahamini; & carne per imitationem, semper mortificationem Iesu in corpore vestro & corde circumferentes.

Psal. 118. 9 **11** *Exod. 24. 5* *Joan. 12. 32*

Reliqua nobis est sanctarum Scripturarum scrutatio, quasi nobis dictum sit: *Scrutare scripturas,* ut cognoscamus in ipsis, & intueamur salutare Dei. Quando enim promissit Deus hoc salutare suum, simul eloquia sua laudauit, quasi digno demonstrans, vbi nam posset omnis carolud intueri. Ecce in Psalmo promissionem: *Ponam in saluati* (id est dabo salutare) *fiducialiter agam in eo* (magna quippe in eo facturus sum, qui ipse faciet omnes voluntates meas, ita quod quidquid uoluerit, valeam secum agitare) *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum, terra purgatum, septuplum.* Casta sunt, id est pura, eloquia Domini, ut nihil terrenum sit in ipsis, a terrenis omnibus repurgata; septuplum id est perfectissimè. In his ergo respicientes, tanquam in praesepio inueniemus illum, obuolutum pannis infantia, id est humilitatis, paupertatis, & abiectionis; quin magis in Cruce nudum, ut possimus dinumerare omnia ossa eius, virtutesque praeclearas enucleare.

Quoniam vero opus esset immensum, sic omnia ossa eius eximiaque virtutes inuestigare & denudare, quinque illis capitibus contenti sumus, quibus ipse testatur impleri esse omnia, quae per Prophetas dicta sunt de illo: *Ecce* (inquit) *ascendimus Ierosolymam; & consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum.* Neque rursus sunt nobis percurrendi campi omnes sanctarum Scripturarum; unde quinque ista mysteria penitus eruamus: sed loca illa tantummodo dispiciamus, quae in litteris noui Testamenti reperimus exarata.

Vbi primum tria Scripturarum loca inuenimus, quae generatim passiones omnes vna comprehendunt; quorum duo prima a Christo ipso citata reperimus. Indicans quippe ad vno se tradendum discipulorum suorum dixit: *Filii quidem hominum tradidi, sicut scriptum est de illo: Verumta-*

men 26

men via hermini illi, per quem filius hominis
Mat. 24. 28 tradetur. Vadit (inquit) quoniam? Vado ad
Mat. 26. 15 Patrem, ait in eadem cœna. At via, qua vadit,
 est iter exterminii, & tormentum
 mortis, vt esset afflictio exitus illius, qua
 transit ex hoc mundo ad Patrem. Hoc
 igitur expedit, iter ambulans per loca as-
 spera & inuisa, iuxta quod de illo scriptum
 erat, atque diuinitus prænuntiatum. Rur-
 sus quando in horro accesserunt, & tenuerunt
 eum, & ligauerunt, iam traditum a Iuda
 in manus peccatorum, Petro defensionem
 illius meditant, & iam aggredienti dixit:
Mat. 26. 15 An putas, quia non possum rogare Patrem
 meum, & exhibebit mihi modo plusquam
 duo decim legiones Angelorum? Quomodo
 ergo implebuntur Scriptura, quia sic oportet
 fieri? Sic (inquam) fieri oportebat, vt im-
 plementur Scriptura. Quid vero intelligi-
 tur per illud, Sic? Certe tota Passio, quæ
 tunc incipiebat; iam enim tradebatur in
 manus peccatorum, qui illum essent varie
 afflicti, & crudeliter interfecturi. Addit
Mat. 26. 17 tertio Matthæus, qui duo iam dicta loca
 recensuit: Hoc autem totum factum est, vt
 impleantur Scriptura Prophetarum. Totum
 (inquam) quod suum principium tunc ha-
 bebatur. Totæ ergo Passio, sicut a Deo decre-
 ta fuit & definita, haud secus est per os San-
 ctorum prædicta & prænuntiata.
 14 Nunc ad specialia descendamus, quo-
Luc. 23. 32 rum primum est traditio. Tradetur enim
 (inquit) Gentibus. At vbi prædictum est
 hoc? Dominus reuelans Iudæ traditionem,
 eamque Psalmi auctoritate confirmans a-
Luc. 23. 18 dit: *Ps. 118. 18* Ut impleatur Scriptura: Qui manducat
 mecum leuabit contra me calceum suum.
 At locus Psalmi non de vno tantum Iuda
 mentionem facit, sed plures comprehendit,
 qui sicut Iuda illum tradidit eis, ita ip-
 sum Gentibus tradiderunt. Sic enim ha-
Ps. 40. 6 betur in Psalmis: *Ps. 40. 6* Inimici mei dixerunt ma-
 la mihi, quando morietur, & peribit nomen
 eius? Etenim & vitam auferte & famam
 conati sunt, propterea quæ tradiderunt eum
 Gentibus ad crucifigendum, vt mors vitæ,
 & vitæ famam profus aboleret. Rursus in
Ps. 40. 8 Psalmis: *Ps. 40. 8* Aduersum me susurrabant omnes
 inimici mei, aduersum me cogitabant mala
 mihi. Verbum iniquum constituerunt ad-

uersum me. Quæ vero susurratio? Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium, & Ioan. 11. 47
 dicebant: Quid facimus, quia hic homo
 multa signa facit? & reliqua. Quomodo cogitabant mala illi? Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Quando verbum iniquum constituerunt aduersum eum? Ioan. 11. 53
 Quando dixerunt: Si non esset hic malifactor, non tibi tradidissimus eum: & quando post plurimas accusationes & calumnias clamauerunt: Crucifige, crucifige eum. Exaggerans autem Dominus suorum persecutorum malitiam & crudelitatem, addit, quod & homo pacis suæ, in quem confidebat, & locius inenise suæ magnam fecit supplantationem, & deceptionem, tradens illum osculo pacis. Quod vero interferit Psalmus: Nunquid, qui dormit, non adiret, vt resurgat? potest intelligi, vt sit vox admirantis patientiam Christi. Num diu sustinebit tantam abiectionem, tantaque tormenta, vt quasi mortuus non resistat malo? Idcirco postmodum intulit: Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. Ex quibus patet, quod homo ille pacis, qui traditor fuit, non Iudas est duntaxat, sed totus populus, sicut non Iudas solum perdidit Episcopatum Apostolatus, sed de toto populo verum est, quod translatio sacerdotio, Episcopatum eius alter accepit. Ideo in Psalmis conqueritur: Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filii matris mee. Quod autem loquatur de Christo, notum faciunt immediate sequentia verba: Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, quæ, testibus Euangelio, & Paulo, sunt verba Christi.
 Hinc trahemus documentum virtutis atque salutis. In Psalmis Dominus Iesus deplorans hanc miseriam suam, relinquit nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Longe (inquit) fecit notos à me, posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum, & non egrediebar, oculi mei languerunt pro inopia. Clamaui ad te Domine tota die; expandi ad te manus meas. Vbi vides, quod per notos à se elongatos, non Apostolos modo intelligit, sed ceterosque Iudæos, qui erant fra-

eres sui secundum carnem. Ab his abominatus & traditus, patientissime tulit, non clamans, non resistens, non querens, aut curans exire de manibus eorum, quibus traditus est: oculos tantum leuauit ad Patrem, & sustinens, donec deficerent oculi atque languerent pra inopia auxilii, quod ferre differendat. Quae est instructio nostra, non resistendi malo, & equanimiter

Pro. 15. 18. illud ferendo. *Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat iracundiam.* Hoc medio & remedio usus est Christus, ut furor mitigaret inimicorum suorum, illis non dans neque offensionem neque etiam defensionem. *Quid tu Christiane: Quid vos fideles? Quota vobis rixae prouocantur?*

1. Cor. 6. 7. *Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis. & fraudatis: & hoc*

Num. 12. 3. *fratribus.* Moyses erat vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.

Isai 42. 1. *Sed quis ut Christus? Non clamabit neque contendet neque audiet aliquis in plateis vocem eius.* Non erit trillis, neque turbulens: tales vos esse oportet; si vere Christum induistis.

16 Secundum est illusio. In nouo Testamento de hac testimonium habemus Apostolo

Rom. 15. 2. *h: Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad aedificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est:*

Psal. 68. 10 *Impropria impropertium tibi, ceciderunt super me.* Hoc Paulus scripsit, nos docens, ne nobis placere putemus, gloria querentes ab hominibus. Hoc est enim sibi placere, quod diluadet Paulus: *Debemus*

Rom. 15. 1. *nos firmiores, infirmitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.* Et ad hoc nos excitat exemplo Christi, qui non sibi placuit; dicebat enim: *Ego gloriam meam non*

Iob. 8. 50. *quero: & in Psalmo: Opprobria exprobrant tibi, ceciderunt super me.* Vidit in honoratum Patrem ab hominibus, exinanit semetipsum factus vilis & despectus, *vermis. & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebi:* ita ut omnes videntes eum, deriderent eum. Ita expoliatus fe honore, qui illi debebatur, ut Filio Altissimi ac vero Deo, obrulit illum Deo Patri suo, in se suscipiens opprobria, quibus

Psal. 21. 7. *Deus in honoratum Patrem ab hominibus, exinanit semetipsum factus vilis & despectus, vermis. & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebi: ita ut omnes videntes eum, deriderent eum. Ita expoliatus fe honore, qui illi debebatur, ut Filio Altissimi ac vero Deo, obrulit illum Deo Patri suo, in se suscipiens opprobria, quibus*

Deus inhonorabatur, atque illi offerens gloriam omnem, quam Deus ab hominibus recipere potuisset. Si enim Deus ab hominibus honoratur, quantum honorem obtulit Christus Patri, qui ut Patrem honoraret, humiliavit semetipsum, factus notissimus virorum, & vermis, & non homo: At nos despiciamus Deum. De filio ait Salomon: *Filius sapiens laetificat Patrem: & stultus homo despicit matrem suam.* Quod sic intellige. Sapiens laetificat patrem, stultus despicit illos. Quare ergo laetificat? quia honorat. Si laetificat, qui honorat: contumeliat, qui despicit. Quanta ergo displicentia Dei, dum despicitur & inhonoratur, qui per pra uariationem legis inhonoratur? Tu tam seuerus es in te inhonorantes. Vnde de illo, qui iniuriam patitur in vxore, quae est gloria viri, scriptum est: *Zelus & furor viri, non parcat in die irae. Ne acquirat tibi iram quam praebuit, nec suscipiet pro redemptione doli plurima.* Cupidi nimis sumus custodeque honoris: caetera in comparatione illius paripendimus: qui nos tangit in illo, tangit pupillam oculi nostri: mox sentimus, ferre non possumus. Vade ergo tu, ut cedas, & vide Iesum tuum illum veste alba, & veste purpurea, irrisum, confusum, despectum, passionemque turpissima condemnatum & afflictum.

Flagellatio. Hanc inuit Christus dum discipulorum dispersionem vaticinio confirmat dicens: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Potest quidem tota Passio nomine percussiois intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framaea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framaea quidem tota passio est. Vnde & illud est. *Erue a framaea Deus animam meam. & de manu canis uniceam meam.* Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaias: *Corpus meum dedi percuti tibus. Idemque Propheta: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus a Deo, & humiliatum.* Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

Flagellatio. Hanc inuit Christus dum discipulorum dispersionem vaticinio confirmat dicens: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Potest quidem tota Passio nomine percussiois intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framaea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framaea quidem tota passio est. Vnde & illud est. *Erue a framaea Deus animam meam. & de manu canis uniceam meam.* Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaias: *Corpus meum dedi percuti tibus. Idemque Propheta: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus a Deo, & humiliatum.* Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

Flagellatio. Hanc inuit Christus dum discipulorum dispersionem vaticinio confirmat dicens: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Potest quidem tota Passio nomine percussiois intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framaea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framaea quidem tota passio est. Vnde & illud est. *Erue a framaea Deus animam meam. & de manu canis uniceam meam.* Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaias: *Corpus meum dedi percuti tibus. Idemque Propheta: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus a Deo, & humiliatum.* Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

Flagellatio. Hanc inuit Christus dum discipulorum dispersionem vaticinio confirmat dicens: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Potest quidem tota Passio nomine percussiois intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framaea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framaea quidem tota passio est. Vnde & illud est. *Erue a framaea Deus animam meam. & de manu canis uniceam meam.* Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaias: *Corpus meum dedi percuti tibus. Idemque Propheta: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus a Deo, & humiliatum.* Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

Flagellatio. Hanc inuit Christus dum discipulorum dispersionem vaticinio confirmat dicens: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Potest quidem tota Passio nomine percussiois intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framaea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framaea quidem tota passio est. Vnde & illud est. *Erue a framaea Deus animam meam. & de manu canis uniceam meam.* Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaias: *Corpus meum dedi percuti tibus. Idemque Propheta: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus a Deo, & humiliatum.* Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

Flagellatio. Hanc inuit Christus dum discipulorum dispersionem vaticinio confirmat dicens: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Potest quidem tota Passio nomine percussiois intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framaea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framaea quidem tota passio est. Vnde & illud est. *Erue a framaea Deus animam meam. & de manu canis uniceam meam.* Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaias: *Corpus meum dedi percuti tibus. Idemque Propheta: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus a Deo, & humiliatum.* Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

Flagellatio. Hanc inuit Christus dum discipulorum dispersionem vaticinio confirmat dicens: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Potest quidem tota Passio nomine percussiois intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framaea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framaea quidem tota passio est. Vnde & illud est. *Erue a framaea Deus animam meam. & de manu canis uniceam meam.* Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaias: *Corpus meum dedi percuti tibus. Idemque Propheta: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus a Deo, & humiliatum.* Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

Flagellatio. Hanc inuit Christus dum discipulorum dispersionem vaticinio confirmat dicens: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Potest quidem tota Passio nomine percussiois intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framaea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framaea quidem tota passio est. Vnde & illud est. *Erue a framaea Deus animam meam. & de manu canis uniceam meam.* Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaias: *Corpus meum dedi percuti tibus. Idemque Propheta: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus a Deo, & humiliatum.* Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

17. 5. plenum: *Liuores* (inquit) *nostros, ipse porta-*
tus; cuius liuore sanati sumus.
 18. Hinc nos discamus in flagella paratos
 esse, idque potissimum merentibus pecca-
 tis nostris. Multa enim flagella peccatori
 debentur. Dominus innocens manibus, &
 mundo corde, qui transiit benefaciendo,
 & dilexit nos; dicit tamen in Psalmo. *Ego*
autem in flagella paratus, & dolor meus in
conspicuum meo semper. Hoc est quod dicit a-
 libi. *Congregata sunt super me flagella, & i-*
gnorauit. Sed quomodo ignorauit, si in illa
 paratus erat? Vir innocens, qui nihil mi-
 nus meruit, quam flagellari, de flagellis
 non cogitat, negotium suum tractans &
 agens: huic si superueniant flagella, recte
 dicit, se illa ignorasse. Intendit ergo suam
 innocentiam declarare; qua tamen non
 obstante, congregata super illum sunt
 multa flagella. Flagellatur itaque inno-
 cens; tu autem, qui peccator es, instar in-
 nocentis abibis? non eris innocens. Fla-
 gellaberis, caederis, perentieris. Christus,
 qui peccatum non fecit, dicit in Psalmo:
Ego autem in flagella paratus sum, & dolor
meus in conspectu meo semper; Quoniam i-
niquitatem meam annuntiabo, & cogitabo
pro peccato meo. Sic inueniens peccanti de-
 beri flagella; ideoque ipsum habere se
 ac si peccasset, atque propter peccata sua
 se flagellis offerret; cum alioqui pecca-
 ta nostra sua deputer, pro illis passione
 sua, potissimum flagellis, satisfactorus.
 Si ergo illi, cui non erat iudicium, ut bi-
 beret calicem Domini, bibit illum usque
 ad faeces: tu quasi innocens relinqueris,
 sed bibens bibes. Bibe ergo, & sustine su-
 stentationes Domini.
 19. Conspuitio. Expressam in nouis pagi-
 nis citationem alicuius Prophetie de con-
 spuitio non habemus, quod sub oppro-
 briis illis contineatur, qua citatur Aposto-
 lus. Illa enim in summa sunt atque perfe-
 cta, hanc quoque iniuriam comprehen-
 dunt. Dixit Iudaeis Christus in Euange-
 lio: *Honorifico Patrem meum, & vos inho-*
rastis me. Quam in honorationem ut per-
 fierent, conspuerunt faciem eius. Et cum
 flagella sint predicta, atque in percussione
 sint citata, consequens erat, ut & conspuer-

retur. Vbi enim dicit in Isaia: *Corpus meum*
desi percipientibus; addit: Genas meas vel-
lentibus. Faciem meam non auerti ab in-
crepantibus, & conspuentibus in me. Hinc
 Lucas: *Illudabant ei cadentes, & vela-*
uerunt eum; cui addit Marcus: Et cape-
runt quidam conspuere eum, & velare fa-
ciem eius. Vide ergo, Christiane, quantum
 se deiecit iustus Altissimi; quomodo pro-
 fundum abyssi penetrauit sapientia Dei, qua
 stultam fecit mundus, ut oculis insipientium
 visa sit insipiens, & irrisione digna.
 Heu quam procul a nobis distat doctri-
 na ista! Insipientia nostra manifesta est. Et
 dicimus tamen & hoc iactantes, quod sa-
 pientes sumus, & quasi sapientes volumus
 magni fieri, honorari, laudari, cum re vera
 digni sumus, qui conspuamur. Dixit Domi-
 nus ad Eli per virum Dei: *Quicumque glo-*
rificauerit me glorificabo eum. Qui autem
contemnunt me, erunt ignobiles. Num tu
 honoras Deum? num tu non illum con-
 temnis? Etiam in seruis vult honorari, &
 in sanctis suis laudari. Murmurauit Ma-
 ria soror Moyse de Moyse fratre suo seruo
 Dei, pro quo lepra percussa est a Deo, se
 vlciscente de iniuria sibi illata in seruo suo
 fidelissimo. Qui oranti Moyse pro ea di-
 xit: *Si pater eius spussit in eam, nonne de-*
buerat saltem septem diebus rubore suffun-
di? Vbi videmus lepra sibi illatam, com-
 parari spuitio, quam recepisset a patre;
 pro qua deberet saltem septem diebus, e-
 rubescens atque pudefacta, & confusa re-
 manere. Qui conspuatur ergo, velut i-
 gnobilis contemnitur, atque ut contem-
 ptibilis despicitur. Hoc autem euenit,
 in primis verum Deum contemnti. Au-
 diuimus enim: *Qui contemnunt me, e-*
runt ignobiles: Et Maria contemnens, con-
 tempta est. Hinc & in Isaia: *Va qui spernis,*
nonne & ipse sperneris? Hinc & in lege ha-
 betur, quocumque quis moreretur sine filiis,
 vxorem eius acciperet frater eius ad susci-
 tandum semen fratris, ut nomen eius non
 deleteret; qui si nollet accipere, vxor illa tol-
 leret calcamentum de pede eius, spueret-
 que in faciem illius, & diceret. *Sic fiet homi-*
ni, qui non adficiat domum fratris sui. Vide
 poenam, non honorantis fratrem suum,
 atque

Luc. 22. 63
Mar. 14. 65

1. Re. 2. 30

Num. 12. 1.

14.

1. Re. 2. 30

Isai 33. 1.
Deut. 25. 5

atque ad eius nomen perpetuandum, reculantem habere filios, qui filij deputarentur fratri sui. Qui contemnit, contemnitur. Quæ contemptio apparet in spuitione. At vero Dominus Iesus non contempnit fratres suos, sed honorauit. Audi Simeonem confitentem: *Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem gentium, & gloriam plebi tue Israel.* Et de Ierusalem dicitur a Propheta: *Gloria Domini super te orta est.* Quid tamen retulit pro tanta gloria collata fratribus suis? *Tunc expererunt in faciem eius, & colaphum eum ceciderunt. Et ceperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphum eum calcare.* Ecce qui est Deus absconditus sub velo fragilitatis nostræ, & homo absconditus factus est. Et quasi absconditus vultus eius, vnde nec reputauimus eum. Si velaretur facies eius, si conspueretur, nunquid non est absconditus vultus eius? Nos vero quid facimus? Num fratrem hunc nostrum honoramus? Nunquid non instar Iudaorum contemnimus & blasphemamus illum? & ambulamus tamen erecto collo, attrita fronte, aperta facie, quasi omnibus conspicui, vt non sit absconditus vultus noster. Quid faciebat scelestus ille Onan, qui duxerat Thamar uxorem fratris sui? Introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Inuidebat gloriæ fratris sui, impediens filiorum generationem, in quibus fratris nomen permaneret. Heu & quid facimus nos? ea, quibus Christi nomen honorare atque exaltare debemus, ad terrena deuoluimus in terram fundimus. Bona temporalia nostra, corporalia, animam ipsam, quidquid sumus, possumus, habemus, omnia in gloriam Christi facere debemus, vt monet Apostolus. Et tamen nihilominus facimus, vt de nobis verum sit quod dixit Salomon: *Abominatio Domini cogitationes mala; & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.* Ille est sermo, quo Deus honoratur, qui ideo pulcherrimus dicitur, nam speciosa est laus in ore iusti: & propterea stabilitur, vt non deficiat laus eius de ore hominum. Ergo

cogitationes mala, quas Deus abominatur, illius generis sunt, de quibus dixit Dominus Iesus: *Vi quid cogitatis mala in cordibus vestris dicebant autem intra se, id est cogitabant: Hic blasphematur.* Ita enim scribit Lucas: *Et ceperunt cogitare scriba dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Vide contemptum: vide despectionem superbiorum: vide cogitationes malas; à quibus summo opere nobis cauendum est, ne ponat nos Deus abominationem sibi.*

Crucifixio tandem; quæ duo contiuet, eleuationem in ligno, & crucifixionem in illo. Vtrumque notatum est in Euangelio, veluti in antiquis litteris prænotatum. Nam de eleuatione dixit Dominus ipse: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* De crucifixione scribit Ioannes Euangelista: *Facta sunt hæc, vt Scriptura impleatur: Non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transixerunt.* In qua crucifixione tria notabilia prænotauerunt Propheta, quæ in Euangelio quoque notata sunt. Primum est, quod narrat Ioannes cum aliis Euangelistis: *Crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, metuum autem Iesum.* Marcus autem sic recenset Prophetiam: *Cum eo crucifixerunt duos latrones, vnum à dextris & alium à sinistris eius; & impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est. Quinimo ipse Dominus etiam ante impletionem meminit huius Prophetiæ, dicens: Dico vobis, quoniam adhuc hæc, quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est; & addit: Etenim ea, quæ sunt de me finem habent, id est complentur ea, quæ de me scripta sunt. Secundum est quod referunt Matthæus & Ioannes: *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, vt impleatur, quod dictum est per Prophetam, dicens: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* De tertio denique ita scribit Ioannes: *Postea factus est: quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur dicit: sicut: Vnde ergo postquam erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset**

Luc. 1. 30.

Isai. 60. 1.

Matth. 26.

67.

Marc. 14.

65.

Isai. 45. 15.

Isai. 53. 3.

Gen. 38. 9.

1 Cor. 10.

31.

Pro. 15. 26.

accepisset lesus acetum. Scriptura ergo hic citata dicit: *Dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerunt me aceto.*

De quibus quoniam per singula discurre non vacat, hoc cogitemus, quod Dominus nolter, quæ passus est, voluit nota fieri, non contentus, quod passus sit, loco & tempore admodum manifestato; sed voluit ista scribi in utroque Testamento, ut veluti totus liber Legis ac Fæderis Domini, sanguine agni aspergeretur. Voluit ab Apostolis prædicari. Vnde Paulus: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum.* Et memoriale reliquit perenne suæ mortis, dicente Apostolo: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Ut notum sit omnibus nobis, quod sicut Christus confixus est cruci, ita & nos Christo confixi esse debemus; Christo (inquam) Crucifixo. Inde ipse per Prophetam: *Aspiciant ad me, quem confixerunt.* Aspexerunt iniqui, aspiciant & fideles & noti eius. De illis dicebat in Prophetia: *Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea.* Ergo nudum absque vestimentis aspiciabant, iridentes veluti nudum diuino auxilio; in malis illius delectati. Heu si inimici aspiciunt ad derisionem eius, ad delectationem propriam: Nos, qui noti sumus, qui fratres sumus, qui filij sumus, cur non sancte, cur non fideliter, cur non deuote aspiciamus? *Derident illi: Id ipsum & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant illi.* O improperium Christi. Tu Domine improperia improperantium Patri portasti super te. Cur & nos improperium tuum non portamus? Audite Apostolum, fideles Christi: *Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes.* Christus extra portam passus est. Igitur ad eum exeamus, socij facti passionis eius, sequentes illum cum cruce in scapulis nostris, cum stigmatibus in corpore, cum Passionibus in carne. Quidquid tulerimus in via hac, qua gradiemur secum, Passio illius erit, improperium Christi sanguis fusus Agni corpore.

Tom. II. Belliniani.

Moyles, qui ut Deo obediret, iussa illius secutus, negauit se esse filium filij Pharaonis; magis (ut ait Apostolus) eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem; maiores cogitauit æstimans thesauro Ægyptiorum, improprium Christi. Ecce vobis Paulum vocantem, quæ passus est Moyles cum populo Dei, improprium Christi. Ergo quidquid nos patimur propter iustitiam, quidquid asperum sustinemus, virtutem colentes, totum est Christi improperium, totum crux eius, totum illius passio. Quæ ob id passio, suo veluti sanguine, paginas ubique respergit utriusque Testamenti, rubris characteribus scriptas, ut vsquam intellecta, cordi pingatur, carni pungatur, ore pangatur & opere. Hoc ergo consilio *seruare scripturas, & vide quoniam nunquam locutus est homo sicut hic homo.* Etenim *qui de terra est, de terra loquitur: qui de caelo venit, super omnes est,* loquela sua manifestum facit, quod ipse est super omnes, & quod *nunquam locutus est homo sicut iste,* qui non cessat loqui aduersus semetipsum, suam passionem ac mortem ubique præterdens, ubique proponens, ubique protestans. Ut sicut sanguine resperfus est populus, dum pactum feruere obseruandæ legis; ita sint fideles omnes sancti, sanguine tincti agni immaculati: nihilque in nobis sit, quod non redoleat Passionem Christi. Sic sanguis in postibus cordis nostri, ut nihil ingrediatur ad nos, quod non sit illius aspersum sanguine. Intus carnes illius comedamus, ut quæcunque agimus, nihil sint aliud, quam communicatio passionum Christi, quo cibo pasti de Ægypto egredientes, viam carparamus, quæ ducit ad vitam æternam. Amen.

CONCIO SECUNDA.

ARGUMENTVM.

Mors Christi, ex eo quod fuit iudicium & opus Dei iusta fuit. Quatenus opus & iudicium hominum, iniusta. Propter legem & a Deo, & ab hominibus mortis.

Eccc titra-

ti traditur. Si caro viget & dominatur, lex Dei succumbit. Hortamur ad benedictionem Dei consequendam, quae ex legis obseruatione habetur. Omnia docte & excellenter.

VOx illa impiorum, qui in populo Dei obtinebant principatum: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisaeis? sed turba haec, quae non nouit legem, maledicti sunt; facit exploratissimum quam obrem dixerit Salomon: *Cum impij sumperint Principatum, gemet populus: sicut enia: in multiplicatione iustorum latabitur vulgus* (vt ibidem dicitur) ita iniquorum principatus multa in turbas inuehit incommoda. Id quod docuit experientia tempore Christi, quando principes ipsi Christum tradiderunt in damnatione mortis, & populus suaserunt, vt Christum ad Crucem postularent, quod & ipsi instanter flagitabant vocibus magnis. Hanc tribulationem Dominus Iesus, qui venit in altitudinem maris, voluit sustinere, vt virorū esset nouissimus, nec essent mala super terram, quae ipse nostri causa non sustineret; quam impij isti principes agebant praetendentes, quod secundū legem deberet mori: & ideo turba, quae legem non nouerat, propterea quod non nouerat, credebatur in illū. *Dissensio tamen facta est, vt nō omnes impijs adhererent, & Nicodemus princeps & ipse Iudaeorū pro veritate repugnans dicebat: Nunquid lex nostra iudicat hominē, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?* Cum itaque ex lege illi condemnent, iste iustificet, congruum est, vt huius dissensionis & controuersiae causam disquiramus, & veritatem.

Vbi primum statuo, quod mors Christi debuit fieri per iudicium, non naturaliter, non violente, non fortuito, neque per priuatam personam. Ratio est: quia lata iam à Deo fuerat sententia contra eum, sic enim decretum erat à Patre: propter quod dicit ipse Pater: *Propter scelus populi mei percussi eum*. Percussio autem haec fuit per iudicium, atque sententiam. Vnde Iudex

dicebatur hominem interficere. Hinc Daniel contra senes, qui ad mortem Susānam iudicauerant, vel iudicari fecerant, legem citauit dicentem: *Infontem & iustum non occides*. Iustum autem Dei iudicium fuisse certū est: alioqui quomodo (vt ait Paulus) iudicabit Deus hunc mundum? quod ipse ostendit, dicens; se illū propter scelus percussisse. At iudicium, vbi quis ex scelere condemnatur, legem supponit, & scelus prohibentem, & scelerū punientem. Haec praecesserat; homini iubens, vt Deo obediret; & secuta est mortis sententia, coercens, si non obediret. Peccauit in legem homo, Deo inobediens, morti propterea obnoxius factus. Legis conditor idem fuit & hominis conditor, quem propterea, quod esset opus manuum suarum, profusus noluit interire. Sed nihilominus noluit legem praeteriri, sed fieri vsque ad minimum apicem vniuersam. Quid itaque conditionem Conditor in vniuersae conditione seruauit in pectore suo; vt si interiret homo, restitueretur, vt si praeteriret lex, à non praeterente postea pro eo, qui praeterisset, poena subiret, quo sic & lex maneret in offensa, & non perditum totum genus humanum.

Hoc constituto diuino consilio condemnans, iudicium debuit ad infontem iustumque transire. Ideo Iudex Pater ait: *Propter scelus populi mei percussi eum*. Populi mei (inquit) id est hominum, quos mihi in populum distinaui, quos ideo vt pereant, mea non patitur pietas atque prouidentia. Sed non suis manibus Iudex suū exequitur sententiam, sed satellitum. Hoc statuit esse homines, non alios quoscunque; qui non vt ministros Dei se gererent, sed vt iudices principales: & hoc tum vt cum diuinum iudicium referrent ac representarent, quasi in signo ac figura inuenerent opus istud iudicium esse, & vere per iudicium, ad mortem hominem istum iustum damnatum esse; tum vt seuera magis esset diuina percussio, iuxta sceleris meritū, dum innocens per sententiam iudicium morti adiudicatur.

Lex igitur huic operi, eo quod iudicium esset, fuerat adhibenda. At quonam modo?

modos: inſtēne an iniuſtē? Inſtē quidem, qua, opus eſt, iudicium Dei; iniuſtē verō, qua, opus eſt hominum, ipſam Dei ſententiam neq; intelligentiam, neq; intentionem. O magnum myſterium, & admirabile ſacramentum! lex vtrūq; præſtat ut valeat, tribus præceptorum generibus conſtituta eſt, Moraliū, Iudicialiū, & Cæremonialium. Moralia iubent quid factū opus ſit. Iudicialia pœnam iis decernunt, qui Moralia poſthabuerint. Cæremonialia modū præſcribunt viuendi, qui populo veteri congruebat, tum in cultu Dei, tum in mutuo ipſorū conuictu. Quia populus erat duræ ceruicis, debuit multitudine premi mandatorum, & grauitate. Quia Meſſiam expectabat, cuius populus ipſe quædam erat expectatio, & præparatio, debuerunt illorum mores & actus à lege præſcripti, ſpecula quædam eſſe atq; ſimilitudines, quæ quod fuerat à Meſſia perficiendum præfigurarent. Iudicium ergo illud, pro eo quod ab hominibus ſit, legi quoad moralia, & iudicialia præcepta manifeſtè aduerſatur. Conſonat autē occultè miro modo quoad cæremonialia, in quibus abſcondita ſunt Chriſti myſteria, & futuri ſæculi, generationiſq; venturæ, quæ eſt Eccleſia. Idq; maxime, cum maximū opus ſit hoc, in maximis trium illorum generum mandatis & decretis comprehenditur, vel eruitur ex illis quoque.

4. Hoc vt planum fiat, ſtatuiſmus omniū primum maximumq; præceptum legis eſſe de vno colendo Deo, ſicut in ordine fuit primum promulgatum; dicente lege & voce Dei: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti. Non habebis Deos alienos coram me.* Maximum & primum iudicium eſt contra blaſphemantes Deum. Propterea primum iudicium factum contra legis tranſgreſſorem, fuit contra blaſphemum. Vbi obſerua, quod immediatè poſt latam legem, Deus apponit iudicia contra legis tranſgreſſores, ita *Exod. 21. 7.* caput exordiens: *Hæc ſunt iudicia, qua propones eis.* Vbi primum morte plectendus decernitur homo qui percuſſerit hominē volens occidere; & in his nullum decernitur iudicium contra blaſphemantes Deū.

Quo ſilencio voluit lex quātum eſſet hoc flagitium, quod neque debuit vllō pacto commemorari, demonſtrare. Sed inuenio blaſphemo in populo, Moyses Deum cō-
Leuit. 24. 12.
ſuluit ſuper hoc, quoniam in lege non erat ei decreta calligatio. Deus ſtatuit illum fore lapidandum. Et tunc generale fecit mandatum. *Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatū ſuum. Et qui blaſphema-
uerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo.*
Leuit. 24. 15.
Et quoniam in iudicijs ſtatuentis, primum fuerat contra homicidam, ne illud putaretur primum omnium eſſe, hic repetens Deus: *Qui blaſphemauerit nomē Domini, morte moriatur;* adicit immediatè: *Qui percuſſerit, & occiderit hominē, morte moriatur.* Et alia pauca ſubdit iudicia: ita innuens primum omnium eſſe iudiciū contra blaſphemos: quandoquidem hic poſt primum iudicium de blaſphemia, immediatè ſubiicitur ſecundum, quod erat contra homicidam, & ante cætera primo loco poſitum erat. Ita ergo habemus, & primum præceptum legis decolendo Deo, & primum iudicium, quod eſt contra primi præcepti tranſgreſſorem. Nunc primum cæremonale perquiramus. Eius inquisitionem, & ratio facilem reddit, & auctoritas. Dictat quippè ratio, quod illud debeat eſſe primum, quod ritè colendi Dei ritum docet. Cui rationi conſonat lex, quæ mox poſt decem verba legis promulgata, repetit per Moysen: *Vos vidisti, quod de celo locutus ſum vobis. Exod. 20. 22.* *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta, & pacifica veſtra.* Ecce primum rituale datum in lege de altari conſtruendo, & de offerendis ſuper eo ſacrificijs; quod vt ſciretur, ad modum colendi Deum pertinere, præmiſit oppoſitum, quod eſt Deos facere, cuiusq; modum inſigniore, nempe illos facere de argento, & auro; quo contra, vt directè appareat oppoſitio, vult ſibi fieri altare de terra.

Cum ergo illud ſit primū cæremonale ſ. præceptum, maximam, principalemque figuram debuit continere, nempe quæ
Ecce 2 primum

- primū, maximūque mysterium præostendat. Nemo autem dubitauerit, primū omnium mysteriorum Noui Testamenti esse Verbi æterni Incarnationē, quæ quod his continetur, sic colligamus. Data lege per vocem Dei loquentis de medio ignis, subdit scriptura: *Cunctus populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccina, montemque fumantem, & perterriti, & pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne foris moriamur.* Hinc arrepta est occasio promittendi Christum, ut habes in libro Deuteronomij: ubi ait Dominus Moysi: *Bene omnia sunt locuti: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi.* Ac si diceret Deus. Hominem vobis petitis loquentem, Moysen videlicet. Hominem dabo, qui sit Moysi similis, qui vobis loquetur verba mea. Iste ergo figuretur in caeremonia, quæ vobis prima præcipitur, dum dico: *Altare de terra facietis mihi: si homo erit, de terra factus erit, quia de terra & limo factus est homo: Fiet quidem à vobis non à me tantum, sicut primus homo, cum futurus sit filius hominis: Facietis ergo de terra, sed ut sciat is, illum speciale futurum esse opus Dei, aliud adiungo præceptum: Quod si altare lapideum feceris mihi, non adificabis illud de sectis lapidibus.* Nolo laboretis circa illud, nolo quid vestri operis accedat, nisi vel terram, quæ à me facta est, compingite: vel lapides vti natura facti sunt, vnà coniungite, ut fiat altare. Opus enim fuit istud Spiritus Sancti, de quo conceptus est Christus, ex Maria Virgine.
6. Quamuis autem per id, quod ibi dicitur, possit & eius Passio designari, videlicet: *Si leuaueris cultrum super eo, polluetur: eam tamen in sacrificijs super hoc altare offerendis attendimus, de quibus dicit lex ibi: Offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra.* In quibus per mortem hostiarum, mors ipsa Christi, & Passio fuit præfigurata. Quod ergo dicit, offeretis super eo, ut ad figuratum transfertur, sic in-

tellige; super eo, id est, postquam erectum fuerit, & aptum sacrificio, tunc offeretis illum, qui in holocaustis & sacrificijs præfiguratur. Etenim non vna figura implet mysterium, non plenè signat Christum, pluribus opus erat. Significet itaque Altare Incarnationem, quæ idoneus holocausto factus est Christus; sacrificia verò illius Passionem præostendant. Secundum legem ergo debebat mori, quam sic instituerat Deus, ut in ea infinuaretur quid ille facturus esset, aut passurus: quin etiam præciperetur illi opus, quod erat consummaturus. In his enim præceptis, ac caeremoniis vidit ipse manifeste, quæ esset Patris voluntas, quodque opus esset illi ab eo datum, ut faceret. Tunc dixit: *Ece venio, ut faciam Deus voluntatem tuam, & legem tuam teneo in medio cordis mei.* Sic Itaque secundum legem, & debuit mori, & mortuus est. Vbi iudicium est Dei.

At non ita ubi iudicium est hominum. Partem quidem & hic habet lex, iubens Deum coli, & blasphemum occidi. Sed in quo errent iudices, lectio patefacit, inducens illos dicentes Nicodemo. *Scrutari scripturas, & vide, quia à Galilea Propheta non surgit. Qui & supra dixerunt: Nunquid à Galilea venit Christus? Nonne scriptura dicit: Quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, ubi erat Dauid, venit Christus?* In factio itaque errant, non in iure, putantes Christum sic esse Galilæum, ut non esset ex semine Dauid, & de Bethlehem castello; cum tamen verè esset ex semine Dauid, & natus in Bethlehem. Neque tamen erant excusabiles, quoniam Natiuitas eius in Bethlehem ita perspicua fuit omnibus, ut eos latere non posset, qui veritatem sincerè expetiuisent. Vnde & quod esset ex semine Dauid patentius fieret, quam si Virgo Maria in Bethlehem iuge habuisset domicilium. Non enim certum est omnes Ciues Bethlehemitas originem traxisse à Dauid. At veniens Virgo, ut describeretur tanquam ex domo, & familia Dauid, argumentum dedit euidentiissimum, puerum ex illa natum ex semine Dauid processisse.

At quale ius est illud, quo contra illum inue-

SECVNDA PARS.

inuoluntur, iniuste tamen ex facti igno-
rantia: Diximus esse, & primum præceptū,
& primum iudicium: Iudicium (inquam)
decretum transgredienti primum præcep-
tum. In datione autem legis, transgressio
ista notata est. Porro simul ac dixit: Ego

*Exod. 10. 2. sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de
terra Egypti: Adiecit: Non habebitis Deos
alienos coram me. Ecce transgressio falsò im-
posita Christo. De bono opere non lapidamus
te, sed de blasphemia, & quia tu homo cū sis,
facis te ipsum Deū. In hoc ergo, quod se Fi-
lium Dei, atq; ex consequenti Deum se fa-
tebatur, & contra præceptum facere vide-
batur, dicens: Non habebitis Deos alienos
coram me. Et blasphemus esse, sibi tribuens
quod est solius Dei. Ergo de blasphemia
illum iudicant. Sic Caiphas in consilio au-
diens ab illo, quæset Filius Dei, scidit vesti-
menta sua, dicens: Blasphemauit. Ecce nūc
audisti blasphemiam. Quid uobis uidetur?
At illi respondentes, dixerunt, Reus est mor-
tis. Ita ergo apparet quomodo, & secundū
legem mortuus est, & contra legē, ut meri-
tò dissensio facta sit propter eum, non in-
telligentibus partib; arcana Dei. Sic patet,
quomodo, ut pro scelere populi pateretur,
pro maximo scelere morti aduicatus est.*

*9. Sic rursus patet, quomodo principū siue
bonitas siue malitia deriuat in subiectos.
Impulerunt impii isti populum in tam im-
mane sacrilegium, ut ad Crucem postula-
rent hominem innocentem, & Deum om-
nipotentem. Ipse uero Rex pacificus, iustus,
& clemens nostram est salutem benignissi-
mè operatus. Verè de illis dicitur à Salo-
mone: In multiplicatione impiorum, multi-
plicabuntur scelera; & iusti ruinas eorum
videbunt. Misera turba, populus infelix,
ab iis decepti dereliquerunt Deum, à quo
derelicti sunt, & Ecclesia iustorum eorum
ruinam uidit. Forū damna nos cautos red-
dant. Vbi multitudo est impiorum, inde
caueamus, fugiam; elongemur, ne in sce-
lerum illorum multitudinē, & nos inuo-
luamur. Vnus etiam si sit tantummodo bo-
nus, illi adhærescamus. Virtus nos trahat,
non multitudo: quin magis ubi multi sunt
impii, inde magis recedamus propter abū-
dantiam malitiæ, ne ab illa obruamur.*

*10. Q*uoniam diuina lex inter Christum &
eos, qui illum tradiderunt, intercessit,
ut Dei esset gloria, hominum ignominia,
& ruina; maximè nostrarum est partium,
ut lege Dei ita nos ipsos aptemus, ut inde
non malum hauriamus, sed salutem. Tanta
est voluntatis humanæ peruersitas, tantus
effrenus impetus, ut quocunque se uertat,
quidquid arripuerit, id totum ad fomentū
sue malitiæ in se trahat, quasi cibum unde
nutriatur: Et hoc adeo, ut lex ipsa Dei,
quæ ad eiusmodi peruersitatem debellandam
atq; deturbandam, constituta est, illi
ueluti suppedaneum ad illam stabiliendā,
suppediteretur. Ut non mireris, quam obrem
Iudæi, qui in lege gloriabantur, tanto faci-
nore, quo Iustum Domini crudelissimè in-
terfecerunt, illam transgressi, eandem tamē
iacerent, ueluti condemnantem illum, &
legis ipsius ignorantia illis obiecerunt, qui
à cæde Iusti, iuste uoluissent, ac pie absti-
nere. Hinc de turba aiunt, quæ credebat in
eam. *Turba hæc credit, quæ non nouit legem,
maledicti sunt.* Ad Nicodemum, quando
pro Christo loquebatur similiter, dicunt.
*Scrutare Scripturas, & uide quia à Galilæa
Propheta non surgit.*

*11. Hoc malum ut euitemus, illius origi-
nem, ubi remedium adhibeatur, disquiramus.
Quæ forsitan in uerbis, quæ Domi-
nus dixit ad Iosue, si benè illa attendamus,
dilucidè apparebit. Et sunt hæc. Conforta-
re, & esto robustus ualde, ut custodias, & fa-
cias omnem legem, quam præcepit tibi Moy-
ses seruus meus. Ne declines ab ea ad dexte-
ram, uel ad sinistram, ut intelligas cuncta
quæ agis. Si fortitudo requiritur ad custo-
diendam legem; ergo illius transgressionis
causa, infirmitas est, & impotentia. Quid
uero uirtus est, qua custoditur lex, nisi uis
quædam, robur, ac vigor; qua impedimēta
superamus legis custodiendæ? Hæc relu-
ctantem sensum domat; hæc mentis infir-
mitatē fulcit; hæc scandala, & offendicula
contemnit, quæ uiam faciunt asperam di-
uinorum mandatorum. Tria hæc, mentis
infirmitas, carnis importunitas, ipsius uicæ,
quam pergitur, difficultas; maior autem
horum*

Ecce 3

horum est mentis infirmitas, quæ per concupiscentiam emollitur, eneruatur, suaque velut soliditate euacuatur. Ruben quare paruus in numero? quia infirmatus est in mente, cessit carnis voluntati, a lege recessit. Sic Pater Iacob dixit moriturus: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea.* Et principium dolorum mei, prior in donis, maior in imperio: *effusus es sicut aqua; non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.* Quia erat primogenitus, idè vocat illum fortitudinem, quia vigoris est, posse generare, & naturæ potentia qualibet apparet in opere. Principium doloris vocat, vel quia mulier in dolore parit, quem suum vocat vir, quod fiat vna caro; vel quia illum offendit, concumbens cum

Gen. 35. 32 Bala vxore eius. Prior in donis, quia primogenito duplicabatur hæreditas, vt sanxit postmodum lex. Maior in imperio, quod primogenito debebatur. Hæc omnia perdidit propter vnã concupiscentiam, quia effusus est sicut aqua mollis, quæ nullam habet, quæ in se contineatur, soliditatem & firmitatem. Qui ergo fortitudo dicebatur Patris, mollis factus est velut aqua, infirmus fluens. Hic est concupiscentiæ fructus & effectus. Mens est Ruben primogenitus, prima viuens in homine, quæ corpus viuificat, hominis fortitudo, prior in donis, maior in imperio; cuius dona sunt Sapientia, gratia, virtutes; cui soli debetur visio Omnipotentis, quæ domina est, in hominis totius imperio; quæ etiam doloris principium est, quia in illa suam habet peccatum originem; vt peccatum non sit, nisi quatenus illi consensus ab ea præbetur. Quod dum facit, infirmatur, & funditur descendens a sede imperii sui, se facies subiectam concupiscentiæ, carnis ancillam, & cui iniquitas dominatur. *Viuit tamen* inquit in tua benedictione Moyses. *Ruben & non moriatur.* Rationem puto esse, quia inuidiæ prudenter restitit fratri, volens fratrem Ioseph reddere patri suo. Vita viuat, qui vitam innocenti seruaui, & patris voluit vitam à maximo mœrore liberare. Ergo quia alienæ restitit inuidiæ, viuat; quia propria concupiscentiæ cessit, non crescat, sed sit paruus in numero. Totum

hoc nos docet, mentem concupiscentia infirmari, vt non agat viriliter in diuina lege faciendâ.

Ex Iudæorum concupiscentia. *Hic est heres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.* En veraratio, quam obrem Christum heredem persequuntur, vt succipiant hæreditatem, vt fungantur principatu, quem habebant in populo; quæ eadem causa fuit Herodianæ persecutionis; quæ omnium transgressionum, & peccatorum in legem propria est origo. Cur enim dicitur a Salomone: *Puer, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.* Puer paruulus est, nondum vir virtute pollens, sed debilis, & delicatus est. Eiusmodi est omnis homo, qui dimittitur voluntati suæ, qui non sub ferula matris Legis viuat, & regitur. Quam idè confundit, & peruertit. Paruuli huiusmodi erant Iudæi, qui sub elementis mundi huius seruientes, dimissi sunt voluntati suæ, ad eum vt Pilatus Christum traderet voluntati eorum. O si Lex loqui potuisset, vt mater ab eis confusa, quid dixisset? Num mater ego, nam filii vos? quid me prætenditis, auctori meo quasi aduersantem, repudiantem, damnantem; clamantes quod secundum legem debet mori? cur qui in illum credunt, me ignorantes dicitis? O filii, an non ego sum gloria vestra, qui idè in lege gloriamini? & me vos tamen confunditis, obsecratis, datis opprobrio? *Primus Lexi Christus est, illum specio, illum promitto, illum mitto.* Quia in re itaque plus offendor, quam vbi Christus contemnitur, repudiatur, deturbatur. Et me (quod magis doleo) illius necis auctricem euulgatis. Sic qui peccant omnes, causam in legem reiciunt, bonum preferentes, quod semper est secundum legem. Sed in hoc stemus quod paruulorum est atque debilium, legem transgredi; si enim voluntati suæ dimissi, abeunt absque fortitudine post concupiscentias suas.

Hos sequitur ignorantia, vbi enim voluntas à rectitudine deflectit infirmata, ibi obscuratur intelligentia, mentis obtebratur oculus, & ratio in tenebris obtuscescit. Propterea ad Iosue sermo factus addidit:

addidit: *Vt intelligas cuncta qua agit, sis robustus legem custodiens, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.* Quomodo non intelligat quae facit, cui lex est lux? Huic lucerna est pedibus verbum Dei, & lumen semitis eius. At qui à lege auerit oculos, in tenebris ambulat; & nescit quò vadat, quid agat, quid appetat, quid peccet. Ita Iudaei adedè despicerunt, vt eos, qui videbant, cecos deputarent, caeci ipsi, & duces caecorum dicentes. *Turba haec, qua non nouit legem, maledicti sunt.*

Mat. 11. 49 Et Nicodemo. *Nunquid & tu Galilaeus es.* Sic Caiphas ille. *Vos nescitis quidquam.* Quam rectè docet Salomon: *Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via.* His occlusa est via respiciendi, aperte enim repugnant veritati, vt ad iniurias quoque prouocentur. Iniuriosum quippe reputabant Iudaei Galilaeum esse; & propterea dicunt Nicodemo: *Nunquid & tu Galilaeus es?* Vt verè dictum sit à Salomone. *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquii tui.* Quam igitur cauendum est à voluntate nostra, & à legis posthabicione; ne nos paruulos, & debiles, & imperitos constituamus? Ad quod nos Sampsonis exemplum mouere debet, qui amissà fortitudine amisit & oculos, & demum vitam.

15 Ergo sit institutum nostrum, atque elaboratio consilium, vt possimus singuli dicere: *Factus vir, euacuauit, qua erant paruuli: Resumptis viribus viriliter egi.* Hoc quomodo fiat, ex iam dictis exploratum est. Diximus quippe infirmitatis esse legem transgredi, ergo illam custodire fortitudinis est. Sicut ad Iosue dictum est, quòd in Sampsonè apparet manifestum. Si quis nouit prius, caput velarum subiectionem designare. Propterea Rebecca, viso Isaac, cui fuerat desponsata, tollens citò pallium operuit se. Thamar vt se scortum fingeret operuit faciem suam, sedens in bitulo. Sic Nazaraei vt Deo singulariter dediti, suaeque seruituti modo quodam speciali separati declararentur, caesariem nutriebant. Et sic docet Paulus, vt quo se

subditas viris suis mulieres confiteantur, velato capite debere orare. Vnò ergo Sampson, qui dum comam nutriuit, fuit fortissimus, argumento est, nos tū maxima fortitudine pradtos esse, cū Deo subiecti, illi seruiamus, legi illius obtemperantes. Mens enim nostra sua libertate atque potestate potitur, cum sui còpos, se se ipsa, à re nulla, qua sit extra ipsam, mota, liberè mouet ad nutum, ad votum suum, ad suam propriam voluntatem, quam sui dominationem ac potestatem nihil diminit; propterea quod legi Dei se subiiciat; ipsa enim mens sibi lex est, nec aliud Deus illi iubet, quàm quod ipsamet sibi. Ipsa enim sua natura, lumenque illi naturaliter inditum, & concreatum dicitur, quod debeat suo factori esse subiecta, summum bonum diligere super omnia, seipsam diligens, ad suum finem aspirare, in quo sit beata. Alteri facere, quod sibi fieri velit; nemini nocere, sicut & ipsa noceri detrectat. Haec si facit, ipsa seipsam mouet, agit, regit, sua fruens libertate, potestate, imperio, dignitate. Quae omnia, quòd lex ipsa Dei praecipiat, dum exequitur, legem custodit, legi subiecta. Tū, quae extra se sunt, omnium nil timet, nil veretur, nibili pendit. Nicodemi, qui lege nitebatur, vide constantiam ad Principes Synagoga. *Nunquid lex nostra iudicat quemquam, nisi prius audierit ab eo, & cognouerit quid faciat?* Vnde hoc didicerit, scire si vis; audi concinnentem Regium Prophetam: *Loquebar de testimonio tuo in conspectu Regū, & non confundebar.* Hoc signum magni Regis est, maxima praediti potestate, qui solum Deum timens, homines non veretur etiam in sublimiori potestate constitutos. Pergat ergo suam exponens virtutem ac fortitudinem, seq; dignum principatū. *Et meditabar in mandatis tuis, qua dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua, qua dilexi.* Non pre duntaxat loquebar, corde meditabar, manu exercebar. *Quia fortis est, vt mors dilectio;* ea mihi virilem fecit animum; ipsa confortauit manus dissolutas, & genua debilia roborauit; vt non flecterem genua mea ante quameunque potestatem, quo minus loquerer de testimoniis

Iudic. 13 & seq.

Pf. 118. 46.

Pf. 118. 47.

Cant. 8. 6.

monis tuis in conspectu Regum; vt non remisissas tenerē man^o, quo min^o exerceret in iustificationibus tuis; sed eas cum vigore leuauit ad mandata tua perficienda. Neq; mēs ipsa amore vehemēti acta lassata est, quo minus meditarerur in eisdem mandatis, die, ac nocte. Itā ergō corde, ore, opere omnia se posse confirmat, diligens atq; custodiēs. Receptis denuō capillis Sampson, quos illi toronderat concupiscentia, & amor infirmus, velato iam capite restitutus Deo, factus illi subiectus, rogat. *Domine Deus, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, vt uliscar me de hostibus meis.* Et exauditur. Qui hostes nostri sunt: sensus & caro nostra, mundus & lata porta, qui fortem, amissa fortitudine, ligant, fatigant, irrident, qui mentē staccidam, imbellem, imbecillem vinculis concupiscentiæ ligatam tenent, vt ab eis se non valeat expedire. Subdit^o ergō fiat noster animus Deo, & habebit sub se milites istos, qui contra legem Dei bella volunt, & inimici eius terram lingent; & exaltabitur ipse solus. & regnabit Rex, & potens erit magna facere, & mirabilia sicut & Christ^o, qui venit nō soluere legem, sed adimplere, regnabit in domo Iacob in eternum, & Regni eius non erit finis. In domo Iacob (inquam) qui fuit fortis contra Deum, vt contra homines præualere posse nō dubitaret. Heus Iacob, quandō contra Deum fortis fuisti, nisi quando domus tua Deū in carne persequens interfecit? Quando contra homines præualuisti, nisi quando in hoc Filio tuo, qui est Christus, orbē vniuersum subiugasti? Propterea verō contra homines præualuit Filius tuus, & tu in illo præualuisti: quoniam sic suam fortitudinē temperauit, vt fortes contra illum essent filii tui. Tunc ab eo benedict^o es in filiis tuis, quando in eo benedict^o sunt omnes gentes terræ, quarum si Abraham pater fuit, & tu simul cum Isaac, Pater constitutus es omnium gentium, qui sumus nos. Heus filii Iacob, veri fideles, estote fortes in fide, verē filii fortitudinis, filii Iacob, qui Deum sua fortitudine tenuit, nec prius dimisit, quam ab illo fuerit benedictus. Sic stete in Domino charissimi, vt benedictionem hereditate

possideatis in omni benedictione celesti. Amen.

MORALE.

Quod timuit Iacob ne patris benedictio sibi in maledictionē verteretur, hoc nobis solatio est, quibus maledictio in benedictionem conuersa est. Abraham a Deo sic benedictus est, vt in eo nationes vniuersæ terræ forent benedicendæ, & maledictus esset, qui illi maledictionem ausus fuisset inferre. O vtinā simus & nos deus, qui cum fidei Abraham sunt benedicti. Tu quid nobis oberit maledictio ista Iudæorum, qui dixerant. *Turba ista, quæ nō nouit legem, maledicti sunt.* Maledictio illa reuersa est in sinum suum, dicente Domino per Iacob. *Qui maledixerit tibi sit ille maledictus.* Noë, Cham filium suum, qui a Deo fuerat benedictus, maledicere non est ausus. *Benedixit quippe* (inquit Scriptura) *Deus Noë, & filiis suis, & dixit ad eos. Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Sed ad filium eius Chanaan derivauit maledictionem, dicens. *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* Quis ergō iuratus, qui benedicti sunt a Deo, hos propria ferire maledictione? Benedictio Dei data filiis Noë erat ad propagandum. Dixit enim: *Crescite, & multiplicamini.* At benedictio filiorum Dei & Abraham, iustificatio est; vt declarat Apostolus. *At si Deus iustificat quis est qui condemnet?* qui maledicet? qui imputet iniquitatem? Quantumlibet maledicat mundus, quantum inuehant super iustos, impii maledictionem, qui benedictus est a Domino, erit ille benedictus. Putabat Esau ad se patris trahere benedictionē, quæ iam ceciderat super Iacob, sed ait Isaac. *Benedixi ei, & erit benedictus.* O iusti homines, Benedicti vos a Domino qui fecit cœlū & terrā. Nolite timere eos, qui de credentibus in Christū dicunt. *Maledicti sunt* Qui custodiunt legem, super hos benedictio de cœlo descendit, dicente Moysē. *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias, atq; custodias omnia mandata eius, Veniens super te vniuersa benedictione ista. Si tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro.* Benedi-

Judic. 16.
28.

Mar. 5. 17

Luc. 1. 31.
Gen. 32. 24

Gen. 32. 26

Aus fructus ventris tui & fructus terra tua, & fructus iumentorum tuorum. Benedictio Domini omnia bona confert: & bona omnia possidenti quid mali contingere potest? Audi sapientem. Benedictio Domini

semen nō deriuauerit? Potius ex nuru permissus est filios habere, ex quibus est Christus secundum carnem, quam ex genere illo maledicto. Vnde Scriptura dicit de Iuda: *Vidit filia hominis Chanaanai vocabulo Sue,*

Gen. 38. 2.

& accepta uxore, ingressus est ad eā. Phrasis hæc innuit, non fuisse filios Iacob confuctos, accipere uxores Chanaanas, q̄ de nullo alio expressum est. Vnde nec Thamar, q̄ uxore dedit primogenito suo, dicitur fuisse Chanaanitis. Erant n. in terra illa, & Imahelita, & Madianita, & alij ex genere Abraham. Ergo qui benedictus est, cū maledictis non commisceatur. Nam benedictus ille, qui venit in nomine Domini, trahere noluit originē ex genere maledicto.

In hoc obediens fuit Iacob. Ergo per o-

bedientiā, vera accipitur benedictio: quam qui tenet, ab omni malo protegitur. Arte si Iacob a Patre obtinuit benedictionem; labore & steru illam ab Angelo consecutus est: *Dimite me (dicit illi Angelus) iam enim*

Gen. 32. 26

ascendit aurora: Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi: & benedixit ei in eodem loco. Propheta verò & hoc addit: In

fortitudine sua directus est cū Angelo Et in-

Osee 12.

ualuit ad Angelum, & confortatus est, fleuit,

& rogauit eum. Laboret ergo, qui vult ben-

edici, roget cū lacrymis, quia non ex natura habetur ista benedictio. sed arte, labore, deuotione. Ideo Angelus anteq̄ benediceret, mutauit illi nomen, vt vltra non vocaretur Iacob, quod illi à natura fuerat im-

Gen. 32. 27

positum, quia tenens fratris plantā, egressus est de vtero matris suæ. Sed Israël nomen inditum est illi ab eo, quod præualuit cum

Deo, quem Angelus representabat. Bellū, contentio, fortitudo id est, quo benedictio obtinetur: quā vbi consecutus quis fuerit, ab eo iam bonis vniuersis refertur, mala omnia appullantur. Si fortis fuisti contra Deū,

Gen. 32. 28

quāto magis aduersus homines præualebis? Gen. 27. 37

Iacob Patris benedictione bonis omnibus stabilitus est. Rursus illum benedicens, de manu fratris sui illum odientis eruit illum, mittens in Syriam, vbi ditatus est. Hic est fructus, hoc emolumentum veræ benedictionis. Labor si postuletur ad eam consequendam, quis illum recusauerit? Quem laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

laborare tadebit? cuius erit tam peruersus

Gen. 10.

Gen. 11.

Gen. 12.

Gen. 13.

Gen. 14.

Gen. 15.

Gen. 16.

Gen. 17.

Gen. 18.

Gen. 19.

Gen. 20.

Gen. 21.

Gen. 22.

Gen. 23.

Gen. 24.

Gen. 25.

Gen. 26.

Gen. 27.

Gen. 28.

Gen. 29.

Gen. 30.

Gen. 31.

Gen. 32.

Gen. 33.

Gen. 34.

Gen. 35.

Gen. 36.

Gen. 37.

Gen. 38.

Gen. 39.

Gen. 40.

Gen. 41.

Gen. 42.

Gen. 43.

Gen. 44.

Gen. 45.

Gen. 46.

Gen. 47.

Gen. 48.

Gen. 49.

Gen. 50.

Gen. 51.

Gen. 52.

Gen. 53.

Gen. 54.

Gen. 55.

Gen. 56.

Gen. 57.

Gen. 58.

Gen. 59.

Gen. 60.

Gen. 61.

Gen. 62.

Gen. 63.

Gen. 64.

Gen. 65.

Gen. 66.

Gen. 67.

Gen. 68.

animus, vt Esau instar velit sine merito benedici?

Habeas ergo meritam benedictionem, *Psal. 90. 5.* & non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio per ambulante in tenebris, ab incurfu, & damonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextera tua. At non ceciderunt Iudæi, qui credentes maledicebant? Maledicti ipsi, maledictione redundantes, in alios effundere illam volentes, ab ipsamet oppressi sunt. Videte quid ad litteram sit scriptum de Iudæis, Christum persequentibus, per

Psal. 108. 17. Dauid in Psalmo. *Et persecutus est hominē inopem, & mendicū, & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & venit ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum; & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleū in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur, & sicut zona, qua semper praerigitur. Hoc opus vortū, qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui lequantur mala aduersus animam meam. En detrahentes illi apud Dominum, qui de illis credentibus dicunt. Maledicti sunt. Sic aduersus illum mala loquuntur, sic persequuntur. Quid ergo? Ab ei⁹ benedictione elongati sunt, induti maledictione, q̄ sic illis adheret, vt vestimentum & zona, qua continuē precinguntur. Apparent n. omnibus hominib⁹, vt à Deo maledicti, & in ea maledictione perstricti & obdurati, q̄ non exterius modò abominabiles illas reddit apud orbem vniuersum; verū & interiora illorum penetrat, sicut aqua, quin & sicut oleum q̄ etiā ossibus illabitur. Etenim vt à Deo distincti sunt, ita tabescunt in semet ipsis, indignatur, cruciatur, vt de illis prorsus vera sit ista sententia. *Peccator videbit**

Psal. 111. 10. *Et irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit.*

22. Hæc autem in figura facta sunt nostri. *Psal. 118. 21.* Qui verò sunt maledicti? Increpasti superbos? maledicti, qui declinant à mandatis tuis. An nō inter nos pleriq; superbi sunt? multi declinantes à mandatis Dei: nō pauci pauperem persequentes? viro iusto obloquentes? An non sunt terra illa, de qua Apostol⁹:

Hebr. 6. 7. Terra sape venientū super se bibens imbrem,

& generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionē à Deo: proferens autem spinas, & tribulos, reprobā est, & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionē. Quam pauci sunt, qui herbæ generant opportunam, repleti fructu iustitiæ? Spinæ proferūt ac tribulos peccatorū; illorū fructus est luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs. Et quas res ista peccata efficere possunt, eas omnes reperies in infidelibus: terra maledictio proxima, homines induri maledictione, eadē plenitudo ad interiora & intima cordis. Quorū consummatio in combustionem. Maledicta terra spinas germinans ac tribulos, quid aliud maneat, q̄ ignem comburentem in terrarum? Iam olim aqua diluuij operuit omnem terram, q̄ erat corrupta iniquitate. Ignis nūc sua combustionē circumplectitur totam terram, quæ maledictio proxima est, maledictioni subiecta, locus & carcer maledictorum; qui ad ignem mittentur, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Eia ergo exuimini vestimentum hoc tam pestiferū maledictionis, quo sunt operi, qui declinant à mandatis Dei, vt totis visceribus deprecemur Deū, dicentes: *Aufer à me opprobriū, & contemptum* maledictionis videlicet) *quia testimonia tua exquisiui.* Fiat, fiat.

FERIA VI. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi Concilium, & dicebant quid, &c. *Ioan. 11. 47.*

ARGVMENTVM.

Consideratur sacrificium vitula, qua sacrificabatur in antiqua lege. Ponderatur eius proprietates, & morti Christi optime aptantur. Colliguntur perpetua moralitates.

MULTI.

MULTIPLICITER peccauerunt Pontifices & Pharisei, quod collegerunt concilium aduersus Iesum Dominum nostrum. Primo, contra legem agentes in hoc, quod rem diuinam non pondere sanctuarii, sed pondere humano, quando dicebatur publicum, ponderabant. Communis quidem est regula, & veluti pondus publicum, quod rem parua pro magna non liceat perdere seu alienare, atque ita vnum aureum pro re valoris excedentis. Christum esse rem diuinam fatentur ipsimet dicentes. *Hic homo multa signa facit.* Hominem interficere iuste, actio erat diuina, nempe statuta in lege. Quæ duo tamen humana ratione agere prætendebant, dicente Caïpha: *Expedit ut vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat.* Publicam vtilitatem proponentes temporalem, pro qua volebant rem diuinam actione diuina perdere, quasi minoris esset valoris. Peccabant nihilominus, & male ponderantes pondere publico, ita vt incidere in proverbium illud. *Statera dolosa, abominatio est apud Deum.* Fingebant quippe publicam vtilitatem, & tamen ambitione dominandi agitabantur. Volentes enim hæredem Patris interficere, dicebant: *Nostra erit hæreditas:* atque ita dolose ponderabant. Quoniam vero (vt ait ibidem Salomon.) *Pondus autem aequum voluntas eius,* id est Domini. Ad pondus æquum, & ad pondus sanctuarii opus iniquitatis eorum ipse reduxit, perdens ad tempus primogenitum, *vt filius Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum* cū ipso primogenito, vt esset ipse primogenitus in multis fratribus, vti corum iniquitati, Bonitas diuina præualeret. Imo & ipsa corum malitia vteretur ad communem omnium gentium salutem & pacem.

² Huius liberalitatis Dei figura fuit annus remissionis, qui erat septimus. Nam septimo quoquo anno, omnia in pristinum reuertebantur: vt qui agrum suū vendidisset, anno septimo ad eum reuertetetur, illumque sicut antea possideret. Neque debita anno illo septimo, licebat repetere ab

illis, qui essent de populo, quod tamen ab aduenis, & peregrinis licitum erat. Annus iste septimus est plenitudo tēporis, in qua misit Deus Filium suum Redemptorem mundi, qui omnia restauraret, & in statum pristinum reduceret, iuxta illud: *Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusalem.* ⁴ *sicut dies sæculi; & sicut anni antiqui.* Immo & in melius reformatet. Sic tamen vt beneficium hoc non ad omnes se extenderet; sed ad eos solummodo, qui essent de populo, id est essent computati inter filios Dei. Sic enim dicitur in tolemai Prophecia, quā hodie audimus de ore Pōtificis, sic ab Eua-gelista explicata. *Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filius Dei, qui erant dispersi, cōgregaret in vnum.* Cuius vt nos sumus & participes & grati, illud diligenter consideremus.

Quæ consideratio vt magis afficiat, magisque animis nostris hæreat, sub velamine fiet nobilissima admirandæque figuræ, quæ digeritur a Moÿse in libro Deuteronomij his verbis: *Quando inuentum fuerit hominu cadauer occisi, & ignorabitur cadis reus, seniores ciuitatis vicinioris, tollent vitulam de armento, qua non traxit iugum, nec terram scidit vomere; & ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, qua nunquam arata est, nec sementem recepit; & cadent in ea ceruices vitula: Accedentque sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus, vt ministrarent ei, & benedicane in nomine eius; & ad verbum eorum, omne negotium, & quidquid mundum vel immundum est, iudicetur. Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, leuabuntque manus suas super vitulam, qua in valle percussa est, & dicent: Manus nostra non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt. Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti, Domine, & ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis. Tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fusus est.*

Pro cuius intelligentia, addo primum sententiam Domini Saluatoris: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Et Deut 19. II ideo sanciebat lex, vt homicidiū voluntarium

- rium morte plesteretur. Casuale vero excufabatur, pro quo erant instituta ciuitates refugij. Vbi declaratur populum esse sanguinis innocentis noxium, nisi puniat occiforem spontaneum innocentis? *Ut nō occidatur* (inquit) *sanguis innocuus in medio terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam;* & infra de homicida voluntario: *Morietur: non misereberis eius, & auferes innocuum sanguinem de Israel, ut bene sit tibi.* Vbi habetur sicuti alibi, quod huiusmodi delictis contaminabatur terra, & reatus aliquo modo in totum populum redundabat. *Et infesta est terra in sanguinibus.* Et veritas lex ne dimissam, quæ alij fuerat nupta, quis ducat; addit: *Ne peccare facias terram tuam.* Et furtū Achan toti populo imputabatur, donec deletus est fur. Intendit igitur Deus hac cæremonia terram purgare, & populum liberare à reatu illius homicidij, quod forte fuit voluntarium, quo non punito inficeretur terra, & populus esset reus. Quæ cæremonia apta figura est liberationis à morte factæ per Christum. Cuius non apta figura fuit casus homicidij voluntarij, quia reus occidebatur; nec homicidij inuoluntarij, quia non erat ibi mortis debitum aut meritum. At in homicidio ignoto debitum erat, quod tamen hoc ritu conuenienter auferebatur.
- ¶ Per hanc ergo figuram præsignatur populus Dei liberandus à morte illa tremenda, quæ vere mors est. Quæ liberatio per mortem alterius erat facienda, quasi per necem vitulæ. *Expedi enim ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens periret.* Vitula ergo, Christus innocens. Sed quare vitula? oblatio boū nobilior omnium esse videtur, cū bos sit animal nobilissimum capra, oue, & cæteris, quæ poterant immolari; Animal maius, fortius, vtilius, & magis necessarium. At quanta est Christi nobilitas? fortitudo? magnitudo? vtilitas? necessitas? *Nullus maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Qui autem minor est in Regno caelorum maior est illo.* Intuemini autem quantus sit hic. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo.* Ideo dixit Archangelus Gabriel: *Hic*

erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur. Ideo in Psalmo quasi de maiori victima dicit Deus: *Nunquid manducabo carnes tuas?* At vitula in specie bouina minor est, tū ratione sexus, tū ratione ætatis: Ideo em dicitur vitula. Ut cū Christi magnitudine, paruitate illius coniungamus, qui semetipsum exinaniuit, factus paruulus, & nouissimus virorū. Quam coniunctionem fecit ipse, quādo magnifico Ioāne Baptista super omnes natos mulierū, subdidit de seipso: *Qui autem minor est in Regno caelorum, maior est illo.* Audis minor, & maior? Minor absolute in toto regno caelorū: Maior illo, id est Ioāne: ut non solū cum sua magnitudine coniungat paruitatem, sed paruitate amplifiet, restringat amplitudinem, minor humilitate, maior dignitate. O vitulam, in specie hostia magna, minima in singulari. Quam iure docemur à Sapiente: *Quanto maior es, humilia te in omnibus.* Magnus nō quidem in omnibus, quod nemini dari videtur in terra, cum hoc tamen humilia te in omnibus. In paucis magnus, humilis in omnibus. Ut sic excellentius imitemur Christum, qui æqualis Deo semetipsum exinaniuit, ut esset etiā inter paruos paruulus & minimus. At tu qui te exaltas, memento scriptū esse: *Qui altam facit domum, quærit ruinam, & qui euasit discere, incidit in mala.* Salomon his verbis coniungit superbum cum eo, qui abiicit disciplinam. Quæ enim maior superbia, quam quod quisquam se sibi satis sapientem arbitretur? lactare diuitias, potētiam, gloriam, superborum est quidem; at sapientiam ita exaggerare, ut quis docere quoque non egeat, maxime superbiae indicium est. Hic est, qui domū suam exaltat, atque propterea ruinam querit. Nā domus alta plusquam ferat vis fulcimenti atque parietū, cadat necesse est. Hæc est exaltatio & magnificentia, de qua Salomon quoque dixit: *Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus.* Cui vero magis culpa ista conuenit, eius videlicet, qui euasit discere, quam ei, qui Christum virtutum omnium exemplar imitari delectat? Merito itaque ruit: *Nam domū superborum demolietur Dominus.*

6. Quare vitula accipitur, quæ non traxit
 iugum, nec terram scidit vomere? Duo
 hæc conſucta ſunt bouum opera, iugum tra-
 here ad vehenda onera, atq; arando terram
 ſcindere. Deſignatur ergo, quod ſit iuuen-
 cula non dum arare docta, quod facit ad
 iam dictam paruitatem: nam quæ creſcunt,
 iugo ſubmittuntur. Sed hoc potiſſimum
 deſignat, vt humanis operibus addictum
 non ſit, quod Deo dedicatur. Chriſtus ſe
 talem oſtendit, quando requiſitus a quo-
 dam dicente: *Dic fratrem meo, vt diuidat me-
 um ſubſtantiam, reſpondit: O homo, quis me
 conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos?*
 Neque enim miſerat eum Pater in mun-
 dum, vt mundana tractaret, ſed vt redi-
 meret nos ab omni iniquitate, & munda-
 ret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem,
 bonorum operum. Et qui diſcipulis ve-
 nuit pecuniam, baculum, peram & vniuer-
 ſa proſus negotia ſecularia, iis certe ipſe
 non ſeipſum implicauit. At forte illi dicat,
 qui requiſiuit eum pro diuiſione ſubſtan-
 tiæ: Num tu in Pſalmo non conſiteris: *Ego
 conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Syon mon-
 tem eius: Si autem Rex, nunquid non &
 Iudex? etenim in eodem Pſalmo regia pot-
 teſtati iudicium datur, dum dicitur: Reges
 intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.
 Cur ergo te abnuis iudicem conſtitutum?*
 Si ſic Chriſtus compellatur, audi reſpon-
 ſum. Sum quidem conſtitutus Rex ab eo;
 ſed prædicans præceptum Dei, non diui-
 deus argentum hominum. Mea enim fun-
 ctio eſt prædicare. Prædicare (inquam)
 regnum Dei, non inter homines humanum
 administrare principatum. Nos igitur do-
 ctri à Domino audiamus etiam diſcipulum
 eius: *Nemo militans Deo, implicat ſe ne-
 gotiis ſecularibus. Quid tu igitur vocatus
 in ſortem Dei, tractas ſecularia? Etiam
 puluere pedes tui abſtergendi ſunt, vt ſint
 ſpecioſi pedes euangelizantium pacem;
 nam terrenorum puluis litibus alimenta
 miniſtrat, pacis offuſcat ſerenitatem &
 tranquillitatem. Ideo iubet lex: *Non ha-
 bebunt ſacerdotes & leuitæ. & omnes, qui
 de eadem tribu ſunt, partem & heredita-
 tem cum reliquo Iſrael. quia ſacrificia Do-
 mini, & oblationes eius comedent: & in-**

fra *Ipfum enim, id eſt ſacerdotem, elegit ſe,
 Dominus de cunctis tribubus ſuis, vt ſtet, &
 miniſtret nomini Domini: Vt nè quidem ne-
 ceſſaria ſibi curent* Et vide ſi forte duo illa
 opera expreſſit, quæ ſunt iugi tractio, & a-
 ratio, vt oſtendat ne de habitis, nec de ha-
 bendis debere ſolicitari. Iugo quidem, quæ
 iã ſunt, trahunt; at qui arat, in ſpe arat ha-
 bendi fructus, qui adhuc non ſunt, ſed ex-
 pectantur, vt omnis proſus tollatur ſolli-
 citudo ab his, qui Deo militant, & ſer-
 uiant ei die ac nocte.

Quare ducenda ad vallem aſperam & 7.
 ſaxolam, quæ nunquam arata eſt, nec ſe-
 mentem recepit? Non enim fruſtra hæc ita
 diligenter & iuſta & ſcripta ſunt. Primò vt
 videretur quodammodo extra terram habi-
 tationis hoc factum eſſe, vt terra idè non
 videatur contaminata. Hoc enim fuit ad
 purgationem terræ deſignandam, atq; ita
 reatus à populo demonſtraretur ablatus, vel
 etiam non contractus. At Dominus Ieſus
 extra portam paſſus eſt, quod & per ſacri-
 ficium, cuius carnes cremabantur extra
 caſtra, præfiguratum eſt, vt docet Apoſto-
 lus. Et quid putas rogauit in Cruce pro
 crucifixoribus, niſi vt quali culpabiles non
 eſſent, ac ſi procul ab eis, & extra ciuitatè
 habitationis eorum fuiſſet interemptus?
 Vbi & hoc notandum videtur, quod terram
 fructiferam noluit occupari, vt ſcias diui-
 num obſequium etiã temporalibus quan-
 tum poſſibile eſt parcere. Ideo enim & A-
 poſtolus nè grauaret, quos Euangelicis
 præceptis erudiebat, manibus ſuis victum
 ſibi, ac ſociis ſuppeditabat. Et ſacrificio-
 rum communium modicam partem ſibi
 ſeruabat Deus, quæ vel igne conſumere-
 tur, vel in vſum cederet ſacerdotum. Et
 quamuis totam terram dediſſet ipſe inha-
 bitandam, primitiis tamen atq; decimis
 contentus erat, & hominum primogeniti
 modico admodum pretio redimebantur.
 O vtinam vellemus Deo ſeruare, experi-
 mento cognoscere, iugum Domi-
 ni eſſe ſuaue: aſperam enim ipſe, & ſaxo-
 ſam vallem petiit, vt mala noſtra ferret, &
 bona ſua conferret, multa patiens; non
 autem imputans quod pateretur ab ho-
 minibus, ſed reputans quod pro hominibus
 pate-

pateretur. In valle aspera atq; saxosa indigna suscipiens, sed quæ nunquã arata est, nec sementem recepit, ubi videlicet homo non apparuit, qui illam coleret, ac propterea nõ homini imputandum sit, quod pro homine ipso, ipse Deus & homo tolerauit.

8. Caue tamen ne passionis locus tibi infructuosus sit; ubi nec ares nec semines, atque propterea nullus ibi inde expectandus fructus. Audi sapientẽ: *Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fructu latabitur.* Stultus est omnis, qui vanè laborat, qui inania meditatatur, qui infructuosam rem negligit, talentum abscondens in terra. Hic nil aliud debet expectare,

Prou. 17. 21. *Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fructu latabitur.* Stultus est omnis, qui vanè laborat, qui inania meditatatur, qui infructuosam rem negligit, talentum abscondens in terra. Hic nil aliud debet expectare,

quam ignominiam suam. Si enim gloriam sapientes possidebunt, quid aliud manet stultis, quàm ignominia? Ad hanc natus est stultus, quia ab eò trahitur nihil aliud.

Matth. 2. 6. Vndè *bonum erat ei, si natus non fuisset.* Ad quid enim nasci, vt duntaxat ignominia appareat? Ad quid patrem habere filium, de quo nullum aut fructum, aut gaudium consequatur? *Gaudium gaudet mulier,*

Iob. 16. 21. *qua peperit puerum, quia natus est homo in mundo.* At si natus sit stultus, iam gaudiũ veretur in tristitiam, vt melius iara esset, si natus non fuisset homo ille. Christus verò pater noster, qui cum tristitia nos genuit, quam ex nobis lætitiã concipiet, qui stulti nullum fructum capimus ex iis, quæ passus est? Heu nos infelices! Doluit noster iste genitor, quando venit hora eius, in qua ad modum parturientis, vehementes dolores sensit: sed producto seruo debuit gloriari; sed si factus euasit filius, pater in fructu non lætatur. Tu quidem insipiens, doloris in Christo fuisti causa, sed non lætitiæ, quin tua fatuitate, si possibile esset, infandum Domino Iesu dolorem reuouares.

9. Sed cur cadunt in ea valle ceruices vitulæ? cur occisa & decollata? sic iubet lex. Occisa, quia pro morte agitur hoc negotium, nempe vt morte, mors redimatur. Quod ad litterã legis pertinet, mors vitulæ occisæ in valle maxime remota pro morte est hominis occisi absconditè, quæ si non vindicatur, tota infecta est terra, & contaminatus populus, ac propterea morti ob-

noxius. Cum autem propter latentiam occidentis vindicari non possit, remedium adhibetur purgationis, qua declaratur populus innoxius: quæ purgatio fit; in omnibus stantibus pro populo, lauanti bus manus suas super vitulã, & protestantibus se nec fecisse homicidium, nec hominẽ damicare. Quo ad spiritum, in omnes homines mors pertranst. Vndè verè in se totus populus contaminatus est, & morti obnoxius. Oportet autem in morte alterius sperare salutem, Ne tota gens pereat. Motus hic in vitula extra portam passus, cuius morte purgatur populus: non vt in figura negasse conscientiam mortis eius; sed confitens causam se fuisse mortis eius, qui pro peccatis nostris mortuus est. Mors autem cõmuni vniuersorum, quæ hic aboletur, aptè designata est morte, quæ debebatur hominẽ occidenti. Multa quidem delicta secundum legem morte puniebantur, vt pater de blasphemante, de violante diem Sabbati; de maleficio, de immolante idolis, & huiusmodi: sed nemo directius, ac magis aptè veniebat morte mulciendus, quam qui mortem alteri intulisset. Idè post latam legem decem verborum, primum iudicium a Deo institutum, quo quis necandus esset, istud fuit. *Qui percussit hominẽ, volens occidere, morte moriatur.* Vndè & in Euangelio à Domino sententia pronuntiata est. *Qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Mors itaque destruenda, aptius à nulla morte alia figuratur, quam ab ea, quam obire deberet, qui hominẽ occidisset sine causa, & sine potestate. Vt autem lex in suo robore remaneret, quæ deberet occidens occidi, aliquis loco occidentis, occidendus erat. Sed qui tanti esset, vt sola eius occisio occidẽdis omnibus esset sufficiens subsidium atq; remedium. *Expeit enim vt unus moriatur homo pro populo, & non tota gens periat; si talis homo reperiat, qui possit sua morte mortem omnium supplere; vt solus moriens morituris omnibus prouideret, ne morte mulctarentur.*

noxius. Cum autem propter latentiam occidentis vindicari non possit, remedium adhibetur purgationis, qua declaratur populus innoxius: quæ purgatio fit; in omnibus stantibus pro populo, lauanti bus manus suas super vitulã, & protestantibus se nec fecisse homicidium, nec hominẽ damicare.

Quo ad spiritum, in omnes homines mors pertranst. Vndè verè in se totus populus contaminatus est, & morti obnoxius. Oportet autem in morte alterius sperare salutem, Ne tota gens pereat. Motus hic in vitula extra portam passus, cuius morte purgatur populus: non vt in figura negasse conscientiam mortis eius; sed confitens causam se fuisse mortis eius, qui pro peccatis nostris mortuus est. Mors autem cõmuni vniuersorum, quæ hic aboletur, aptè designata est morte, quæ debebatur hominẽ occidenti. Multa quidem delicta secundum legem morte puniebantur, vt pater de blasphemante, de violante diem Sabbati; de maleficio, de immolante idolis, & huiusmodi: sed nemo directius, ac magis aptè veniebat morte mulciendus, quam qui mortem alteri intulisset. Idè post latam legem decem verborum, primum iudicium a Deo institutum, quo quis necandus esset, istud fuit. *Qui percussit hominẽ, volens occidere, morte moriatur.* Vndè & in Euangelio à Domino sententia pronuntiata est. *Qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Mors itaque destruenda, aptius à nulla morte alia figuratur, quam ab ea, quam obire deberet, qui hominẽ occidisset sine causa, & sine potestate. Vt autem lex in suo robore remaneret, quæ deberet occidens occidi, aliquis loco occidentis, occidendus erat. Sed qui tanti esset, vt sola eius occisio occidẽdis omnibus esset sufficiens subsidium atq; remedium. *Expeit enim vt unus moriatur homo pro populo, & non tota gens periat; si talis homo reperiat, qui possit sua morte mortem omnium supplere; vt solus moriens morituris omnibus prouideret, ne morte mulctarentur.*

Quis verò homo iste erit? Is certe, qui multa signa fecit ac tanta, vt certum sit ipsam etiã, quem Deus misit in mundum, vt sal-

Ios 8. 29.

manuum mentionem facit, tanquam de re magis aperta. Et quoniam vilior, atque dira magis mors erat crucifixorum, quare ideo illata est Regibus Chananæorum resistendum populo Dei. Plagæ autem in medio manuum sunt plagæ crucifixorum. In plagis ergo manuum, extremam atrocissimamque mortem admiratur Propheta. Quam Christus ipse exaggerat, dicens, se plagatum in domo eorum, qui diligebant eum, non quidem à diligentibus, sed in domo diligentium. Dilexit enim Synagoga Christum, dum illum tandiu expectavit, dum in ea fuerunt sancti viri, & Reges, qui diem illum summo ardore desiderabant; in qua semper fuerunt amici Dei electi & dilecti, qui ardenti cordis affectu in Christum ferebantur, & rapiebantur. At quod in tali domo princeps illius ita sit male habitus, ut appareant plagæ in medio manuum eius, hæc maxima est admiratio. Admiratio (inquam) quæ dolore, & dolore animam repleat, quod tanta sit passus Filius Dei, & hæc à populo suo, à populo quem tantis beneficiis profecutus est, quem excellentiorem fecit omnibus gentibus. Et si hoc: quanta Passio, quam acerba, ab his etiam pati, qui sunt in domo noua sanctæ Ecclesiæ? ab his, qui Christiano censentur nomine? Genitores carpit Propheta, quod ipsi fuerint confidentes eum. *Et confitent eum pater eius, & mater eius genitores eius:* sed quoniam pro patribus eius nati sunt illi filij, qui nos sumus: nunquid meliores sumus parentibus eius? Heu!, verum, & nimis verum est *Iræ patris, filius stultus, & dolor matris, quæ genti eius.* Ipse pater noster, ipse mater nostra, de se enim genuit nos. Quanta ergo ira eius, quantus dolor, præuidere ad tantam stultitiam nos prolapsuros, ut premium Passionis eius, pro nihilo haberemus? mortem illius contemneremus? Salutem tanto labore nobis acquisitam infantes perderemus? Si zelus in prædicatione sua tantus fuit, ut dicerent turbæ.

Zach. 13. 3.

Psal 44. 17

Prou. 17. 25

Marc. 3. 21.

suam. O dolor! qui affecit, & interfecit Auctorem vitæ, dum sua morte, mortem nostram à nobis quam longissime ablegare: Quantus dolor Moyli, qui dicebat: *Noui quod post mortem meam iniquè ageris, & declinabitur citò de via, quam præcepisti vobis?* Tantum laborauerat ducens, instruens, sustinens, dum ergo præuidet in futuris filiis, cassum laborem suum, zelo ductus ineffabiliter anxietur. Quid ergo Christus Dominus, intuens ingratitude Christianorum? Videns infinitam prope multitudinem pereuntium? Si quid habet apparentis veritatis Caiphæ dictum, enā ut ab eo intentum. *Expedi ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Quid vbi tanta gens perit, etiam mortuo homine illo, qui mortuus est ne illa periret? Quid, inquam? Num expedi hoc? An non potius perniciosissimum est, ut de eo præuiso maxime doleret, atque irasceret Pater iste noster, qui filiis suis vitam inspirat, atque ut inspiraret, expirauit?

SECUNDA PARS.

Proposita figura hoc quoque continet. *Accedent Sacerdotes, quos elegit Dominus, & ministrent ei, & benedicant in nomine Domini, & ad verbum eorum omne negotium iudicetur.* Vbi apparet ratio, cur huic negotio assistere deberent Sacerdotes, nempe ut quasi iudices decernerent inculpabilem esse ciuitatem, & innoxium populum, in cuius territorio fuisset mortuus ille occisus, atque ita illi ciuitati, & populo benedicerent in nomine Domini. Ratio verò, cur sacerdotibus data esset ista potestas, tangitur dum dicitur *Ut ministrent ei.* Qui enim sic in ministerio Deo appropinquabant, congruenter etiam in potestate iudicandi, atque benedicendi eidem ipsi Deo propius accedebant. Hoc futurum erat, vbi morti obnoxius liber à mortis reatu fuerat iudicandus. Inde enim hodiè Sacerdotalis sententia pronuntiat. *Expedi ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat,* quod est dicere in figura. Occidatur virula, ut populus sit immunis. Et ita factum est, quia

gis ad stulea declinat. Ita isti damnabiles consiliarij, maxime à rectitudine recedebant, quò magis apparentia prærendebant argumenta. Sed eò damnabilior Caiphas, qui cum esset Princeps, mendaciù proferbat. Nam non decet Principem, labium mendax. Tanta est Principis autoritas, & dignitas, vt illum maxime dedeceat vel minima culpa, sed mendaciù super omnia: quoniam iudicando, diuinam functionem

Deut. 1. 17. administrat. Nam *iudicium est Dei*: inquit

Deut. 16. 18. Moyses. Vnde & post institutionem solemnitatum decernit immediatè iudices esse constituendos, qui recta iudicent. Sic ostendens, quòd prima res statucnda & suscipienda post cultum Dei, est iustorum iudicium institutio: qui etiam propterea Dij appellantur. Vnde & Salomon asserit præsumptiuè: *Diuinatio in labijs Regis; in iudicio non errabit os eius.* Præsumitur enim, nisi contrarium appareat, iustum esse Regis iudicium, adeò vt diuinum quid eluceat in labijs eius. Super omnia igitur indecentia, mendacium indecentissimum est in ore Principis.

Prou. 16. 10.

Deut. 16. 21.

Vnde mox post iustam iudicium institutionem, duo hæc præcepta subduntur; ne fiat lucus circa altare Dei, ne statua fiat aut statuatur. Quæ (inquit) odit Dominus. Sicut enim circa Altare non ea facienda, quæ gentes faciunt Diis suis: ita à Rege, quasi diuino Altari, ea prorsus sunt amouenda, quæ verè diuina non sunt. Quanti enim faciendus sit Principatus, ostendit Spiritus Sanctus, qui posuit verba sua in ore Caiphas, qui erat Pontifex anni illius. Extremum igitur absurdum est, vt in eo quidquam reprehensibile reperitur: Et ea ex parte in primis, quæ ad Principis officium pertinet, propter quam præsumitur diuinatio in labijs eius. Maxima ergò iniquitas scelestissimi huius Pontificis. Quæ videtur idèò permiffa, vt summum scelus & summus zelus obuiarent sibi, & tunc superabundaret gratia, vbi delictum quoq; superabundat. Propterea enim inter alias rationes voluit quoq; Dominus per iniustum iudicium morti addici, vt sic dum abundaret mundi iniquitas, Dei pietas super omnem carnem superflua-

Rom. 5. 20.

ter effunderetur, vt sic palam fieret, quòd sapientiam nõ vincit malitia, neq; impietas pietatem; sed è contrà gratia vincit in bono malum.

Discamus nos igitur illic maxime à peccatis abstinere, vbi se magis diuina diffundit misericordia. Vbi maximus Deo fit cultus, inde procul sit maxime quòd Deo displicet. *Non plantabis lucum, &c.* *Deut. 16. 21.* *Non facies tibi statuam, neq; constituis. Quæ odit Dominus Deus tuus.* Luci ad cultum pertinebant idolorum. Idèò summpere à diuino altari prorsus abfciendū. Heus Christiane, qui Deo es consecratus vt altare, cur appropinquas iniquitati? Cur locum das diabolo? Cur mentiris Spiritui Sancto? Cur Filium Dei conculcas? Cur, cum sis filius lucis, ambulas sicut & gentes, quæ ignorant Deum? Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui, ne lucum quidem, qui ex multis constabat arboribus, sed neque vllam arborem, sed neq; initium omnibus peccati, sed neque speciem mali, neque tantillum declines à via recta, & semita Dei nostri. Vide ad quantam iniquitatem, qui Deo consecratus erat, sit temerarie prolapsus, vt in loco iudicij esset & in loco iustitiæ iniquitas; & iniquitas, impietasque tanta, vt sub pietatis specie, tantum scelus operiretur. Arbores quidem lucorum reuerentiam quandam loco cultura præferbant. At Deus hanc respuit apparentiam, in qua est falsitas, & dolus. *Aperti, Libane,* id est templum, *portas tuas,* sincerum sit & apertum obsequium Dei.

Additur in figura. *Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauantque manus suas super vitulam, quæ percussa est in valle, & dicent. Manus nostra non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt.* Ecce primum coniunctio vitulae, & interfecti. Habetur enim ex his, quòd vitula ferebatur ad interfectum, quæ fuerat in valle percussa, & lauantes manus super vitulam dicunt. Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, intelligentes de sanguine interfecti. Vbi & coniunctio,

nomine impellentes ad suscipiendam disciplinam, & eruditionem. Filiorum enim est patrum obtemperare documentis. Alio qui superbi sunt, & veluti naturæ repugnant. Vnde postquam dixit Salomon: *Filius sapiens doctrinam patris*: subdit: *Qui aurem illi for est, non audit cum arguitur*. Sed omnium est pessimum, quando patrū scelera, sequuntur filii scelerati, qui idē sunt serpentes, & genimina viperarum. Quibus dicitur a sancto Stephano: *Vos semper Spiritui Sancto resististis, sicut patres vestri, ita & vos*. Hoc ergo est, quod concilium collectum a Caïpha meditarur, vt se filios ostendant eorum, qui Prophetas occiderunt, implentes mensuram patrum suorum.

Ezech. 2. 3. Vnde & in Ezechiele ait Dominus. *Ipsi & Patres eorum prauaricati sunt pactum meū vsq; ad diem hanc*. Et filii dura facie, & indomabili corde sunt.

19
Dent. 21. 8. Ablutioni manuum oratio etiam adiungitur. *Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti, Domine; & ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel*. Ablutio illa quædam erat satisfactio, atq; purgatio, cui tamē adiungenda est oratio, rum vt purgatio adigatur, & dirigi ostēdatur; oratio fitur verbis, quod opere manus sunt; Tum vt certum sit nostra opera valere, nisi adsit Diuina gratia, auxilium, atq; susceptio. Ita enim & in sacrificiis rogabat Sacerdos, vt dimitteretur peccatum consenti, & offerenti. Quod dicitur: *Populo tuo, quem redemisti*. Ratio est, quia Deus propensus suam debeat propitiationem exhibere. Populus enim eius est: quem ergo proteget Dominus, nisi populum suum? Redemit illum de manu omnium, qui oderunt eum in signis, & mirabilibus: quomodo ergo non tueatur, & conferuet eum? Hæc fiducia nostra: *Redempti sumus pretio magno*. Si ergo cum inimici essemus, Christus secundum tempus pro impiis mortuus est; multo magis nunc reconciliati salui erimus ab ira per ipsum, si per nos non ster. Filios enim Dei, etiā si dispersi sint, venit Christus in vnū congregare.

20 Qui verò filii nisi electi, quos in erro-

rem induci possibile non est nam si errēt, iam filii non sunt. Neque enim quos Filii vocat Ioannes, ii tunc viuebant omnes super terram, sed neque adhuc viuunt. Respexit ergo Ioannes non ad personas solum saluandorum, sed ad mores, ad merita, ad perseverantem in Dei voluntate famulatum. Quod spectauit & Paulus, qui de Christo dicit: *Qui multos filios in gloriam adduxerat*. Adduxerat (inquam) non iam res, sed aeterno proposito illos, qui eodem proposito futuri essent filii. At propositum sine effectu non est, & effectus sine suis causis non est. Est autem immediata, manifesta que causa in obseruatione mandatorum vera perseverantia, DEO ipso confirmante vsque in finem. Sicut enim in omni tempore diligit, qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur; ita Filius Dei non est, qui cœpit ædificare, & non voluit consummare, qui ad tempus credit, & in tempore tribulationis recedit, & mittens manum ad ararum respicit retro; sed qui factio dicit, non verbotantum, vt Petrus. *Etiā si oportuerit me mori pro te, non te negabo*. Quando anxia est cor Christi in angustiis, in plagis, in carceribus, tunc probati sunt amici, & fratres, qui sibi timentes in angustiis eius, illum dereliquerunt. Quod tamen postea referunt, animas suas pro Christi nomine prodigentes.

Hæc est differentia inter Synagogam & Ecclesiam. Accepit illa libellum repudii, spernens, derelinquens, quin & interficiens virum adolescentiæ suæ. At iam non datur libellus repudii, repudiata est lex illa data ad duritiam cordis illius populi, qui fuit dura ceruice, & indomabili corde. In Ecclesia Christi sicut & ab initio; *Quos Deus coniunxit, homo non separat*, sed neque Deus ipse, qui se nobiscum esse futurum pollicetur omnibus 20. diebus vsque ad consummationem sæculi. *Non enim accepistis spiritum seruitutis, sed accepistis spiritum filiorum Dei*: inquit Apostolus. Magister autem Christus ita decernit. *Seruus non manet in domo in æternum, filius manet in æternum*. Qui ergo spiritū seruitutis acceperunt

perant, qui timentium est, extra domum remanserunt. Venerunt enim Romani, & tulerunt locum eius & gentem. At nos, qui sumus filii, accipientes spiritum adoptionis filiorum, qui amantium est, occurrente nobis Patre misericordiarum, facti sumus domestici Dei, cum illo in eadem edentes & bibentes, quæ apud illum sunt. Hæc est excellentia Ecclesiæ, quæ est mater nostra. Quæ & verbo dicit, & facto:

Gen. 3. 4. Tenui eum, nec dimittam; cuius qui filii sunt, filii sunt Dei, qui manent in domo in æternum, & recipiuntur in æterna tabernacula, etiam si oporteat per multas tribulationes in illa ingredi. Filios enim recipit probat Deus in camino humiliationis. Vide, quæso, modum loquendi, quem assidue seruauit Deus cū veteri populo. Nam promittens illi bona in terra, quam erat illi traditurus, subinde addebat, Si tamen audieris vocem Domini Dei tui.

Deut. 15. 5. Præuidebat eorū casum, recessum, ingratitude, rebellionem; idcirco tam frequens subinfert conditionem. Si tamen custodieris quæ præcepta sunt tibi.

Exhorta. 22. Heu! fideles Christi, Ecclesiæ filii, & Patris nostri, qui in cælis est. Videre quomodo caute ambuletis, ne à gratia excidatis, facti socii Iudæorum, quid dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël. Audite Regem Salomonem: *In*

Pro. 17. 24. facie prudentis lucet sapientia. Oculi stultorum in finibus terræ. Stultus in vultu, & in oculis ostendit stultitiam suam, vertens oculos huc, illuc, vt non sit status etiam vsque ad fines terræ. At sapiens etiam in facie ostendit grauitatem & sapientiam.

Pro. 18. 1. Stabilitas oculorum ostendit cordis stabilitatem. Iudæi ob suam instabilitatem varias occasiones querebant, & proponebant Christum persequendi: sicut occasiones querit qui vult recedere ab amico. Omni tempore erit exprobrabilis. Sic exprobrabiles sunt Iudæi apud omnes gentes, & à tempore Christi vsque ad tempora nouissima. Heu! num & nos exprobrabiles erimus, habentes oculos vsque ad fines terræ, absque aliqua stabilitate? Si exprobrabilis Iudæus in synagoga, quæ aliquando repudianda erat. An non magis

exprobrabilis Christianus in Ecclesia spoliata perpetua, domo nunquam casura? Quid mirum, si ille perit in nauis submergenda? At tu in firmissimo habitaculo Dei, quod operatus est Dominus, & quod firmauerunt manus eius, incostans eris, infirmus, nutans, spiritu actus vertiginis, huc illuc impellens, sicut ebrius, nunquam in eodem statu permanens? Quis non exprobrat tibi? Quis non incipiat tibi illudere, dicens, Hic homo cœpit opus bonum, sed non potuit consummare? Cum spiritu cœperit, & carne consummetur. Mittens manum ad aratrum, retro respexit. Saul non Saulus. Saul bene incipiens, male finiens. Non Saulus mane lupus, vespere agnus. Sed quid dico Saul? Balaam potius. Bonus fuit ille aliquando, hic scelestus, atque sacrilegus. Varius quidem in actionibus, sed in mala intentione semper idem. Mala mens eius, malus animus, male omnia fecit. Male vadens ad Balac, vbi peruersa fuit via eius. Male manens vbi augurium quærens, modo hic, modo illic, altaria edificabat cultu sacrilego, & conabatur populum sanctum maledicere, aduersante sibi Deo. Male recedens, quia pergens ad populum suum, pessimum dedit consilium, quo populus induceretur ad idololatrandum. En mundanorum exemplum, qui circumferuntur omni vento malitiæ, omni impulsu concupiscentiæ, nusquam inuenientes vbi requiescat pes eorum. Pedes enim eorum ad malum currunt, manus tornatiles ad opera multa, & inutilia. Oculi in finibus terræ, non satiati visu totius orbis, concupiscentes, quæ non licet homini dari. Et huiusmodi exprobrabiles non sunt? Abominabiles non sunt? Non sunt detestabiles? Non humana sat est illis male versare; posuerunt in cælum os suum, in sacra, manus suas; in diuina, malitias suas. Etiam vt concilium Iudæorum mittunt manus suas in Christum Domini, & eum, qui multa signa fecit, perdere meditantur, sed inaniter, & in malum sibi metipsis. Simus ergo filii, nō in diuersa dispersi, sed in vnum congregati, quod est necessarium, æternum, atque beatum. Quod nobis concedat. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Passio Domini bonis est vita, malis est mors. Odio, Iudai collogerunt Conciliū, quid ex hoc ipsis mali euenerit. Christus in Cruce percussus propter scelera nostra. Hora mortis Christi, ingeniose vocatur meridies. In Morali, Inueltio contra Iudaos & Christianos tot beneficiū affectos.

DIEBUS istis, quibus Passioni Domini propinquamus, diuinum & iustum est, ut de illa sit sermo presens, quo animus noster illa veluti resperlus quē fructum à nobis exigit illa, eum ipse cum proferat, tum consequatur. *Misit Iosue de Setim duos exploratores, ad explorandam terram, quæ erat trans Iordanem. & urbem Iericho.* Narratio & cogitatio nostra sicut exploratores isti, qui diligenter confiderent, quomodo à nobis Passio Domini sit mente comprehendēda, quaq; deuotione & attentione contemplanda. Hoc facientes intelligemus de Christo dictum à Simone: *Ecce, positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorū in Israel, & in signū, cui contradicetur.* Dū enim talem sustinuit Dominus Iesus contradictionem à populo, non credente, sed contradicente, factus est lapis offensionis & petra scandali, his, qui offendunt verbo, nec credunt, in quo & positi sunt. Credentibus autem gloria, qui sunt genus electum, gens sancta, & populus acquisitionis. An non Caiphas, & omne conciliū Iudaorū offenderunt verbo; dicentibus consiliarijs: *Hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Ipso vero Pontifice: *Expedit vobis, ut vnus moriatur homo pro populo.* Hoc autē, quia non credebant in illū, ut vere dixerit per Prophetam: *Tota die expandi manus meas (faciens videlicet multa signa) ad populum non credentem, sed contradicentem,* ut refert Paulus. At vero de credentibus exponens Ioannes verba Caiphar, ut à Spiritu Sancto venientia, ait: *Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.* En exploratorum relatio; *Tra-*

didit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt omnes habitatores eius. Timor illorum, argumento fuit etiam ipsi Rahab, omnes esse delendos. Noui (inquit) quod Dominus tradiderit vobis terram. Etenim irrui in nos tor vestror, & elanguerunt omnes habitatores terra. Ergo qui timent, dicentes: Venient Romani & tollent nostrum locum, & gentem; his positus est Christus in ruinam. At fida Rahab meretrix non perit incredulis. Ergo credentibus, positus est in resurrectionem. Itaque quem admodum diuersa via inceditur ad Passionem, vbi talis Christus sustinuit contradictionem, ita differens fructus colligitur ex ligno Crucis, qui mors est malis, vita bonis. Hoc ergo sit nobis documentū, quæ ratione Dominicam Passionem debeamus intueri.

Proverbium Salomonis est: Homines pestilentes dissipant ciuitatem; sapientes vero diuina auertunt furorē. Cuius veritas nobis in præsentia lectione sub oculis ponitur manifeste. En dissipatio ciuitatis. Venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Homines pestilentes hi sunt, qui tantæ perditionis causa fuerunt, dum remedium illius esse fingunt, fraudulenter iustum illum interficere, qui *multa signa facit.* Vere pestilentes, qui pestem hanc in populum vniuersum ut inducant, quæ causa vera fuit credendi in Christum, eumque ut verum Messiam acceptandi, & reuerendi, nempe multorum patrati signorum, eam in illius repudium inuertunt & interemptionem, sic plebem cum decipientes tum destruentes. Sapientes vero furorē auertentes fuerunt, primus Christus, ipsa Dei sapientia, qui mortuus est pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum: ceteri fuerunt Apostoli, eorumque successores, qui salutem, & pacem operatam à Christo, per orbem vniuersum sua prædicatione derulerunt & disperferunt. Quod vtriusque negotium, pestilentium videlicet & sapientium in vna Domini Passione confectū est, Iudæis illam inferentibus, Christo ferente eiusque discipulis eandem deferentibus. Illis odio ad eam Passione accedenti-

cedentibus, istis amore. Ac propterea illis ab ea mortem, vitam istis haurientibus. Ex quo conficitur recte illos pestilentes, hos autem sapientes esse vocatos.

3 Quæ nostra instructio est, utros maxime debeamus imitari, quando quidem pestis nomen omnes abiicit, allicit vero cunctos ipsius sapientiæ plausibilis nuncupatio. Pro hac vtiliter studioseque amplexanda, primum constituamus Passionis Christi malorū auctorū duplex genus esse. Alterum generale omnium peccatorū; Alterum speciale persequentium Iudæorum.

4 De his Iudæis primum agentes, tria consideremus, causam, modum, finem, quibus ad Dominicam passionem accesserunt. Quo effectu ducti illam procurauerunt, qualis fuit ipsa procuratio. Et quid denique ex ipsa retulerunt. Quo affectu precedente. Quo effectu procedente. Et quo exitu proficente. Odium, Causa, Concilium, ac iudicium. Effectus, Exitus, Exterminium. Ecce odium. *Si mundus vos odit,*

18. *scioote, quia me priorem vobis odio habuit: sed ut sermo impleatur, qui in lego eorū scriptus est: Quia odis habuerunt me gratis.*

25. *At vero vnde odium istud? Hæc verba sunt Christi: Mundus me odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt.* Tam obstinatus est hominis erga seipsum inordinatus amor, ut quidquid huic amori aduersatur, ut inimicum auerteretur, aspernatur, persequatur. Nihil enim contrarium magis sincero amoti, quam peruersus. Ita quod quamuis *Meliora sunt vulnere diligentis quam fraudulenta oscula odientis;* ad suam perniciem tamen diligit præ vulneribus his sanitatem afferentibus, oscula fraudulenta. O infelix homo, qui in seipso deceptus, cupit ab aliis quoque decipi. Iudæi fuerunt isti hostes Christi, sibi ipsis infidiates; Nolite ergo effici participes eorum. Elongamini ab eis, ne inter eos cõputemini. Voluissent Iudæi a Christo potius laudari, & honorari.

7. *Sed olim scripsit Salomon: Sicut qui mittit lapidem in aceruū mercurij, ita qui tribuit insipienti honorē.* Aceruus lapidū insipientia est, vnde abest ordo, adest confusio, inordinatus rerū cumulus & tumulus. Si his ad-

6. *hibeatur honor, lapis additur, ut crescat abundancia confusionis. Sed quare dicitur aceruus mercurij? ut intelligas non aliud esse insipientem honorare, quam idolū colere; Idolū (inquam) illud, quod fabulose dicitur sapientiæ præsidere. Nihil enim insipientius, quam se sapientem reputare, indeque se iactare, & honorē quærere. Propterea Salomon: Vidisti hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habebit insipiens.*

8. *Hic certe idolū se facit sapientiæ, & sicut idolū falsus est Deus, sic iste falsus sapiens, verus insipiens. Sicut Caiphū, qui aliis dicit: Vos nescitis quidquam, exitus & exitū insipientissimum fuisse comprobauit.*

8. *Vide ergo Odium concilium collegisse, & per iudicii sententiam necem interre Christo voluisse. Collegerunt ergo Põsifices, & Phari, ai concilium. Quo expleto dicitur a Ioañe: Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eū. En pestilentia, infirmitas cõtagniosa dissipans ciuitatē. Pessimō nō satis est, quod pereat ipse, alios quoq; vult perdere. Ideo collegerunt conciliū, vbi vox serpentis, & adurens flatus venenū infudit, dicens: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, propterea ab illo die cogitauerunt ut interficerent eum.*

6. *Quenam causa fuit erigendi in ligno serpentis a Moysē, nisi serpens flatu adurens? sic vnū in Deuteronomio nominat Moyses, vbi in alio libro dicit: Misit Dominus in populum ignitos serpentes. Quia vnus ex eis Caiphas fuit, alij multi serpentes, & genimina viperarum. Sic vnus fuit serpens, qui seduxit Eua astutia sua. Sed & semen serpentis Dominus nominauit, quod certe nō aliud est, quā illius primi serpentis genimina. Propter hos serpentes, & primū patrem, & sequens semen, exaltari oportuit filiū hominis in ligno Crucis. Heu quā perniciofa lingua impiorum, ignis deuorans, flamma incendens, lingua (inquā) serpentū ignitorū comburens mōtes, fata destruens, & consumens speciosa deserti. Cauete ab ea, qui vitā diligitis. Et dicite cū populo, qui dixit ad Moysen: Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te. Ora ut tollat à nobis serpentes. Vides peccatum loquentium*

hibeatur honor, lapis additur, ut crescat abundancia confusionis. Sed quare dicitur aceruus mercurij? ut intelligas non aliud esse insipientem honorare, quam idolū colere; Idolū (inquam) illud, quod fabulose dicitur sapientiæ præsidere. Nihil enim insipientius, quam se sapientem reputare, indeque se iactare, & honorē quærere. Propterea Salomon: Vidisti hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habebit insipiens. Hic certe idolū se facit sapientiæ, & sicut idolū falsus est Deus, sic iste falsus sapiens, verus insipiens. Sicut Caiphū, qui aliis dicit: Vos nescitis quidquam, exitus & exitū insipientissimum fuisse comprobauit.

Vide ergo Odium concilium collegisse, & per iudicii sententiam necem interre Christo voluisse. Collegerunt ergo Põsifices, & Phari, ai concilium. Quo expleto dicitur a Ioañe: Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eū. En pestilentia, infirmitas cõtagniosa dissipans ciuitatē. Pessimō nō satis est, quod pereat ipse, alios quoq; vult perdere. Ideo collegerunt conciliū, vbi vox serpentis, & adurens flatus venenū infudit, dicens: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, propterea ab illo die cogitauerunt ut interficerent eum. Quenam causa fuit erigendi in ligno serpentis a Moysē, nisi serpens flatu adurens? sic vnū in Deuteronomio nominat Moyses, vbi in alio libro dicit: Misit Dominus in populum ignitos serpentes. Quia vnus ex eis Caiphas fuit, alij multi serpentes, & genimina viperarum. Sic vnus fuit serpens, qui seduxit Eua astutia sua. Sed & semen serpentis Dominus nominauit, quod certe nō aliud est, quā illius primi serpentis genimina. Propter hos serpentes, & primū patrem, & sequens semen, exaltari oportuit filiū hominis in ligno Crucis. Heu quā perniciofa lingua impiorum, ignis deuorans, flamma incendens, lingua (inquā) serpentū ignitorū comburens mōtes, fata destruens, & consumens speciosa deserti. Cauete ab ea, qui vitā diligitis. Et dicite cū populo, qui dixit ad Moysen: Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te. Ora ut tollat à nobis serpentes. Vides peccatum loquentium

Pro. 26. 12.

Deut. 8. 15
Num. 21. 6

Gen. 3. 2.

Ioh. 3. 14.

Num. 21. 7

Iac. 3. 8. tium contra Dominum serpentibus percuti? lingua fallax, lingua arrogans contra Dominum, plena est veneno mortifero, qua homo ipse à se tanquam à serpente offenditur ignito, & qua ceteros quoque percutit plaga mortis.

6 Verum quis exitus odij & concilij? Ille nimirum, quem ipsi, quod essent in concilio, veluti prophetantes, prædixerunt: *Veniens Romani & tollent nostrum locum, & gentem*: Id rei exitus comprobavit, venientibus Romanis, urbem & templum vastantibus, populumq; à tantis cladibus superstitem captiuantibus. Quid putas

Pro. 26. 26. dictum à Sapiente? *Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio*. Num prius isti scandalum non ponebant in operibus, ac signis Domini Iesu? q;

Iob. 8. 48. sabbathum non custodiret, quod in Belzebub eijceret daemonia, quod de cælo signa non faceret, & denique quod demonium haberet? tunc odium fraudulenter operiebant. At in concilio, eorum malitia reuelatur, dicentium iam aperte. *Hic homo multa signa facit*: propter quæ omnibus in eum credentibus, se regem faciat. Vnde prouocati Romani venientes exterminant omnia: odium iraque & fraus signa negabat ante, quæ nunc reuelata malitia confiteretur. Verum quoniam adhuc quoq; odio illos agente fraudulenter incedunt, timorem simulantes vt iuste videantur de medio Christi tollere, eorū malitiam exitus reuelauit. Qua enim ratione arbitrari videbantur, exitio remedium adhibere, eademmet ipsi sese supplicio tradiderunt & exterminio subdiderunt. *Videns enim Dominus Iesus ciuitatem, fleuit super eam, dicens. Quia venient dies in te. & circumdabunt te inimici tui, eo quod non cognoueris tempus visitationis tue*. Quapropter dicebat & in Passione: *Filia Ierusalem, super vos ipsas flete, & super filios vestros, &c.* Non enim mentitus est Salomon dicens:

Luc. 19. 41. *Peccantem virum iniquum, inuoluet laqueus*. Ita non in paruo duntaxat concilio, sed in vniuerso prorsus mundo eorum est reuelata malitia. Ecce vnde per Iudæos acta est Passio.

Luc. 23. 28. *Peccantem virum iniquum, inuoluet laqueus*. Ita non in paruo duntaxat concilio, sed in vniuerso prorsus mundo eorum est reuelata malitia. Ecce vnde per Iudæos acta est Passio.

Pro. 29. 6. *Peccantem virum iniquum, inuoluet laqueus*. Ita non in paruo duntaxat concilio, sed in vniuerso prorsus mundo eorum est reuelata malitia. Ecce vnde per Iudæos acta est Passio.

7 At vero vnde, ex peccatoribus genera-

liter? *Traditus est propter peccata nostra*: inquit Apostolus. Dixit Dauid ad Dominum cum vidisset Angelum cadentem populum: *Ego sum qui peccaui, ego inique gessi. Iste qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei*. O Dauid nimis impletum est, quod postulasti. Tu solus peccaueras in hoc, quod populum volueras numerare: innocens erat in hoc populus, quia tui solius fuerat illa superbia, qua tumens magnitudinem Regni tui aspiceret peroptabas. Contra quam magnitudinem fuit percussio, qua extincti sunt de populo septuaginta millia virorum. Rogas ergo, vt tibi tu solus peccasti, solus puniaris: innocentes vero ab interitu, quasi oues eripiantur. Impletum est tempus patendi, & passa est domus Dauid, & filius Dauid, pestilentia nocentissimi orū ludæorum percussus est, quasi ouis occisionis ductus ad victimam, vbi peccauerat populus, & inique egerat mundus. Quo pacto immaculatus Agnus tulit peccata mundi, & saluum fecit populum suum à peccatis eorum. Aliquid in peccato Dauid peccauerat populus, forte non soluens quod lege fuerat constitutum, sed hic prorsus immaculatus est Agnus, innocens manibus, & mundo corde, & sanctus in omnibus operibus suis. Solius populi scelus est vniuersum. Solus tamen ipse percuitur, & de gentibus non est vir cum eo. Nos, nos sumus, qui peccauimus, nos inique gimus, & versa est in innocentem manus Domini. Plus Deo displicuit mundi culpa, quam Filii pena; clamor peccatorum nostrorum ascendit in aures Domini Sabaoth. Venit sanguis medius clamans, & ita Dei impleuit auditum, vt iam non audiretur ab eo clamor noster; sed eius tantum, qui clamans voce magna expirauit, cui est mors vox, cuius est sanguis clamor, cuius est silentium, quo quasi Agnus coram tondeute se obmutuit, tonitruū magnum alter tonans: *Pater dimitte illis*.

O ratio potentissima, vt iam silere debeamus à facie Domini Dei. Ascendat ad Exorem Dominum clamor Sodomorum, descendat ad Dominum, vt videret vtrum clamorem, qui

qui venerat ad eum, opere compleuissent: Hic nimis nostrarum iniquitatum clamor, intolerabilis strepitus peccatorum mundi. *Descendam* (inquit Dominus) *& videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non, ut sciam.* Vidit & conturbatus est, sensit & interfectus est; & dum venit ipse videre nos, vidimus nos eum nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, *Quid dicis, Domine? Ut sciam.* Ecce tu quasi vnus ex nobis factus es, sciens bonum & malum: qui ad malum respicere non poteris, noluisse auertere faciem tuam a peccatis nostris; vbi videbas cuncta, quæ tu solus feceras, quæ erant valde bonamiam nunc videns, quæ fecimus nos, quæ valde mala sunt, factus es quasi vnus ex nobis, habitu inuentus vt homo, sciens bonum, & malum; bonum tuum, malum nostrum. Videte videntem bonum suum. *Sciens Iesus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* Videte scientem infirmitatem nostram: *Turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis. Quia vnus ex vobis tradet me. O scientiam boni. Non rapinam arbitratus est esse se a qualem Deo. O scientiam mali. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Recordare Domine quid acciderit. Discite, quod Dina videns visa est, dum mulieres videt regionis illius, à viro visa est domino regionis illius, & sustinuit opprobrium. Quid tu videns malitias regionis istius passus es à viris regionis nostræ? Vidisti, sensisti, expertus es iniquitates nostras in temetipso, & vt eas tollereres à nobis, superposuisti illas capiti tuo, & sicut onus graue grauata sunt super te. Vidisti clamorem Sodomorum, & illos castigasti. Vidisti nostrum, & aduersum teipsum excitata est indignatio tua. Sed quid tandem? si renouabitur, vt Aquilæ, iuuentus nostra, quæ vbi fuerant cadauera sunt, congregatur. Si reuerſi fuerimus ad delicta iuuentutis nostræ, vt viuamus sicut dies seculi, & anni antiqui, quando omnis caro corruerat viam suam, & cadaueribus repleta est terra, dum venit

diluuium, & tulit omnes: num denuo descendet Dominus visurus, & sciturus iniquitates nostras? Minime profecto. Dominus de cælo prospiciet, vt videat si intelligens, aut requirens Deum, aut si inuitiles facti sint homines. Noñe sciēt omnes operantes iniquitatem? scient, scient ipsi, sentient, experientur, quam malū & amarum sit dereliquisse Dominum Deū suum. *Ier. 2. 19.*

An non satis superque est, Passionis Christi causam fuisse, nostra præcedentia peccata? Christum enim Deus proposuit propitiatorem propter remissionem præcedentium delictorum: inquit Apostolus. Quid apponimus iniquitatem super iniquitatem? *Noui testamenti Mediator est factus, vt morte intercedente in redemptionem earum prauaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æterna hereditatis.* Et nos tamen sub posteriori ac nouo testamento, nouas superaddemus veteribus prauaricationes? pro æterna hereditate nobis repromissa, ea repudiata, cum crucis factu omni, nos ipsi cum his, qui descendunt in infernum, associabimus?

SECVNDA PARS.

VARIA admodum conditio fuit aquarum Iordanis, earum, quæ infra Arcam erant, & quæ supra, vbi Arca ipsa media constituta est inter eas. Steterunt quippe superiores in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul, quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt, vsque quo omnino deficerent. Atque ita inferiores ab Arca recedentes prorsus exinanitæ sunt, vt non appareant vltra, mari mortuo comisit. Superiores vero accedentes ad Arcam, atque in vna mole consistentes, procul quasi mons apparent. Arca in medio aquarū, Christus est paries & moriens. Aquæ enim sunt passionis, ideo sacerdotes Arcam portantem pedes in aquis tinxerunt. Huius passionis & inferiores participes sunt, & superiores; nimirum ipsa in medio existente. Sed ab ea recederunt, qui locum intruderunt, vbi stetit Arca; inferiores

Psal. 13. 2.
Ps. 52. 3.
Psal. 52. 5.

Ier. 2. 19.

Rom. 3. 25.

Heb. 9. 15.

10
10f. 3. 16.

feriores enim omnes inde transferunt, cum locū imbuentes. Misera synagoga, quæ Passionis auctrix fuit, ab ea recessit, nihil inde lucrata, quam exterminium. Qui ad eam per fidem accedunt, subsistunt, stant coram illa, eleuantur, exaltantur, re promissionem accipiunt æternæ hæreditatis.

11 Hi ad passionem accedunt, sicut & Christus, ut vere sint communicantes Christi passionibus. Modus iste ex opposito Iudæorum potest intelligi. Nam recedere, & accedere, contrarij motus sunt. Odio acti

Rom. 5. 8. Iudæi Christum persecuti sunt. *Commentat autem charitatem suam in nobis Deus, quoniam Christus pro nobis mortuus est, qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.*

1. Cor. 13. 4. Odium in Iudæis secuta est iniustitia; nam odio, inquit, habuerunt me grati, id est sine causa. Secuta est & fraus, zelum simulantes salutis populi, qui perire videretur so-

1. Pet. 2. 22. spite Christo. *Charitas vero non agit perperam, non querit que sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* Vbi charitas, ibi claritas, simplicitas, veritas. *Christus ergo peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Illi ergo à serpentibus perierunt, quos astutos altitia sua serpens antiquus interfecit, atque ita eorum exitus, exitium fuit. Christus autem exaltatus in ligno, exaltatus est in throno Patris, sedens ad dexteram Patris in excelsis.

12 Spectata ergo cognitaque à nobis pet- spicue Christi charitas, postulat, ut cum amore ad eius Passionem, quæ tota charitas est, accedamus. Etenim *virī sanguinum oderunt simplicem; iusti autem querunt animam eius.* Si oderunt Iudæi Christum, qui simpliciter ambulauit, nos Christiani dilectum quæramus, dicentes cum sponsa: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.* Scimus dixisse illum: *Animam meam pono pro ouibus meis.* Vbi vero ponit? Illam Iudæi abstulerunt ab eo, interficientes animam eius. Sed non sibi illam auiferunt, solum perdere cupientes, & mactare. Nobis illam dimiserunt, in qua pascimur, & potamur.

Pro. 29. 10. Oderunt illi. *Iusti autem querunt animam eius: dixit Salomon. Quid quærimus,*

Cant. 1. 6. *quærentes ubi pascat, nisi animam suam? quam posuit pro ouibus suis, & illis apposuit, dicens illis: Comedite quæ apponuntur vobis. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur. Comedite amici. & nebri. Amici charissimi. Hoc facite in meam commemorationem: mortem meam annuntiate donec veniam.* Pascimur ergo, Christi passionem meditantes. Verū quid est, cubare in meridie? Audio scripturam: *Factum est vespere & mane dies secundus: sic tertius, sic quartus & reliqui, de meridie, nulla mentio. Quæramus vespere, quæramus mane, si forte & meridie inueniamus: Vespere autem factō, scribit Mattheus, discumbat cum discipulis suis. Canantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum: En vespere. Audi mane: Mane autem factō, scribit idem Euangelista) consilium inierunt omnes Principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Et cœlestim adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato: Erat autem mane (addit Ioannes) & ipsi non introierunt in pratorium. Marcus vero: Erat autem hora tertia; & crucifixerunt eum. In meridie videamus: Hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens, Eloi, Eloi, lamnia sabaclani. Iesus autem emissa voce magna expirauit. Vides cubantem in meridie? pendentem exanimem in cruce?*

Hæc itaque dies est, quam fecit Dominus solis ortu & occasu. In quo factum vespere & mane, per iuge sacrificium vespertino, & matutino. Expiato, & consecrato altari, docens lex sacrificia in illo facienda, hoc primum posuit dicens. Hoc est quod facies in altari: Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter. Vnum agnum mane, & alterum vespere. Ecce vnus agnus DEI in duobus figuratus, oblati altero mane, altero vespere. Iam à Paulo scimus exaltationem Christi in cruce oblationem esse, & hostiam ab eo pro nobis oblatam Deo Patri. Dicit autem scriptura & lex. *Alterum agnū offeretis ad vespertam*

Exod. 29. 38. *et lex. Alterum agnū offeretis ad vespertam*

iuxta ritum matutinae oblationis. Sacrificiū est Domino, oblatione perpetua, in generationes vestras. An non ista oblatio est, quam in commemorationem mortis eius iugiter facere iubemur donec veniat? Scimus ab Ecclesia, quod quando vespere instituit Sacramentum corporis & sanguinis sui, se Deo Patri hostiam immaculatam obtulit. Hoc autem iuxta ritum oblationis matutinae; quoniam sacrificiū istud vespertinum, figura est, commemoratio, representatio, & renovatio oblationis manē factae in ligno Crucis: hoc verò sacrificium est Domino oblatione perpetua in generationes: quia *Quotiescunque* (inquit Paulus) *manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Ecce quod dicit sponsa: *Vbi pascas. Manducabitis, & bibetis.* Ecce quod dicit: *Vbi cubes in meridie. Mortem Domini annuntiabitis.* Nam hora nona expiravit. Ergo manducans & bibens, corpus & sanguinem eius, deglutit mortem eius, appolitam sibi animam eius recipit in viscera sua, ut ita verum sit habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Fidem (inquam) quae per dilectionem operatur. *Charitas enim nos incorporat ne operatur. Charitas enim nos incorporat ne operatur. Charitas enim nos incorporat ne operatur.* Christo, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

15. Vbi ergo Deus commendat charitatem suam, commendat & homo charitatem suam. Nimia est charitas Dei, eam pertinere non valet nostra infirmitas. Deus (inquit Apostolus) *qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccati, vivificavit nos in Christo.* Quomodo verò commendat charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est; cum adhuc inimici essemus, pro impiis mortuus est. Nostrum nemo ad tantam celsitudinem potest rapi. *Vix enim pro iusto quis moritur.* (ait Apostolus.) *Nam pro bono forsitan quis audeat mori.* Et maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat qui pro amicis suis. Heu Deus pro hominibus mortuus est, pro impiis, pro inimicis! Quid tu homo? An non pro

Deo animam ponas? Pro sancto? Pro amantissimo? Pro eo, qui amore nos praevenit? comede, bibe, vide quam mortem pro te tulit, quam charitatem tibi ostendit, quam dulcedinem demonstra-uit. Ita nos accedimus ad illius Passionem, manducantes sacramenta Corporis sui, & intima, & sapida contemplatione, deglutientes mortem eius. Accedere ad Arcam *Ios. 3. 4.* populus non valebat Iordanem transiturus, veruntamen illam sequi à longè iubebarur. Tantam lucem oculus noster sustinere non valet, tantum calorem ferre non potest caro nostra infirma, anima nostra imbecillis. Quantum licet, sequamur vestigia Christi, discamus ab eo, per quam viam ingredi debeamus. Excellentior viam, quae est charitatis, nobis sua Passione demonstrat, innocentiam, iustitiam, sanctitatem, veritatem.

Virga, atque correptio tribuit Sapientiā. 16.

O quantam Sapientiā nos docet virga, *Pro. 29. 6.* qua flagellatus est Christus? Quid, quid, *15.* amabo vos, corriget vquam vitam nostram, si illam non corrigit correptio Christi? Vide, vide Arcam à longè ostendentem tibi viam, quam prius non ambulasti. Ignota erat via ista excellentior charitatis. Christus prior & solus pro impiis, & inimicis mortuus est, ut sequamur vestigia eius, pro illo etiā diligentes inimicos nostros. Tribuat Sapientiā virga quoque & correptio, qua populus Iudaeorum flagellatus est. Timor, quem timebat, euenit illi. Traditus est in manus Romanorum, quoniam reprobavit Regē Iudaeorum. Ad Passionem accedens recessit ab ea, supplicium appetit, beneficium reiecit. Vide in illo seueritatem Dei propter illius seueritatem & crudelitatem. Amplectere tu charitatem, & pietatem, ut sentias bonitatem. *Peccantem virum iniquū in- Pro. 29. 6.* voluet laqueus: iustus autem laudabit, atq; *Ios. 3. 14* gaudebit. Stabit Arca donec Iordanē transeas. Christo, qui pro nobis passus est, presente facilis erit transitus per aquas tribulationis. De deserto pertransibimus, ad terram promissionis, fructum aeternae vite carpentes de ligno Crucis. Quod nobis concedat. Amen.

Hhhh 2

MORA.

MORALE.

17. **O**ccam perfidorum mentem, non aliunde quam ex malitia pessima procedentem. Vnde quaeso, nisi ex abyſſo profunda tuarum tenebrarum hauisti, quod homo ille, qui multa signa faciebat, deberet pro temporali gentis salute absque culpa interfici? Innocens sit oportet, qui tot, tantaque mirabilia perpetravit. *Si non esset hic à Deo*, non poterat facere quidquam. Et quænam lex aut precipit, aut permittit, ut innocens occidatur? Sanctus est, qui suam sanctitatem signis confirmat; nisi Deum velis se testem constituere falsitatis; quæ illi displicent approbare, hominem morte dignum, illius ope & subsidio subleuari, ac veluti sanctissimum declarari. Et sanctum virum occidi, erit diuina lege præceptum, secundum legis præscripta obseruatum? Num quem misit Deus, vestrum est repudiare? Num à Deo missum interficere, erit populo Dei ab ipso permittum? Licetbit, ut veniant bona, mala facere? Malis mala adiungere, ut mala remoueantur? Et quænam docuit Sapientia, per iniustitiam à tribulatione cauere? Iniquitatibus aduersitates propulsari? Protegi gentem ab hostium incursionibus, propterea quod contra iustum odio incenditur, agitur inuidia, superbia intumescit, incitatur auaritia, falsa incedit simulatione, sicque sacrilegij atque intolerabilis facinoris Deum deputat auctorem, & legem eius? Quis audiens, quod Sapiens plebis sanctæ, quam Deus ex omnibus terræ nationibus in populum sibi delegit peculiarem, quod illius proceres, quod Principes, quod Pontifices Altissimi, contra Filium Altissimi coniurarint, audeantque prætexere tam iniustam necem, tam sacrilegum facinus, opus omnium horrendissimum, obstare quominus superueniant alieni, qui regionem vastent, qui ciuitatem destruant, qui templum polluant, qui gentem cum interficiant, tum in captiuitatem abducant? Quis inquam audiens tam absurda horribilia nimis, non zelo excaecescat? Non indigna-

Ioh. 6. 33.

tionem exaltet? Non impetu ruat in homines ad eum secelestos? *Ideo hæc dicit Dominus* (scriptum est) *interrogate Gentes: Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel?* Virginem ergo vocas, o Ieremia, quæ horribilia nimis fecit? An forte, quia ut Virgo dilecta erat à Deo: hoc puto. Signa, quæ multa fecit ipse ad illius salutem, virginem constituunt, dilectam declarant, demonstrant, hunc populum Deo fuisse prædilectum.

Sed heu! Virgo est, quia Virginis est figura. Propter nos hæc scripta sunt: dicta sunt Iudæis, Christianis scripta sunt. Vocem ipsi suo tempore audierunt; nos in codicibus legimus, qui ad solatium dati sunt, & ad instructionem. Auger scelera Iudæorum multitudo signorum, quæ fecit Iesus. Hæc enim & aggerat beneficia illis collata, & benefactorem exaltat, in quem ingratis crudeliter irruerunt. At nos quid dicemus? *Hic homo multa signa facit*: an potius. Hic Deus nolite temeripsum exinaniuit, factus homo, refert Saluator omnium, & maxime fidelium. Scribit de illis Ioannes: *Cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum*: *Et sermo Isaia impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini, cui reuelatum?* Heu! ad nos factus est sermo iste per Prophetam: lege illum, & intelliges veritatem: propterea quod post istam admirationem longam texit de Passione Domini narrationem. Brachium Domini fuit, quod fecit multa signa, & opera, quæ nemo alius fecit. Sed haud minus brachium Domini fuit, quod tanta patiens, & moriens stravit hostes suos, & principem huius mundi eiecitoras. Nam & prædicta ab eodem Propheta sui sanguinis effusione, qua aspersa sunt, illius vestimenta, quasi præliantis, qui aduersarios interficiens eorum aspergit sanguine, subiicit ipse. *Circumspectus, & non erat adiutor, quasi sui, & non fuit qui adiunaret; & saluauit mihi brachium meum.* Hoc brachium Domini cui reuelatum est? Iudæis scandalum fuit. Nobis autem credentibus an reuelatum est? Si reuelationem intelligis rei demonstrationem,

nem, quibus magis reuelatum est, quam Iudeis, qui aspexerunt in illum, quem confixerunt: Hac ratione & nobis reuelatum est, qui in fidei confessione sic dicimus. *Credo & in Iesum Christum, qui passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.* Et negatur tamen illis reuelatum, vt exponit Ioannes. Heu! ergo & nobis absconditum est, vt non sciatur: verbum enim Crucis absconditum est a nobis. Non in eo videmus quanta signa fecit nobis, non in illo intelligimus mirabilia testimonii sui, immensam charitatem suam, multitudinem miserationum suarum, viscera pietatis, benignitatem, mansuetudinem, patientiam, humilitatem, desiderium, fletum, deprecationem, omnium virtutum ostensionem, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.

Ab his nostrum auertimus obtutum, sanguinem testamenti pollutum ducimus, nos ipsos polluentes, qui illius sanguine tincti fuimus abluti, sanctificati. Hoc modo brachium Domini nobis non est reuelatum. Admiratur Propheta super hoc. Admiratur Euangelista. *Heu! super nos obstupescite cæli, & porta eius desolamini vehementer. Quis audiuit talia horribilia, que fecit nimirum Virgo Israel? Populus fidelis, homo vocatus in sortem Domini, qui semel Christi membrum factus est, templum Spiritus Sancti? Heu! quid facitis soluentes Iesum? soluentes legem! soluentes vosmetipsos a Deo? soluentes vinculum perfectionis, quod est charitas? soluentes unitatem Spiritus, quæ est pax? templum Dei sanctum, quod estis vos? Quis audiuit talia horribilia, quæ facit nimirum homo peccati? filius perditionis? traditor Christi? blasphemus Dei? sacramentorum violator? præceptorum contemptor? mysteriorum calcator? morum corruptor? nouissimorum speretor? præsentium amator? præteritorum oblitus? Quis audiuit talia horribilia, quæ facit nimirum auditor sermonum Dei? cognitor gratiarum Dei, qui nec sermones obseruat, nec gratias conferuat? Iudæi saluti temporalis Christum posthabuerunt, volentes*

illum mortuum, vt populus saluus esset. Et tu Christiane, quid apud te plurimum valet, Christus ne, an mundus? Deus ne, an nummus? Spiritus ne, an caro? cælum ne, an terra? æternitas ne, an tempus? vita ista præfens, an futura? quin dicam magis, bonum ne an malum? benedictio, an maledictio? mors ne, an vita? Ista apposta sunt tibi, vt ad quodcunque volueris, manum porrigas, ad quid porrecta est? Data optio neiph Lot, vt recedens ab Abraham pergeret quo vellet, eleuatis Lot oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequam subterretur Dominus Sodomam & Gomorrhā, sicut Paradisus Domini. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Ecce quid sibi eligunt homines, non optimam partem, sed deteriorem, quæ occasio est illis, vt pessimi sint, & peccatores coram Domino nimis; pinguedinem terræ appetunt, experunt, petunt. Neque hoc solum, sed cælestia spernunt, etiam si Christus sit occidendus, offendendus, contemnendus, derelinquendus. *Expedi nobis* (inquiunt) *vt moriatur homo pro populo, vt offendatur Christus pro mundo, vt Creator derelinquatur pro creatura.*

Sed o consultores pessimi! vos nescitis quidquam, neque consideratis, quod qui miseretur, & commodat, non commouebitur in æternum; quod Rex qui iudicat in veritate pauperes; thronus eius in æternum firmabitur. *Miser cordia, iustitia, veritas virtus protegunt ab aduersis. At cum Propheta defecerit, dissipabitur populus.* Num iste homo, qui multa signa facit, non est Propheta? Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? *quia Propheta est.* Et omnes turbæ sicut Prophetam eum habebant, videntes signa, quæ faciebat, & dicentes. *Quia Propheta magnus surrexit in nobis.* Si defecerit Propheta, si interfecerit illum lingua vestra, & manus, dissipabitur populus. An res ista dubia est, & obscura, an non spectatissima, & exploratissima? *Vbi populus vester est? & Propheta vbi sunt? oblitus est mei populus, vt fieret terra eorum*

in desolationem, & sibilum sempiternum.

Omnia qui praeuerit per eam, obstupescet; sicut ventus vrens disperdam eos. En dissipatur populus. Quare hoc? iam dixerat Ieremias. Quis audivit talia horribilia, qua fecit nimis Virgo Israel? An non nimis quando, & Prophetam magnum ausi sunt interficere? Iure venerunt Romani, & tulerunt locum & gentem. Iure dissipatus est populus, sicut a vento vrenit. Iure perdidit Lot omnem substantiam suam, prius captiuato populo

Jer. 18. 13.

Gen. 14. 12. Sodomorum, postmodum subuersa tota illa regione. Iure quae a Christianis inordinatè appetuntur, ordinatè perduntur. Iure tantis affecti beneficiis, propter eorum ingratitude extremis addicuntur suppliciis. Quis nostrum non abominatur impium Caipham? dicitur enim a Salomone. Abominantur iusti virum impium. Quis illius non horreat arrogantiam, & fraudem dicentis: Vos nescitis quidquam? Ipse cum aliis principibus turbam credentem abominabatur & maledicebat. Sic in ipsis complebatur Proverbum dictum. Et abominantur impij eos, qui in recta sunt via. Et nos ergo cur non recedimus ab eorum impietate? Quamobrem videntes illos euerfos, non abiicimus ignorantiam, & prudentiam nobis comparamus? cur oblimioni tradimus magnam istam gratiam, quam ab illis ablatam, nobis donauit

Gen. 19. 14.

DEVS, vt fructificaremus in illa? Ad memoriam transitus Iordanis per arenam alucum, fecit DEVS ex illo duodecim durissimos lapides exportari. Duret, duret in nobis memoria tanti beneficii, quod Arca DEI transiit ad nos, exiit de deserto, desertum relinquens populum illum, ingratarum DEO suo, vt esset nobiscum DEVS, vt in umbra eius viueremus, vt per umbram mortis eius, lumen vitae nos reciperemus. Iustus laudabit, atque gaudebit.

Pro. 29. 27.

Laudemus donatorem, & in munere gaudeamus, & nunc & in perpetuum.

Amén.

Ioan. 7. 48. Ios. 4. 3.

DEVS, vt fructificaremus in illa? Ad memoriam transitus Iordanis per arenam alucum, fecit DEVS ex illo duodecim durissimos lapides exportari. Duret, duret in nobis memoria tanti beneficii, quod Arca DEI transiit ad nos, exiit de deserto, desertum relinquens populum illum, ingratarum DEO suo, vt esset nobiscum DEVS, vt in umbra eius viueremus, vt per umbram mortis eius, lumen vitae nos reciperemus. Iustus laudabit, atque gaudebit.

Laudemus donatorem, & in munere gaudeamus, & nunc & in perpetuum.

Amén.

DOMINICA IN RAMIS PALMAE

R V M.

CONCIO PRIMA.

Proximum erat Pascha Iudaeorum, & ascend. Ioan. 11. 55.

In crastinum turba multa, quae venerat ad. Ioan. 12. 12.

ARGUMENTVM.

Mundi tenemur celebrare Pascha; & contrario Iudaei fecere, Christum ad mortem quarendo. Cauendum a principio mali, Iudaeorum exemplo, ne cum ipsis in peius ruamus. Occasione probatur, & Probus, & Improbus. Christus ingressus est Hierusalem, vt Rex bellaturus armis iustitiae, & Patientiae. Docte admodum.

HONOR iste, qui cum letitia Domino Iesu Christo exhibetur ab Ecclesia, & populo Christiano, qui turbatum veterum instat, aduenienti illi ad Passionem, acceptis ramis palmarum obuiam venit, fructum nobis demonstrat admirabilem sacratissimae mortis suae. Est quidem Proverbum Salomonis: *Qui despicit pauperem, exprobrat factori suo; & qui ruina laetatur alterius, non erit impunitus.* Ex quo rectè inferri potest, quod qui honorat hominem, honorat factorem suum, Deum videlicet, qui creauit illum: & qui bono laetatur alterius, mercedem accipiet. *Deus quippe pauperem facit. & ditat humiliat, & subleuat;* atque ita factor est pauperis. Qui ergo pauperem spernit dupliciter Deum inhonorat, quia despiciat creaturam Dei, cuiusmodi est pauper, quate-

quatenus homo est; deinde exprobrat Deo, qui auctor est paupertatis illius, quasi Deus faciat rem despiciabilem & contemnendam. Itaque econtrario qui facturam Dei extollit, factorem extollit. Turbae igitur Christum honorantes, Deum laudibus atque exultationibus extulerunt. Rursus si gaudeas de malo proximi, poenas dabis. Procul dubio qui latatur gloria, ac bono illius, mercedem accipiet. Ergo turbæ latantes gloria Christi, ac veluti triumpho, fructum suæ laetitiae sperare debent, salutem, ac pacem. Vt sic fiat manifestum, fructum multum, quem granum frumenti mortui attulit, illum esse, quem in Christi natiuitate Angeli præcinerunt. Videlicet *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Vt igitur & nos huius eximii fructus simus participes, sanctum hoc mysterium, veluti Christo occurrentes, deuotè celebremus, illud attentè contemplantes, atque deuoto affectu.

Quod sanctus Ioannes sacris suis lectionibus nobis repræsentans, plura facit. Primò enim notat tempus solemnitatis Paschalis, in quo Christus Pascha nostræ, & Agnus Dei immolandus erat; vt sic erigat aures nostras ad percipienda mysteria in hoc Paschate celebranda. Hoc enim tempore immolabant Phasæ, quod erat celeberrimum apud Iudæos, quippè institutum à Deo in memoriam exitus Israël de Ægypto, ac populo barbaro. In quo apparuit sanctitas, & magnificentia Dei redimentis populum suum, in manu potenti & brachio excelsi: propter quod canitur: *Fasces Iudæa sanctificatio eius, Israel portus eius.* Quia tribus Iudæa, & populus Israël vniuersus occasio fuerat, ac veluti materia, in qua sanctificatum est nomen Domini, & potentia virtutis eius magnificentè declarata est. Proximum erat Pascha Iudæorum (inquit Ioannes) & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. Debebant enim celebraturi festa, & templum ingressuri lauare se, & vestimenta sua, vt secundum legem mundi sacrificiis interessent.

Nos ergo celebraturi Pascha Christianorum, Christiano nosmetipsos debemus

more sanctificare. Ideo enim fideles appellantur sanctificati. Hinc Paulus: *Paulus 1. Cor. 1. 17. vocatus Apostolus Iesu Christi Ecclesie Dei. quæ est Corinthi, sanctificatus in Christo Iesu, vocatus Sanctus. Quoniam Dominus Iesus seipsum tradidit pro Ecclesia, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in verbo vite. Sancti igitur estote, id est mundi, & puri, accessuri ad hoc gloriosum Pascha, in quo Christum sumimus, & recolitur memoria Passionis eius. Ideo enim & Quadragesimale ieiunium institutum est, vt illo purificari valeamus mundi commemorare Passionem Domini, ac si corporaliter Cruci illius assisteremus, suscepturi Sanguinem eius, illumque Deo Patri oblaturi. Et cum propius accedimus, perfectius mundemur.*

Qui hoc non facit, Proverbio illo carpitur Salomonis: *Sultus homo plaudet manibus, cum sponderit pro amico suo. Pro. 17. 18.* Planum est enim eum, qui alteri fideiubet, graui se discrimini exponere, vt docet experientia, & Sapiens quoque monet. At stultus, qui tanto subiaceret periculo, vbi timens, studium adhibere deberet, quo se illo expèdiret, latatur, & exultat p̄ gaudio, manibus plaudens, ac si magnum consecutus fuisset emolumentum. Ergo qui culpa infectus est; atque propterea indignus, qui festis intersit cœlestibus, si mundari non curat, similis est exultanti de re noxia vel periculosa; libens quippè iacet in re sibi admodum pernitiola. Nam qui immundus ad sancta accedere præsumpsisset, damno pereundi de populo suo subiacebat, quin potius morti, eò quod pollueret Sanctuarium. Quanto magis, qui immunditia culpe aspersus fuerit, de libro Dei delebitur, vt inter electos suos nequaquam describatur?

Secundò, notat Ioannes dispositionem Iudæorum erga Christum. Nam qui ascenderant, vt se sanctificarent, quærebant Iesum, & colloquebantur ad ianuam, in templo stantes. *Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Quod quidem potuit, & bene & male fieri. Bene quidem, si ex deuotione videre cupiebant illum; male si ad tentandum, aut persequendum. At mali certè ii, de quibus subdit Ioannes: Dederunt autem Pontifi-*

Eph. 5. 25.

Pro. 17. 18.

Leu. 22. 9.

Pontifi-

Pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum. Vbi apparet illorum inuidia, & pessima dispositio contra Iesum, quem sine causa & iniuste persequebantur, non attendentes illam Sapientis sententiam. *Qui*

Prou. 13. 13 reddat mala pro bono, non auferetur malum de domo eius. Quæ in illis adimpleta est:

Act. 10. 38 ostendit illis ex Patre suo, sibi malum creauerunt, extremamque ruinam. Quod verò

Prou. 17. 4 etiam dicit Salomon: Malus obedit lingua iniqua, & fallax obtemperat labiis mendacibus. Illos tangit, qui tam iniquum mandatum perficere non dubitabant, aut detrectabant. Facile enim ubi principes sunt iniqui, populus est insipiens, maiorumque iniquitatem imitatur; auditque libenter sacrilega mandata, quod innuit sententia illa, ut est apud Hebræos: qui non habet, obedit; & obtemperat. Sed auscultat, & audit. Cuius est sensus. Vnumquemque his capi, quæ ingenio eius conueniunt, ita ut malus libenter auscultet verba linguæ prauæ; & qui fallere intendit, in labiis mendacibus delectetur. Quod si hoc est, consequitur, ut volens pareat iussis sceleratis. Tales fuerunt turbae & ministri Principum Iudæorum, qui dederant in mandatis, ut Christus deprehensus, apprehenderetur.

6 Et sic vtrique contra legem faciebant, iubentem: Non operaberis in primogenito bouis. Necton rebus primogenita ouium. Erant enim primogenita Deo dicata, quæ idè ad humana applicare non licebat. At qui magis Deo dicatus, quàm Christus & Primogenitus, & Vnigenitus Altissimi? Hi verò illum vsurpabant nedum in comoda propria, sed ad pessimas suas machinationes, vtile sibi arbitantes, si de medio tolleretur. Væ ergo illis, qui factis in vsus profanos abutuntur, & oculo carnali spiritualia spectant, ad illa aspirantes, non ut Deo seruiant, sed proprio ventri.

7 Tertiò, notat Ioannes, quòd ante sex dies Pascha Iesus venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & La-

zarus erat vnus ex discipulis. Vbi cum ea. Quæritur turba ubi sit Iesus. Iubent Pontifices, ut manifestetur, ad illum capiendum. At Iesus seipsum declarat, & obicit. Propalat opus admirabile, quod pararat, suscitando quatuordecim mortuum. Idè enim venit Bethaniam, & cum iam mortuo discumbebat. Nam turris fortissima nomen Domini, ad ipsum curret iussus, & exaltabitur. Populus hortabatur, & suadebatur, non timere hostes modò timeret Dominum. Nolite metuere. Dominus Deus, qui ductor est vestrorum, ipse pugnabit pro vobis. Aiebat Moyses. Iosue verò & Caleb: Nostis mentis populum terra huius, quia sicut panem, ita eos possumus deuorare. Dominus vobiscum est: nolite metuere. Hoc docuit nos Dominus, qui aliquandu laruit, sed cum tempus affuit suæ manifestationis, patenter se obrulit & videndum, & apprehendendum.

Quartò, ibi notatur, quòd Maria unxit pedes Iesu, Iuda murmurante. Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat & oculos habens. Ea quæ mirabantur, portabat. De quo verificatur Proverbium illud: Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum, & qui vertit linguam, incidet in malum. Peruersitas Iudæ purauit bonum inuenisse, si ex unguento constat pecuniam haberet ipse, quasi in pauperes distrahendam. Nam inde furatus esset partem: sed tandem, abiectam proiecit. Et vertens linguam, dum aliter ore loquitur, quàm in corde sentiat, incidit in malum; nam abiens laqueo se suspendit. At homini seruiunt omnia. Vniuersa enim propter se, & in seipsum operatus est Dominus, impius quoque ad diem malum. Nam & homo iste impiissimus operi redemptionis subseruit, non solum tradens, verum postea confitens: Peccavi tradens sanguinem iustum. Sumptaque à seipso pœna sceleris sui, omnibus notum fecit Domini sanctitatem: atque ita etiam ad diem malum veniens draco iste, ipse Domini gloriam manifestauit. Ergo non contritabit iustum, quid quid ei acciderit; impius autem replebitur

ent malo. Sis tu iustus, & quidquid tibi acciderit, etiam malum videatur, tibi conuertetur in bonum. Tanta est iustitia vis, ut in se trahat quidquid illi applicitum fuerit. Tanta est contrario est iniquitas in peccato, ut bona quaeque ei in malum euadant. Angelus Domini per medium Aegyptum, transiens, Aegyptiorum peremit primogenita in salutem populi, quem non tetigit percussor.

Est. 12.

19.

9

Tim. 2.

16.

Pro. 17. 14.

Quinto, notat Ioannes, quod Cogitauerunt principes Sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudaeis, & credebant in Iesum. Cauendum est, ne quis incipiat agere peruersè, alioqui mali homines proficiunt in peius. Illis enim euenit, quod euenit in aqua collecta atque detenta, quae ut creuerit ad summum vsq; , si mox dimittatur praecipit fluens atq; decurrens, magnam facit ruinam. Vnde Salomon: *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum* Vbi habent Hebraei: *Aperit aquas principium contentionis; ac si dicat: Principium iurgiorum est, sicut cum quis aquas cohibitas aperit, exitumque eis praebet. Nam sicut cum aquis exitus aperitur, magna inundationis causa praestatur, quae postea non facile est cohibere, aut reuocare; ita cum contentioni & iurgio principium datur, nascitur ex eo frequenter impetuofus furor, omnia turbans, quem co-ponere non sit facile. Quod malum non sit proprium est contentionis, ut non & ceteris contingat iniquitatibus, imò generaliter accidit omni sceleri. Sicut enim vbi vel minima apertura in principio aquae datur, violentia aquarum mox fit maxima, ita cum principium cuiuscunq; facinoris minimum sit, & ab homine fiat nihili aut parui, frequenter instat impetuofa currentis aquae, in egregium scelus tandem, multaque mala procedit. Propterea ergo, sicut qui dimittit aquam, ita est principium iurgiorum, ceterorumque scelerum; ceperunt Iudaei, veluti aquam dimittentes Christo inuidere, vel etiam illum timere, ne si a turbis reciperetur, ut Rex, eorum prauos mores compesceret. Et quòd pius illum in pretio haberi videbant, maximeque a turbis aestimari, inualuit eo-*

rum rabies, inualuitq; furor, decreueruntque illum interficere, sed in eam caecitate fudit illos iracundia, atque malitia, ut & Lazarum interficere cogitarent. Quasi qui quadriduanum excitauit à mortuis, non posset & se, & illum à morte protegere, atque ab insidiantibus, necemque molientibus par non esset certò tueri. Saulis exemplum est manifestum, qui à leui, quae videbatur inobedientia exorsus, in tantam incidit impietatem, ut is Sacerdotes impiissimè trucidaret. Et quem innoxium confitebatur, quin & certò regnaturum praenosceret Dauidem, nunquam destitit ad mortem persequi, donec iustas suarum impietatum poenas dedit a Philistaeis victus, & interemptus. Ergo principis obsta; sero medicina paratur. Ideò quòd sequitur in nostra lectione. *Antequam contumeliam patiar, desit iudicium.* Sic habent Hebraei: *Antequam misceatur lis, desere.* Citò (inquit) litem desere, & ne expectes quòd misceatur, & incalescat. Sic priusquam regnet peccatum in tuo mortali corpore, ne illius concupiscentis obtemperes; suggestionis caput praecide, ne dum delectatio irrepit, accedat consensus, qui frequentibus actibus habitum vitiosum comparet: qui consuetudinem introducat peccata iugiter perpetrandi. Ita intellige quòd nos legimus. Is, qui nouit quantum malum ex paruo principio prodeat aliquando, desit iudicium, id est litem quae dirimenda ad iudicium fertur, atque contumeliam patiar, quòd est illud quòd monet Dominus: *Estò consentiens citò aduersario tuo, dum es in via cum eo, ne forte tradat te Iudici.* Multi sunt fatui, rationi non obtemperantes, quos orta contentione, non facile placabis. Si non citò obuies futuris malis. Insigne quidem est Prouerbum istud: *Expedit magis vrsi occurrere rapti furiibus, quàm fatuo consenti in stultitia sua.* Fatuus fuit Caiphas, qui in stultitia sua confidens, dixit in concilio: *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo.* Quid crudelius potuit excogitari, ut sub falso praetextu seruanda vniuersitatis populi, iustus tra-

1. Reg. 11. 9

1. Reg. 22.

17.

1. Reg. 24.

18.

1. Reg. 31. 4

Pro. 17. 14.

Mat. 5. 25.

Pro. 16. 12

Ioan. 11. 49

deretur ad mortem? & vide crudelitatem efferatam. Si hoc prætextu innocens damnatur, non satis erar mitissima morti dari? Ista enim subtrahebatur prætexta occasio Romanis veniendi, locumque tollendi, ac gentem. Sed feritas iam increuerat vsque ad summam rabiem. Ergo priusquam fermentetur totum, desere, & desine iniqui agere.

10 Sexto. Tandem notat Ioannes, quod venit turba videre Iesum suscitantem, & Lazarum suscitatum. Et in crastinum, quod est hodie, Turba multa, qua venerat ad diem festum, cum audissent quia Iesus venit Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant: Hosanna. Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Vbi primum apparet veritas illius dicti: sicut igne probatur argentum, & aurum camino; ita corda probat Dominus. Occasio data, siue sapienti siue stulto, est velut ignis & fornax, in qua probatur argentum & aurum. Data n. occasione sapienti, sapientior fit; & stultus exaltat stultitiam suam. Quo pacto Deus probat corda hominum. Adventus Christi, insipientibus fuit occasio peccandi. Nam si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent. At contra sapientibus salus; De

Luc. 10. 23 quibus; Beati oculi qui vident, qua vos videtis. Et hoc est iudicium, de quo dicebat

Ioan. 8. 39. Dominus: In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant; & qui vident, ceci fiant. Iste enim adventus occasio fuit, qua ablatus est Regnum Dei a synagoga, & datum est Ecclesie. Propterea etiam in mysterio ipso Principes persequuntur, turbæ sequuntur. Illi ad mortem quaerunt, isti ad gloriam canunt. Ita tempus Paschale est ad ruinam, & ad resurrectionem multorum. Nam Pascha nostrum, id est Christus, mors est malis, vita bonis.

1. Cor. 11. Qui accedit indignè, iudicium sibi manducet, & bibit; At verd, Qui manducat meam

Ioan. 6. 55. Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Ideo in Paschate traditus est gentibus; ablatus, & abiectus a synagoga.

Exhortatio Docet Scriptura quomodo Ezechias

2. ar. 30. Rex Iuda immolavit Phasé maxima fo-

26. temitate, de qua sic scriptum est: Facta est

grandis celebratio in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filii David Regis Israel in ea urbe non fuerat. Ad quam tamen multi de populo inuitati, habitantes in Ephraim, & Manasse, & Zabulon, vnde eorum patres captivi ducti fuerant, speraverunt ire. Vnde ait Scriptura de cursoribus, per quos Ezechias hortabatur, ut venirent ad festivitatem. Igitur cursores pergebant velociter, de civitate in civitatem, illis irridentibus subsannantibus eos. Heu miseri, quot sunt spernentes Dei cultum, solemnitatem eius respicientes? Hæc erat prædicatio Ezechie per cursores: Filii Israel, revertimini ad Dominum Deum Abraham, Isaac, & Iacob: & revertetur ad reliquias, qua effugerunt manum Regis Assyriorum. Hoc dicit qui in captivitate decem tribuum facta per Regem Assyriorum, aliqui effugientes reuerii sunt in Terram Israël, qui tamen neque propterea ritè colebant Dominum, perseverantes in cultura idolorum, quorum multi irridebant talem prædicationem. Heu quot nunc facto irridet diuina, secularibus postponentes. Promittitur ergo, quod si reuertimur ad Deum, Deus reuertetur ad nos, & multi tamen irrident. Pergit Ezechias. Nolite fieri sicut Patres vestri, & fratres vestri, qui recesserunt à Domino Deo patrum suorum, qui tradidit eos in interitum, ut ipsi cernitum. Ecce quod neque præfens malum, illos reducebat. Pergit: Nolite induere cervicem vestram, sicut Patres vestri: tradite manus Domino (id est subiciete vos Domino) & venite ad sanctuarium eius, quod sanctificavit in aeternum (ita scripta idololatria colite Deum) seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris sui, sic promittit liberationem à malis. Pius enim (inquit) & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum: Hæc verba nobis quoque conueniunt. Accipite igitur, ut nobis dicta.

SECUNDA PARS.

EX dictis apparet, duo genera hominum erga Christum se habere, singula secundum proprias dispositiones, ut dicamus utrum illorum velimus amplecti, & quod

quod nostrū est adhærere turbæ, quæ acceptis ramis palmarum processit obviam Christo Domino, cum læto illo clamore: *Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel.* Vbi primū est considerandū, Palmas significare victoriam, quæ pugna supponit: pugna vero Sanctorū, & in primis Christi, est in tribulatione: de multitudine enim innumerabili cū dixisset Ioannes, quod erant ante thronū & in cōspectu Agni, amici stolis albis, & palmæ
 14. in manibus eorū, subdit: *Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni.* Ergo obviantes turbæ cum palmis in manibus, quib. Christi victoriam præfigurant, veluti protestatur, ipsum nunc in campum descendere ad præliandū, quod & Christus, vere etiam suo hoc triumpho præterdit. Hoc pacto demonstrans, aggredi quidem se certamē forte contra Principem huius mundi, sed non quasi dubius de victoria, sed certissimus & securissimus de triumpho.

15. Quia in re nunc quædam nobis proponuntur. Primum est, quod res, quam Christus nunc aggreditur, ingrediens Ierosolymam, triumphantis instat, vere prælium est. Ideo enim Rex appellatur: *Benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Israel.* Rex autem est bella committere. *Quis Rex* (inquit) *iturus committere bellum: & Reg. 11. 1. Tempore, quo solent Reges ad bella procedere.*
 16. Sic & populus ad Samuelem: *Rex erit super nos, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.* Ergo & adversarius non aliud erit, quam Rex, Princeps, videlicet huius mundi, & Rex superbiæ: draco videlicet habens capita septem, & in capitibus diademata septem. Modum pugnandi turbæ notant dicentes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Qui exemplo Davidis declaratur, qui commissurus cum Gigante dicebat illi: *Tu venis ad me, cum gladio & hasta, & clypeo: Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israel.* Et in Psalmo, vnde scripta est laus ista: *Benedictus, qui venit in nomine Domini; mentio præmittitur belli contra inimicos: Dominus* (inquit) *mibi adiutor, & ego aspiciam*

inimicos meos. Omnes gentes circumserunt me & in nomine Domini, quia vltus sum in eos. Circundantes circumsederunt me, & in nomine Domini, quia vltus sum in eos. Circumsederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis; & in nomine Domini quia vltus sum in eos. Vbi etiam aperitur quid sit venire in nomine Domini: nempe confidere in Domino. Sicut enim Goliath confidebat in armis, sic David in Domino. Ideo Christus in Psalmo: *Bonum est confidere in Domino, quam in homine, & in Principibus. Dominus mibi adiutor, & ego despiciam inimicos. Dexteram Domini fecit virtutē. Dexteram Domini exaltauit me. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.*

Arma igitur consideremus, quibus præliatum est. David enim, quamuis in Domino confusus, processerit ad bellum, non omnia tamen arma reiecit; sed ea sumpsit, quæ opus ostenderent esse non humanæ virtutis, sed diuinæ protectionis. Arma quippe oblata à Saul dimisit tanquam non sibi apta, & accommodata; sed fundam sumpsit cum lapidibus; vt dicere posset: *Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.* Quæ igitur arma Christi: iustitia, & Patientia. At draco contra iustitiam habet blasphemiam, oppositum videlicet diuinæ legi, quæ iustitiam docet. Vnde Ioannes: *Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & super capita nomina blasphemia.* Bestia hæc Principatus est mundi, in quo Satanas cum Christo pugnavit, & cum exercitu eius. Contra patientiam, draco est rufus de sanguine, videlicet Agni, & martyrii Iesu. Vnde scriptum est: *Et datum est ei bellum facere aduersus sanctos, & vincere eos: & infra. Hic est patientia, & fides Sanctorum.* Pro fide in Christo, est iustitia. Nam sicut sancti patientia & fide pugnaverunt, sic Christus patientia & iustitia. Nam Ioannes de illo scripsit: *Cum iustitia iudicet, & pugnat.* Vnde *visus est in equo albo, & exercitus, qui sunt in celo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mūdo: Byssinum autem iustificaciones sunt sanctorum: declarat Ioannes. De patientia*

- autem idem scribit Ioannes. *Vestitus erat veste aspersa sanguine.*
- Itaque ex vna parte est iustitia, & patientia; ex altera iniquitas, & persecutio. Propter iustitiam, in Christo diabolus nullam habebat potestatem, alioqui Christus non esset in omnibus diabolo contrarius. *Venit* (inquit) *Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.* In hoc enim est perfecta contrarietas, ex qua bellum est inter Christum, & draconem; Quod Christus iustus est vndeque. Qui ideo in Isaia dicit: *Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* Et quando praedicitur venturus vt Rex ad saluandum,
- Zach. 9. 9.** vocatur *Iustus, & Saluator.* De peccato vero inimicorum suorum, in quibus prahans est satanas contra Christum, dicebat Christus ipse: *Sinon venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: Nunc autem excusationem non habent peccato suo.* Voluit enim manifestum esse certamē. Vnde sicut aperta fuit iustitia eius, adeo vt Iudas, qui tradidit eum; & Pilatus, qui ad mortem condemnauit illum, aperte iustum proclamauerint. Ille culpans se, dicens: *Peccauis, tradens sanguinem iustum.* Ille exculpans se, dicens: *Innocens ego sum à sanguine Iusti huius:* Vnde audacter dicebat ipse inimicis suis: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Iniquitatem vero suam ipsimet inimici prodiderunt. Qui in concilio suo, quo statuerant illum occidere, aliam nullam adduxerunt causam, quam istam: *Hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Si signa facit, ergo sanctus est, ipsimet alibi dicentibus: *Quomodo potest homo peccator haec signa facere?* Hic igitur Propheta est similis Moyfi promittens à Deo. Deus autem illum promittens dixit: *Qui non audierit Prophetam illum, ego ultor existam.* Manifesta ergo fuit eorum iniquitas persecutorum singularem Prophetam istum, qui propterea inexcusabiles sunt dicente Domino Iesu: *Sinon venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Si opera non fecissem in eis, qua nemo alius fecit, peccatum non haberent. Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me grati.* Fatentur ipsi opera eius, quae possint post illum omnes trahere: *Multa signa facit, omnes credent in eum.* Peccatum ergo illorum manet manifestum.
- Ratio vero pugnandi his armis, haec est: *Deus lux est, & tenebra in eo non sunt.* Inquit Ioannes. Nullum ergo in Deo bellum, vel minimum; quia nulla contrarietas; & sibi consentiunt omnia. Ergo summa, & absoluta in eo pax est, atque infinita concordia. Nihil propterea ab eo potest exire, quod eandem pacem non participet, suoque cum auctore non contrariet. Pacata ergo omnia sunt, quatenus à Deo sunt. Vnde ergo lites & contentiones ortae sunt: Ex eo, quod creatura aliqua, aduersus Creatorem suum crexit se, ab eo dissentiens & recedens: In quo initium fuit omnis peccati. Vt appareat, quod peccare nihil sit aliud, quam contra Deum pugna-re. At peccatores isti ac pugnatōres nō preualuerunt, neque locus eorum amplius inuentus est in caelo. Ergo repugnatum est illis. Id vero, quod cum iniquitate pugnat, iustitia est. *Qua enim conuentio est?* (inquit Apostolus) *iustitia ad iniquitatem.* Debuit ergo armis iustitiae occursum fieri contra iniquitatem. Vt autē par pugnandi ratio esset vtrinque; sicut iniquitas illa fuit in creatura. *Non enim est iniquitas à Deo.* Congruum impense fuit, quod & iustitia oppugnans esset in creatura aliqua: non autem in qualibet, sed in ea, quae posset implere omnem iustitiam ad expugnandam omnem iniquitatem. Hic autem non potuit alius esse, quam is, *quem Pater sanctificauit & misit in mundum,* Sanctus videlicet Sanctorum, qui posset sanctificare & iustificare quemcunque, atque iniquitatem omnem debellare, & omnem altitudinem extollentem se aduersus Deum destruere, & conculcare. Ideo nobis factum est iustitia, & sanctificatio.
- Cur vero etiam patientia pugnandum sit, haec sit ratio prima Iustitia, vt iniquitatis sit victrix, omnem perfectionis apicem necesse fuit attingere. *Patientia autem operis iustitiae.*

perfectum habet. Ideo enim extrema, summaque omnium beatitudinum illa est
 Rom. 1. 19. *Beati, qui persecutionem patiuntur propter*
 Heb. 10. 36 *iustitiam. Patientia ergo necessaria est:* si
 autem patientia necessaria est, & ubi passio
 non est, patientia esse non potest: pati oportet
 illum, qui cum iustitia pugnat aduersus
 iniquitatem. A quo vero nisi ab iniquitate,
 & ab iniquitatem faciente? Ecce quomodo
 in aduersariorum agmine persecutio est,
 quae patientiam exerceat, & oppugnet; &
 contra quam patientia exerceat vires suas,
 & ostendat virtutem suam.

Secunda ratio sit ista; Iniquitas contra
 innocentes se mouet. Dixerunt impij:
 Venite opprimamus iustum. *Semper iurgia*
 Thom. 17. 11 *quirit malus:* inquit Salomon: quod ap-
 Gen. 4. 8. paruit in primo scelesto Cain, qui occidit
 fratrem suum. Vt ergo non praualeat ho-
 mo impius & persecutor, contra illi acies
 est dirigenda patientiae. Ob id ergo etiam
 Mal. 10. 36. Patientia necessaria est. Vt qui iustus est,
 sit fortis & patiens. Nulla enim maior for-
 titudo est contra iniquas persecutiones,
 quam patientia. Vnde bene Salomon:
 Thom. 16. *Melior est patiens viro forti: & qui domina-*
 tur animo suo, expugnatore urbium: Quod
 est dicere: Maior est fortitudo cordis,
 quam corporis; & illustrior victoria illa,
 quae de animo proprio est, quam de quo-
 mis aduersario, etiam si urbem expugnes.
 Haec autem mentis fortitudo, patien-
 Rom. 9. 17. tia est. Qui enim patitur, habet apud se do-
 mesticum inimicum, aduersus malum paene
 reluctantem, qui plurimum valet ad forti-
 tudinem mentis labefactandam; cum quo
 Luc. 21. 43. etiam Dominus Iesus pugnavit in horto,
 factus in agonia; vt carnis voluntatem de-
 iiceret, atque sub diuina voluntate demitte-
 44. ret. Quae pugna fuit tam valida, vt sangui-
 nem funderet; sic docens, victoriam prius
 de nobis referendam esse, ac demum de
 inimicis exterioribus. Qui enim domina-
 tus fuerit animo suo, quatenus pati recu-
 sat, iam invulnerabilis factus est, vt nihil
 possit aduersarius contra eum.

Potest & tertia ratio reddi: Quamobrem
 patientia necessaria sit. Ingre diens peccatum
 in mundum, secum adduxit mortem; ita
 decernente diuina iustitia, vt in quacunq;

die transgressus fuisset homo Dei manda-
 tum, mox mortem subiret, vt suae iniqui-
 tatis poenas lueret. Qua in sententia diui-
 nae iustitiae, diuina pariter misericordia
 habuit partes suas: nempe vt commerita
 per delictum mors, ipsum quoque sui meri-
 tum deleteret & extingueret. Si enim culpa
 & poena simul iunctae, diuinae iustitiae fa-
 cientes satis, hominem depresserunt; cur non
 possint iustitia & patientia coniunctae, ho-
 minem subleuare? sicut enim ex peccato
 mors, ita ex iustitia vita: *Iustus enim ex fide*
 Rom. 1. 17. *viuit.* Sic enim absorpta est mors in victo-
 1. Corin. 15. 54. ria, dum mors patienter toleratur; & iu-
 stitia, vt vitam det, contra mortem armis
 patientiae decernat: stat ergo sententia,
 Peccasti? poena subeunda est, quam morte
 dicimus. Poena, si cum iustitia coniungatur,
 grata est Deo, & salutis est causa.

Non autem sine patientia potest cum iu-
 Rom. 5. 4. stitia poena esse coniuncta. *Patientia enim*
 probationem operatur. Ergo propter hoc,
 patientia nobis necessaria est. Vnde & Do-
 Heb. 10. 36. minus Iesus, qui portauit peccata nostra in
 corpore suo, etiam dolores nostros ipse
 portauit. Vt idem Deus, qui posuit in eo
 1. Pet. 2. 24. iniquitates omnium nostrum etiam dice-
 ret: *Propter scelus populi mei percussi eum.*
 Vt tollens peccata, vulneratus sit propter
 iniquitates nostras; hoc enim pacto pec-
 cata multorum tulit.

His itaque munitus armis Dominus Ie-
 sus, in arenam descendit cum crudelissimo
 hoste pugnaturus. Vt intelligamus, illius
 sacratissimam Passionem, fuisse certamen
 forte, quo contra aduersarios nostros pug-
 nauit pro nobis. Ideo illum volens propheticè
 praenunciari, permisit Dauidem
 ab iniquis, & inimicis suis crudeliter im-
 pugnari, vt dum in Psalmis narrat passio-
 nes suas, atque pro eis rogat Dominum,
 vt sit illi in eisdem perferendis adiutor, &
 in remouendis illis protector, atque susce-
 ptor, transeat ad supplicia Domini nostri
 recensenda, quorum suae ipsius Dauid pas-
 siones erant figurae atque praenuntiae. Pro-
 pterea ubique illum audimus contra inimi-
 cos suos deprecantem, vel de eorum sub-
 uersione gratias agentem. Hinc est, quod
 in libro Psalmorum statuitur in primo

- Psal. 1.** Psalmo iusticia viri, cuius semper fuit voluntas in lege Domini. In secundo autem Psalmo, hostium contra illum tangitur aggressio, nam fremuerunt gentes, & astiterunt Reges terra, & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. In tertio verd iam laetatur iustus de victoria: Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Non timebo millia populi circumdantia me: vt hi primi tres Psalmi veluti argumentum sint totius libri Psalmorum, in quo plurimum explicatur pugna, quam diu tolerauit ab inimicis suis. Quod factum est, vt iugis esset in labijs nostris laus, & gratiarum actio de passione Domini nostri Iesu Christi. Propterea enim laudibus turbarum victoriam precipientium, coepta est pugna, in quibus propterea vsurpantur verba, quae certe victoriam istam iam olim in Psalmo resonabant.
- Psal. 117. 1.** Nam Psalmus ille: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius: Dicit nunc Israel Deum eximie laudat de bonitate, qua Christum liberauit de manu inimicorum suorum.*
- 5.** Tribulatione quidem suam comemorat dicens: *De tribulatione mea inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus: & quod haec fuerit ab inimicis*
- 7.** statim innuit, subdens: *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos: &*
- 13.** quanta fuerit, ostendit subdens: *Impulsus*
- 17.** *euersus sum, vt caderem. Et: Non moriar, sed viuam.* Non quidem mortem simpliciter negans, sed quod ad mortem non fuerit, sed ad vitam perfectam, & immortalem, sicut & de Lazaro respondit: *Infirmas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, quomodo & sequentia illa intelligenda sunt: Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Vt verd, quibusdam essent isti sui inimici, pateret, subdit: *Lapidem, quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli.* Dominus enim aperte in Euangelio se lapidem istum esse declarauit Reprobatores verd illius, ipsos esse Iudaeos, a quibus auferendum erat Regnum Dei. Ergo sequens laus: *O Domine saluum me fac: Domine bene prosperare!*
- Benedictus qui venit in nomine Domini,** ca. est, quam modò turbae cencinunt: *Hosanna, Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Turbae itaque, futuram victoriae de passionis pugna laetanter pronuntiat, atque palmas gestantes in manibus praefigurant. Ergo dum subdit inuitans ad laudandum: *Constituite diem solemmem in condensis, vsq. 27. que ad cornu altaris: ad nos loqui videtur: Vult enim, quod pro his laudibus ad Dominum dirigendis, festus dies constituarur, in quo is frequens sit populorum concursus, vt se mutuo comprimentes ex magna multitudine, appropinquent vsq. ad cornu altaris, quod erat in atrio interiori, super quo fiebant sacrificia.*
- Vbi mysterium indagates recordemur, quod in sacrificiis quibusdam insignioribus, sanguine hostiae tingebantur cornua altaris holocaustorum, & in eo maxime sacrificio, quod semel tantum in anno fiebat per Pontificem: Vt non immerito per cornua crucis intelligamus, de cuius cornibus intelligitur obcurissimum illud uaticinium: *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors.* Cornua illa duo crucis, fuerunt in manib. Christi, dum ille confixas tenuit in illis manus. Ibi abscondita est fortitudo eius, nam quis crederet quidquam illum posse, qui manus haberet nedum ligatas, verum & clauis perforatas, crucisq. confixas? Vis quippe operandi manibus assignatur. Vnde & de ipso Deo, qui Spiritus est, canitur: *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, Dextera Domini fecit virtutem.* Vbi ergo cornua in manibus, ibi abscondita est fortitudo. Abscondita tamen, non ablata. Nam tanta fuit illius abscondita fortitudo, vt mortem fugaret, persequens illum quae cedens tantae fortitudini, fugies ibi ante faciem eius. Iuxta quod scriptum est: *Paruuli eius abierunt in captiuitatem ante faciem tribulationis. Principes abierunt absq. fortitudine ante faciem subsequens.* Neg; sola mors cessit huic fortitudini absconditae; sed & diaboli egredietur, (inquit) *ante pedes eius fugiens insequens.* Vide pulcherrimam allusionem. De eo, qui prorsus alligatus dicitur:

dicitur: *Ligatis manibus & pedibus.* Quantū ergō infirmus apparuit, qui manus habuit, & pedes cruci affixos? Et tamen in manibus eius tanta est fortitudo, vt fugata ab eo ante faciem eius eat mors. Tanta est in pedib⁹ eius velocitas, vt diabolus egrediatur ante pedes ejus. Quin stans, quasi moveri non possit, mensus est terram, id est illam totam acquisiuit & in possessionē accepit: Metimur enim quæ acquirimus possidenda; iuxta quod scribitur in Apocalypsi: *Metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Atrium autem, quod est foris templum, eicie foras. & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus.* Itemq; *affixit & dissiluit gentes;* solo intuitu illas disperdens. Cum igitur in manibus etiā affixis ad cornua altaris, crucis videlicet, tanta sit fortitudo, cantantes & psallentes ad hæc cœnua accedamus, virtutem crucis prædicantes, & cum palmis victoriæ acclamantes: *Hosanna: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel.* O Domine saluū me fac. O Domine, benè prosperare. *Benedictus, qui venit in nomine Domini.*

eundem habebit vltorem, sicut Ægyptij qui nullam requiem populo concedentes traditi sunt Angelo percutienti. Vnde Psalmus: *Misit in eos irā indignationis sue: Psalm 77.* indignationem, & iram, & tribulationē, 49. immisiones per Angelos malos. Item Salomon: *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum; & qui vertit linguam, incidet in malum.* Tu iam cæperas Christo sociari, ipsumq; laudare: At nunc peruertis cor, & linguam, vt neque illi adhareas, neque prædices illius virtutes. Quid ergō: non inuenies bonum, sed incidis in malum, sicut miseræ contigit synagoga, suū Messiam crudeliter persequenti, quæ hæredem persequens, hæreditate priuata est & abiecta, vt iam non sit populus Dei. Id quod à nobis Deus auerrat.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ostenditur, Pasionem Christi, ipsi procuratam fuisse & ab hostibus & ab amicis, propter ipsius opera bona. Aliquando bonum, aliquando malum, persecutiones declinare. Gloria & vtilitas, pati pro Deo & proximo. Latenter aduersa sustinenda. Patientibus compatiendum. In Morali, Contra amatores mundi.

EXITVM illum antiquum de Ægypto, & populo barbaro, & introitum in terram repromissam, voluit Deus fieri cum magna solemnitate, inuitatilsque signis; Nam mare vidit: *Iordanis conuersus est retrorsum: A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob: Montes exultauerunt, vt arietes; & colles sicut Agni ouium.* Ergō & in hoc transiit, quo Iesus noster, qui in illo veteri Iesu, qui est Iosue, figuratus, non sinè solemnitate & pompa, à mundo ad Patrem procedere debuit. Quod

1. dicitur: *Ligatis manibus & pedibus.*
 2. Quantū ergō infirmus apparuit, qui manus habuit, & pedes cruci affixos?
 3. Et tamen in manibus eius tanta est fortitudo, vt fugata ab eo ante faciem eius eat mors.
 4. Tanta est in pedib⁹ eius velocitas, vt diabolus egrediatur ante pedes ejus.
 5. Quin stans, quasi moveri non possit, mensus est terram, id est illam totam acquisiuit & in possessionē accepit:
 6. Metimur enim quæ acquirimus possidenda; iuxta quod scribitur in Apocalypsi:
 7. *Metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Atrium autem, quod est foris templum, eicie foras. & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus.*
 8. Itemq; *affixit & dissiluit gentes;* solo intuitu illas disperdens.
 9. Cum igitur in manibus etiā affixis ad cornua altaris, crucis videlicet, tanta sit fortitudo, cantantes & psallentes ad hæc cœnua accedamus, virtutem crucis prædicantes, & cum palmis victoriæ acclamantes:
 10. *Hosanna: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel.*
 11. O Domine saluū me fac. O Domine, benè prosperare. *Benedictus, qui venit in nomine Domini.*
 12. Gestemus nihilominus palmas in manibus nostris, vt victorem laudemus nedū vocibus, sed & manibus, sequentes illum in pugna, vt & cum illo victoriam referamus. Conclufitenim Canticum suū Habacuc: *Super excelsa mea deducet me victor in Psalmū canentem.* Ero & ipse in Excelsis, sicut ipse fuit in suis, de quibus dixit: *Es ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Crux mea exaltabit me, in qua Dux ipse victor deducet me, in Psalmis canentem; nempè victorem, & calcantem inimicos meos, & conculcantem leonem & draconem. Discamus ergō cum Domino Iesu, pugnare cum hostibus, & pugnātem sequamur, vt illius quoq; victoriæ participes simus.
 13. Sed heu, quot sunt, qui se potius sociant cum inimicis suis, cum Iudæis, & cum demonibus ad eorum æternam perditionē?
 14. Audi infelix dicta sapientis: *Semper iurgia querit malus: Angelus autem crudelis mittitur contra eum.* Pugna Christi pacē intendit, At diabolus iurgiis, & contentionibus delectatur. Qui ergō illum imitatur,

- Exod. 13. 21.* Quod factum esse docet solemnitas hodierna. Ibi Dominus primum in columna nubis, & in flamma ignis, post in arca, populum præcedebat. Hic verò Deus ipse nõ in figura, sed in veritate præcedit. Mandat fit arca in Iordanis alueo, donec totus pertransiret populus, atq; ita & ante populum ad Iordanem accessit, & post populum a Iordane recessit, vt videas figuratas turbas, quæ præcedebant, & quæ sequebantur Dominum nostrum hac in via, qua de mundo transibat ad Patrem; atque intelligas, quòd quamuis Christus relurgens ex mortuis iam non moritur; vt videatur ipse ante omnem populum currentem pertransisse: at tamen fidelis ante ipsum præcedit, dum fide concipiens illius transitum, qui fuit passio illius & mors, vim accepit ab ea viam hanc pergendi, qua omnes & nos transimus de hoc mundo ad Patrem. Propterea enim in Ecclesia suis caremonis atq; solemnitatibus iugiter renouat passionem illam, vt veluti Christus stet in Iordane, donec totus electorum numerus transuadat Iordanem istum, & mortis Christi & nostræ mortalitatis. **Quoniam** ergò dicitur in figura: *Festinauit populus: Et transit.* Nos quoque festinanter, id est feruenter iter istud perficiamus, quo Christi passionem fidei mente pertractemus. Et quod turba corporaliter fecit, comitatus illius ingressum in Ierusalem, extra quam non capiebat Prophetam perire; Nos spiritualiter perficiamus, mente comprehendentes transitum suum istum, atq; fidei contemplatione meditates.
2. Quoniam verò, quæ nobis hodiè in lectione Euangelica, & in ritu externo sancta proponit Ecclesia, processum ostendunt, quo Christus fundamenta iecit suæ Passionis, suntq; principium quoddam illius atq; præambulum; ea & nos consideremus, quibus quasi itineribus, & causis suæ occasionibus ductus est in effectum tantæ suæ Passionis, & mortis. Duo autem attendo nobis à Sancto Ioanne in Euangelio proposita. Alterum est, quòd cum proximum esset Pascha, consueueretq; Christus, vt legis obseruator, in hac potissimum solemnitate ascendere in Ierusalem, *De-*

derans Pontifices, & Pharisei mandatum, vt si quis cognouerit, ubi sit, indicet, vt apprehendant eum. Alterum est, quod vinctis pedibus Iesu vnguento, cuius odore domus, vbi cænauerat Iesus, repleta fuit: *Dixit vnus ex discipulis eius Iudas Ischariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis? & datum est egeno?* In primo, mandatum habemus Pontificum, & Phariseorum; In secundo, consilium habemus Iudæ discipuli traditoris. Inde mandatum processerat, quòd in consilio stauerant illum interficere. Inde consilium, quia Iudas fur erat, & quæ mittebantur portabat. Ex quo mahitur illum doluisse de præda ac furto illi subtracto, per illam sanctam victionem. Vt ita videamus procuratam eius Passionem, & ab hostibus & à domesticis, per id, quod fecit ipse, & quod recepit ab alio. Bonum opus fuit suscitatio Lazari, quod fecit ipse. Bonum opus illud fuisse, & per se perspicuum est: quia defuncto data est vita: & ipse restans est, illud vocans gloriam Dei. Bonum & istud fuisse, illius verba testantur, qui dixit de muliere illa. *Bonum opus operata est in me.* Ex illo tamen sumpserunt occasionem Pontifices illum persequendi, ex hoc Iudas illum tradendi. Ergò nulla culpa in Christo; & propterea iniuste persecuti sunt illum inimici sui. Et propterea confidenter processit, minime timens iniustas persecutiones. Mandant hostes, *vt si quis cognouerit ubi sit, indicet, vt apprehendant.* Cogitat discipulus occultè eum tradere. Ecce ipse se cunctis manifestat palam ingrediens, turbis comitatus; adeò vt ipsi persequentes dicant: *Ecce, mundus totus post eum abiit.*

Ergò verum est Prouerbum Salomonis: *Fugit impius nemine persequente; iustus autem quasi leo confidens absq; terrore erit.* Vnde enim illum persequuntur? vt de medio tollant, quia timuerunt timore, vbi non erat timor. Perabant gloriam Christi detrimento fore illis futuram, cum venisset potius lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis sine Iuda. *Fugiant*

Disiiso.

Fugiant ergo nemine persequente. At ille & sine terrore est, & quasi leo confidens, turbas deducit secum victor in Psalmis canentes. Qui innocentia nititur, atque iustitia, istum non contristabit, neq; terrebatur quidquid ei acciderit. Quid timidum fecit Cain dicentem Deo: *Ecce, eiecit me a facie terra, & a facie tua abscondar: & ero vagus & profugus in terra: omnis ergo qui inuenit me, occidet me?* sui facinoris conscientia, illius diuinæ sententiæ executio: *Si male egeris, statim in foribus aderit peccatum.* Ecce peccatum in foribus, peccatum pulsans, vt morti aperiatur, quæ alioqui ingredietur per fenestras, timet mortem, timet occidi; quia per peccatum mors ingreditur ad peccantem. Adfir iustitia, & ambules in medio vmbrae mortis, & non timebis mala. Iustitia enim perpetua est, & immortalis. Ergo impij venient in cogitatione peccatorum suorum timidi. *Iustorum autem anima in manu Dei, & non tanget illos tormentum mortis, & spes illorum immortalitas plena est.* Sit igitur hoc nobis documentum sumptum a glorioso ingressu Domini Iesu in Ciuitatem, vbi de Reo agi sciebat interitu. **Quod** idem etiam magis premit, quoniam veluti triumphum agens, ac dum de victoria certus, introiit securus. Vt & nos latenter eamus aduersus aduersitates, tanquam illarum victores, à quibus, & per quas multum expectemus emolumentum, & gloria.

4. Sed iam horum duorum singula distinctè perpendamus, & illud in primis, quod primum notatum est, ex quo alterum deriuatum est. Quod Christum persequerentur Iudæi, referta est historia Evangelica. Et quod etiã illum interficere cogitauerint, habet sanctus Ioannes referens quod bis sustulerunt lapides, vt lapidarent eum. Et miserunt ministros, vt apprehenderent eum, quos tamen nõ permisit ipse, vt pessent facere quidquam. Sed suscitato Lazaro, collegerunt concilium, vbi decreuerunt interficere illum. Et propterea dederunt mandatum, *vt si quis cognouerit vbi sit, indices, vt apprehendant eum.* Quia in re duo ipse operatus est ad nostram in-

structionem, & in redemptionem nostrã. Primum refert Ioannes, dicens: *Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos sed abiit in regionem iuxta desertum in Ciuitatem, qua dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis, neque in principio venit ad festum Pasche.* Quapropter (vt dicit Ioannes:) *Querebant Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes. Quid putatis, quia non venit ad diem festum?* De secundo, Ioannes idem; *Iesus ergo ante sex dies Pasche venit Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Eecerunt autem ei cœnam ibi. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est, & vnerunt non propter Iesum tantum, sed vt & Lazarum viderent. In crastinum autem turba multa, qui venerat ad diem festum, cum audisset, quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiã ei, &c.* Prius ergo veluti fugiens latuit. Postea sic prodiit in publicum, vt omnium oculis sese obiiiceret manifestum. Nostra instructio est, quod & docere infirmos voluit & perfectos; vt nõ illi desperarent fugientes aduersa, neq; propterea timerent rem facere Deo ingrata, & odiosam; quandoquidem & ipse filius, qui voluntates Patris fecit omnes, & quæ placita sunt illi, fugit interdum, absconditque se. Perfectos autem animauit, vt se morti traderent, neque timerent hoc esse temeritatis, aut præsumptionis, si verè Dei gloriam spectarent vna.

Hinc Iosue duodecim lapides ex Iordanis aluco tulit locauitque in terra, quos durissimos vocat Scriptura. Qui sunt fideles ex mollitate aquarum educti, quasi ex infirmitate erepti, & in solida terra consolidati. Alios item duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis aluco, vbi steterunt Sacerdotes, qui portabant Arcam fœderis. Hi ergo sunt, qui in obsequio Domini mollitie circundantur. Seruiunt quidem, quoniam ex præcepto Domini de loco, vbi prius absque vilo commodo iacebant, translati sunt in locum, vbi fuerat Arca Domini, ad quam ibi manentes habent respectum, notantes videlicet locum, vbi illa stetit. Sic infirmi Domino

mino seruiunt, secundum mensuram fidei suae, quamuis infirmi sunt. Ideo de istis lapidibus non dicitur, quod fuerant durissimi, sicut de aliis dictum est. Fortes quippe in exemplum dati sunt, sicut & Domini fortitudo nobis proposita est ad imitandum. Infirmas verò ad consolandum magis, ne nostra nobis nimium vilescat infirmitas, modò locum occupet, vbi fuit Dominus, quod est dicere: Dum Dominum imiteret: Dum fugiat quemadmodum, & ipse patiens propter iustitiam: Cedat (inquam) non indignetur, non succenseat, non obmurmuret, non cogitet malum reddere, non propterea desinat benefacere. Alioquin non est ista imbecillitas imperfectorum, sed tenacitas puerorum, quae coëreanda potius est, quam excusanda, dicente Salomone. *Qui delicate à pueritia nutrit filium suum, postea inueniet eum contumacem.* Ista tenacitas in asperam euadet duritatem. Si labores sustinere non potes, si iniuriare non uales, veluti infirmus, puer es, qui durus euades & contumax, insurgens aduersus iniuriantem, rebellis contra præcipientem, & yt tuam expleas voluntatem, Dei ipsius voluntati resistentem. Non hos elegit Dominus in seruos suos: Non illius præcepto positi sunt, vbi steterit Arca, sed vbi illos natura creauit, suae dimissi voluntati, quae mollia sequitur, quae suo pondere ad inferiora declinat.

6. Iam bonum opus ipsum, propter quod persecutionem passus est Dominus Iesus considerantes. Opus illud fuit resuscitatio Lazari. In quo tria bona resplenderunt. Primum, gloria Dei. Secundum, vita mortuorum. Tertium, fides populi. De primis duobus dixit: *Infirmas hac non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* De tertio scribit Ioannes: *Multi ergò ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quae fecit Iesus, crediderunt in eum. Et hodie. Venerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitauit Iesus. Et multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.* En propter quid homo iustus, iniusta tolerat, pro gloria Dei, pro beneficio proximi, pro mani-

festatione virtutis. Fac tu opus, magnifices Deum; quod si pro illo patiaris, tum magis Deum glorificabis. Sicut de Petro dicitur: *Hoc dixit de morte, qua clarificaturus esset Deum.* Et quanta merces ab sic operante & sic patiente debeat expectari: gloriosum est hoc: quantas patiaris contumelias, opprobria, irrisiones, calumnias: totum erit tibi gloria coram conspicientibus.

Deus protestatus est Iosue, qui per illam magna facturus esset opera; propterea scaturus aquas Iordanis, ad transitum populi, dixit illi: *Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel.* Quo facto dicit Scriptura: *In die illa magnificauit Dominus Iosue coram omni Israel.* Quamò gloriosior apparebit homo, qui totus est in Deo glorificando? Erat ergò pro gloria Dei, gloria est maxima ipsius hominis patientis. Si autem proximi causa quis patitur, iam quod fecit in fratrem, reuertitur in finem suum, magnum inde referens emolumentum. Si quæras quod aliis vtile sit, non tibi; inde tibi amplior excreuit fructus: sicut qui seminat semen suum, vbi dispergit, colligit; vbi seminat, meret. Ita de Rege dicit Salomon: *Rex, qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in aeternum firmabitur.*

Et generatum de iusto: *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est; iter autem impiorum decipiet eos.* Quare decipiet: quia videtur illos ducere ad ciuitatem habitationis, ad loca pingua, ad temporalia commoda, sed ducit in interitum & perditionem. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.* Nouit Dominus custodiens ambulantes ab omni malo. Peribit autem iter impiorum, tum quod pereuntes facit impios, tum quod impeditur & truncatur, vt ultra non procedatur. Terminos habet iter istud, statur in illo, ne ad id, quod promittebat, perueniatur. Ergo cum, qui negligit damnum propter amicum, iustus sit, viam pergit iustorum, dum id præstat. Sed, *In semita iustitia, vita: iter autem deorum ducit ad mortem.*

Prov. 29.
21.

Ioh 11. 45.

tem. Qui ergo sic damaum negligit, vt pro proximo illud pati non vereatur, maximum sibi comparat emolumentum.

8. Addit tertiam partem Apostolus dicens:

1. Cor. 13. 2. *Vnusquisq; proximo suo placeat ad edificationem.* Hoc docuit Christus in opere isto bono, pro quo passus est. Nam discipulis reuelans Lazari mortem dixit: *Gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi.*

15. Patrem rogans pro vita defuncti, dixit:

42. *Propter populum, qui circumstat, dixi: Vt credant, quia tu me misisti.* Et denique viso miraculo, tunc crediderunt. Vide quam bonum sit hoc. Deus hominem conditurus dixit: *Faciamus hominem ad imaginem,*

Gen. 1. 26.

& similitudinem nostram. Qui dicunt, *faciamus*, plures sunt. Et hi plures dum dicunt; *faciamus*; idem dicunt, in eodē verbo conuenientes; Quo etiam in verbo se mutuo quodammodo hortantur, & excitant ad opus hominis constituendum. Dicere vero, *ad imaginem nostram*, argumentum est, quod se mutuo respiciant, & eandem in se ipsis videant pulchritudinem, ad cuius imaginem hominem effingant & figurent, cuius pulchritudinis visu veluti excitentur ad eius similitudinem efformandam, quasi dicant. Quamobrem tantam nostram pulchritudinem, quæ nobis spectata est semper, non extra nos quoq; cogitamus faciamus, & expressam? ergo faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Si hoc pacto diuinæ personæ loquuntur & operantur, quarum vnaquæque Deus est, & vnus Deus, quanta dignatio est Maiestatis excellæ, quod ad perficiendam imaginem sui creatam, homini dicat: *Faciamus hominem ad similitudinem nostram:* Qui iustus est, imaginem portat cælestis atq; diuinæ pulchritudinis, vt in eo diuinæ pulchritudinis imago resplendeat. *Sapientia enim, qua in animas sanctas se transfert, & amicos Dei constituit,*

Gen. 1. 26.

Gen. 1. 26.

Sap. 7. 16.

17. *imago est bonitatis illius;* & propterea communem quandam pulchritudinem facit, Dei & hominis; id est facit, vt hominis pulchritudo sit illi cum Deo communis: vt qui iusto sit similis, etiam Dei in se portet similitudinem; ad quam vt effingat homines, iustum alloquitur dicens: *Faciamus*

Gen. 1. 26.

hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Consentit iustus proximo placens ad ædificationem, viuens inter gentes, sicut luminare in mundo, moribus suis diuinam exponens hominibus similitudinem.

Ad hoc incitatur à Deo, qui videns in homine speciem suam & pulchritudinem, renouat intentionem suam, qua hominem condidit, perficit operationem suam, qua fecit illum ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum. Eia ergo & nunc fiat verbum Domini. Personæ illæ diuinæ vna conuenerunt, communi actione operatæ suat: *Ei creauit Deus hominē ad imaginem.* Venite, venite homines vocati in consortium sermonum Dei, operis Dei. Dicite & vos Deo. *Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Da nobis, Omnipotens Deus, virtutem, & fortitudinem ad tantum opus tibi commune, & nobis; tuæ Maiestati, & nostræ fragilitati: sis tu adiutorium nostrum, qui fecisti cælum & terram, vt & nos adiutores Dei simus ad efformandam nouam creaturam, factam ad imaginem eius, qui creauit illam. Operamini, operamini opus Dei, Dei sit vestrum opus, vestrum sit opus Dei. Heu an forte timetis mortem? Deus facturus hominē, hominem seipsum nouit esse facturū. Homines nouit se facere, a quibus ipse homo factus fuerat interficiendus. Neq; propterea tamen à condendo destitit hominem. Ergo nolite timere, nolite metuere. Tanto expressior erit in vobis si id aduenerit, imago Dei, tanto distinctius, & apertius illum referetis, qui est imago Dei inuisibilis, propius eò magis ad Christum acceditis, qui, vt in homines similitudinem Patris, qua essent filii Dei, imprimeret illustrius, & etiā exprimeret euentius, ipsis omnium virtutum exemplum factus est, & vniuersæ forma perfectionis; & ea causa inuidiam subit impiorum, quin & mortem obiit. Hoc nos ad proximorum ædificationem animat, hoc nos impellit, hoc (inquam) cogit. A quo quid longius, quid remotius, quid contrarium magis, quam iis scandalo esse, qui nos nouerunt? quibus eum vitam ducimus? qui nostros mores diligentius intuentur?

Gen. 1. 27.

- 9 *Quamobrem Deus ducem Iosue signis magnificauit, atque portentis? Ut sciant, (inquit Deus ipse) quod sicut cum Moyse fuit, ita tecum sum. Ut timerent eum (dicit Scriptura) sicut timuerunt Moysen, dum adhuc uiueret.* Signa sanctitatis, signis potentiora sunt potestatis. Hic, quem Deus magnificat, Deus cum eo est, hunc omnes timeant, hunc omnes venerentur, hunc sequantur, hunc imitentur. Ita enim conformes fient imagini Dei: sicut dixit ille, in quo non ipse uiuebat, sed Christus *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.* Ergo qui id non prestat, sine Deo est in hoc mundo, qui eiusmodi hominem imitantur, elongantur a Deo. Homo iste non cessat loqui aduersus Deum, opera eius mala sunt, quibus scandalizat pusillos, & cum perdit prauis moribus suis, pro quo Christus mortuus est. *Vir iracundus prouocat rixas: lubricus luxurias, auarus cupiditates, superbus elationes, inuidus amulationes, torpores piger, epulator comestationes, potator vini ebrietates.* Verum est enim *Pro. 13. 20.* *Proverbium: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stulcorum, similis efficietur.* Heu quanta pernicies hominum vitiosorum, quantum peccatorum, quantum incommodorum sunt causa? *Vnus Iudas traxit ad murmuracionem irrationabilem reliquos quoque Apostolos: Principes Iudeorum contra veritatem populum in suum exterminium incitauerunt, & totus mundus in maligno positus est, propter malignantes & facientes iniquitates.*

1. *Tom. 5.*
29.

SECUNDA PARS.

- 10 *Reuiter iam tandem de secundo dicamus, quod Passionis Domini causa fuit, vel occasio uidelicet de vnctione. Vbi Maria accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti.* Liceat hic mihi Dominum interrogare: *Domine, quo vadu?* Audi enim illum respondentem: *Vado ad eum, qui misit me.* Per quam viam ambulat? si interrogem. Erit illius responsio mollis. Per

2. *Tom. 16.*
5.

Passionem, & Crucem. *Vt quid ergo vnctione admittis ex vnguento pretioso danti suauitatem odoris? Nobis nos ipsos ieiunio affligentibus ita iussit: cum ieiunias, unge caput tuum.* Nunc ipse vadens ad subendas summus afflictiones, ungit pedes suos. An quia ore, quod est in capite, ieiunamus, ieiunantes caput unguimus, pedes vero ipse, quia per hoc verbum: *Vado*; suam exprimit Passionem; dicens: *Filius hominis vadit.* Oleum, quo sunt vnctiones istae, dicitur oleum laetitiae; quia in tribulationibus, sine assumptis, siue illatis ire debemus gaudentes adeo, ut & gloriemur in illis? Quale vero gaudium est Christo pati pro nobis, quandoquidem dicit in cana: *Desidero desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar?* Quale gaudium illi, qui benedictus veniens in nomine Domini, vult se Agnum immaculatum exhibeat, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, inuenit a sellum & sedit super eum, ut a laetantibus & cantantibus turbis excipiat, & impleatur Prophetia illa. *Exulta filia Syon, tubila filia Ierusalem, ecce Rex tuus, venit tibi iustus & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinae.* Iam ergo laetum excipiunt, qui oleo laetitiae propterea voluit ungi pedes suos, & ut persuasum nobis esset, vnctionem hanc ad suam Passionem pertinere; de illa sumpsit traditor occasionem illius tradendi, ut lucrum ex corpore compeularet, in quo illud se perdidisse arbitrabatur.

Rursus, ut murmur sedaret obloquentis dixit: *Sinite illam, ut in diem sepulturae meae seruet illud.* Quemadmodum seruat in die sepulturae id, quod totum nunc in illum versat fracto alabastro? Propterea quod ipse hanc vnctionem accepit pro illa, qua facere voluisset in sepultura eius. Mihi vnctio ista loco illius est. Virtus vnctionem volo, ut expeditus ad mortem pergam, mortuum unget Spiritus sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Tunc repletus est gaudio totus Christus, cui non pedes modo vncti sunt oleo laetitiae, sed cor & caro eius exultauerunt in Deum viuum, & in DEO viuos nam in homine mortuo soli pedes, qui illum deduxerunt in mor-

in mortem, soli affectus, quibus fertur anima, quocumque fertur. A mor ille est zelus, indignatio contra diabolum, & contra peccatum. *Indignatio*, inquit, *mea ipsa auxiliata est mihi*. Isti sunt pedes vncti ab ipso. Occultum fuit gaudium, quia occulti pedes, non videbatur exterius charitas illa tua, non zelus, non pugna contra diabolum: putabatur inuitus mori ex demerito proprio, vt reus mortis, & nõ valens de Cruce descendere. Quomodo ergo videtur læticia cordis eius, qui dicebat: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*? Ergo oleum istud læticiae fortitudo erat, qua lætanter, & glorianter ibat ad Crucem, id est constanter, indubitanter, confidenter.

12 Ecce nunc audistis Mysterium, accipite documentum, & documentum duplex. Alterum ab Vncto; alterum ab Vngente. Ab illo, vt læti, & constantes sustineamus aduersa. Ab ista, vt sustinentibus illa, compatiatur, subsidium, quod possumus, suppeditantes.

13 Vtrumque complexus est Apostolus scribens ad Hebræos: *Et vincita compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis*. Cur vero debeamus in aduersitatibus gaudere, ibi demonstrat Apostolus subdens immediate: *Cognoscetes vos habere meliorem, & manentem substantiam*: Ac si dicat: Tanta est bonorum, quæ speratis, præstantia, tantumque in hac spe gaudentes esse vos conuenit, vt præsentium bonorum subtractio à spe illa, & ab illius gaudio deiicere vos nequaquam valeat. Collatio futurorum cum præsentibus si fiat, sic replet gaudio, vt quia illud possidet animus, tristitia locum dare non possit. Futura præsentibus sunt meliora multo, manent illi in seculum sæculi. Transeunt ista omnia tanquam vmbræ, cum vere vmbræ sint non solida ac substantia; vt non minus sua leuitate, & breuitate crucient, quam sua passione delectent. At vero ab eis cor nostrum, illorum abstrahit subtractio, vt ad futura transferatur. Quod dum fit, tranquillatur cor, manentibus bonis nixum, atque præstantibus, & incipit illorum dulcedi-

nem prægustare. Vide quid dicit Salomon in parabola: *Erudi filium tuum, Pro 29. 17 & refrigerabit te, & dabit delicias anima tue.*

Potest ne Pater filium contristare, vt non tristetur & ipse? Sed erudiens affligitur, postea refrigerabitur, & fruetur delictis anima sua gaudens in illo. Parabola ista est causæ, & facti instantis. Si principio sustinueris, in nouissimo gaudebis, neque diu differetur præstolatio tua, neque procul, & de vltimis finibus gaudium eius erit. Aduerte mysterium, vt siccaetur Iordanis alueus, habuerunt Sacerdotes pedes in aquis illius tingere. Ingressisque eis in Iordanem, & pedibus eorum in parte tinctis (Iordanis autem, ripas alui sui tempore messis impleuerat) steterunt aquæ descendentes in locum vnum, inferiores autem defecerunt. Planum est autem illos stetisse in Iordanis medio, vt ibi scriptum est, donec transfret omnis populus. Ergo mox vt aquas tetigerunt, sicca- tus est alueus, vt per siccam venirent vsque ad medium eius. Ingressi benedicte Domini, libens aduersa complectere, & mox cessabunt aduersari, amara in dulcia conuertentur. Sint magna, quantumlibet impleuerint aquæ Iordanis ripas suas; sit tribulatio magna, vade tu contra illam, & ad locum peruenies, vbi profundiores esse deberent, & arenam inuenies alueum, crescente cordis læticia, quæ omni tristitia exinaniam illud. *Quid times* si Arcam feras Domini Dei vniuersæ terræ? sit super te Dominus vniuersæ terræ, & nihil in vniuersa terra præualebit tibi. Cautè enim Iosue Deum vocauit Dominum vniuersæ terræ, vt certo scirent, non timenda iis mala, quibuscum est, qui Dominus vniuersorum est. Propter hoc Dominus Iesus ita libens admisit vnctionem, quæ suam sepulturam portendebat; & opus illud causantes represit. Sic ostendens, libere nos aduersus aduersa debere procedere, & ab hoc retrahentes vera atque euidenti ratione compefcere.

Quod vero Sacerdotes Arcam portantes pedes aqua imbuerunt, vt populus per alueum arenam sicco pede transfret; Id

Kkkk 3 signi-

significatur, quod in aquis tribulationum ipsi constanter agentes, cæteris, & compatiatur, & præsidio sumus. Ideo enim non inde ascenderunt Sacerdotes, donec vel vnus reliquus esset, qui non transisset.

- Ios. 4. 11.** *Cum que transissent omnes, transiit & Arca Domini: Sacerdotesque pergebant ante populum.* Vide Dominum misericordia motum super viduam, cuius vnicus filius adolefcens mortuus erat. Vide illum lacrymantem ad monumentum Lazari, dum videret Mariam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes. Vide illum tot infirmos sanare, tot mortuos suscitare; & ipse tradidit in mortem animam suam, & dolores nostros ipse portauit. Audi & Apostolum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Fœlix Maria, quæ Christo compatiens vnixisti pedes eius, nec sumptibus pepercisti, fundens oleum, quod trecentis denariis vendi potuit *Holocausia medullata offeram tibi*: Canit Psalter. Quid est tenerrima medulla, nisi cordis intima compassio. Fortis est valde, qui multa præditus est medulla; fortis est robore, qui mollis est corde; fert viriliter, qui misere compatitur; qui mouetur misericordia, stabilis est, & immotus virtute constantia. Contra vero qui aliis durus est, molliter sibi ipsi blanditur. Nam vbi non est medulla, non est vigor.
- Pro. 31. 19.** *Fortis mulier, quæ manum suam misit ad fortia. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* Qui autem insidiatur, ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum, inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit. Potestatem exercens, & duntaxat, inclinabit se, & cadet, non poterit sua virtute subsistere; vel dum se inclinatur, ut inferiorem premat, cadet ipse, vadens absque fortitudine à facie tribulantis; recipiens ab aliis, quod in alios egit. Ergo estote misericordes, ut & vos luis in protectione Dei cœ-

li, habitantes in adiutorio Altissimi, cui est honor & gloria in sæcula. Amen.

MORALE.

DVo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ; & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Quam digna, quam nixa ratione est (ambo vos) querimonia ista omnipotentis Dei? Aduersus populum suum est; aduersus eos, videlicet, qui plurimus ab eo affecti sunt beneficiis; qui ex cæteris nationibus delecti, in illius seruitutem addicti sunt; qui se volentarie in illius obsequium tradiderunt, his conditiones spectat lamentatio, non hos, vel illos, non hanc, aut illam gentem; Quæ vbi sunt ampliores, in eos virget magis querula ista vox: dicit enim: *Duo mala fecit populus meus.* Qui est meus populus, qui sunt serui mei, qui filii, qui a me maxime sunt dilecti, hi in meam tuant offensam, qui obsequium mihi præstare tenentur. Quot bona debent agere, tot mala petunt, petrare non cessant. Hec nimis ad nos ista decurrit increpatio: nobis, quod reprehenditur in Iudæis, vitiò in primis vitur. Veteres illi reprehensi, Deum, cuius cultui addicti erant, derelinquentes, Diis alienis adhærebant. Qui illis ex se bona omnia præstiterat verus Deus, fons aquæ viuæ in exhaustus, ab eo recesserunt, illum spreuerunt, & alienum deputauerunt. Deos vero, quos ignorauerunt patres eorum, qui noui recentisque venerunt, ipsi metibus fabricauerunt, sibi constituerunt, labore, sumptu, arte fecerunt eos, quod fuit cisternas fodere, vbi fons aquæ viuæ per se scaturiebat. Quæ cisternæ non producant ex se fluctus, nõ aquam produunt, suum est dundaxat eas continere, quæ in illas fluunt. Diji isti opera manuum hominum neque boni quidquam, quod præbeant, neque etiam illis aliunde veniret, id tamen continere atque conseruare valerent, cisternarum dissipatarum instar, quæ quantumuis recipiant aquam, ex ea nihil in eis manent. Quam ergo contra rationem est, eum, qui bona cuncta concedit, sponte

sponte derelinquere, & pro iis laborare, à quibus nullum speratur emolumentum? hoc faciebat populus ille vetus, ingratus, exasperans; propterea tam multa mala perpessus est.

17 Nunc videamus quid fecerint. Auctorem vitæ interfecerunt, & sibi homicidam donari petierunt. Non dereliquerunt modo, sed destruxerunt fontem aquæ vitæ; non cisternas dissipatas modo, sed dissipantes foderunt sibi, nempe virum homicidam. O mala! Audistis malum primum huius perfidæ gentis? En fons aquæ vitæ, qui dicit: *Ego sum resurrectio & vita*: qui mortuum viuificat, dans aquam vitæ gratis. At quomodo relinquunt? Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Et dederunt in mandatis, vt si quis cognouerit ubi sit, iudicet eis, vt apprehendant eum. Hoc Iudæi: Iudas, qui fuerat eum traditurus, quid spectat? *Fur erat, & oculos habens, ea, quæ mittebantur portabat.* Vnde ait. *Quare unguentum hoc hoc non venit trecentis denarijs?* Denarios cogitat, pecuniam versat in mente, ad lucrum anhelat. Sed sibi sua cisterna nihil prodegit: Nam proiectis argenteis, laqueo se suspendit. Cum reliquis Iudæis relinquit fontem aquæ vitæ, & sic relinquit, vt obstruat, vt restinguat, vt sicet. Per se sibi cisternam fodit, industria sibi comparat lucrum, quod retinere non valet.

18 Hæc sunt duo mala, quæ fecit populus Christianus. A Christo recedunt, ad mundum accedunt; fontem dimittunt, in cisternas immittunt; dat fons aquas, cisterna recipit. A Christo bona cuncta procedunt in mundo bona cuncta decedunt. Et Christus tamen relinquitur, mundus requiritur. An non Christum dereliquit, qui Paulum dereliquit, in quo vivebat Christus & loquebatur? & propter quid dereliquit? vt sæculo adhereret. *Demas* (inquit) *me reliquit, diligens hoc seculum.* Deum derelinquit, qui diligit mundum. *Nemo potest duobus Dominis seruire, aut enim unum odio habebit, & alterum diliget.* Seruit qui diligit, derelinquit qui odit. Ergo qui voluerit amicus esse huius mundi,

inimicus Dei constituitur. *Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.* Heus tu, qui diligit mundum, recordare, quod Deus & mundus sibi inuicem aduersantur: quod Dominus dixit: *Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Ergo qui de mundo isto est, cum Christo non est. Rursus memor esto verbi sui: *Qui non est mecum, contra me est.* Ergo si diligit mundum, aduersarius es Christi. Ergo si diligit mundum, Christum odio habes. Ergo si diligit mundum, factus es inimicus Dei. Et quare Iudas illum tradidit? vt pecuniæ obediret. Cur fecit dolum? quia studuit auaritiæ. Pharisei propter quid Christum deridebant? quia erant auari. Quare extra vineam eiectum interfecerunt? *Venite* (inquiunt) *occidamus eum, & nostra erit hereditas.* Et mundum diliges ergo, ex cuius concupiscentia tanta procedit ruinarum plenitudo? Vnde Deus deseritur? Interficitur Christus? salus intercluditur: clauditur fons aquæ vitæ, vt siti omnes intercant?

Clamat Ioannes: *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt.* Dilectio mundi est his, quæ in mundo sunt, adherere. Vnde perditur charitas Patris, amor Dei, dilectio Christi, & possessio omnis boni. Quid, quid, quæso, in mundo est, quod æque apud vos valeat, atque Deus? imo quod tantum valeat apud vos, vt nihil Deus valeat? Vt pro nihilo habeatis gratiam desiderabilem, gloriam immarcescibilem, vitam interminabilem? Audi *Ierem, 5. 21* *popule stulte, & qui non habes cor.* Data lege de cælo, subiunxit Dominus loquens ad Moysen: *Hac dices filiis Israel: Vos vidistis, quod de cælo locus sum vobis. Non facietis Deos argenteos, neque Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi.* Quid intendit Deus? Confer duo ista: De cælo loquentem Deum: & de argento, & auro confictos Deos. Quid diis falsis ad verum Deum? omnes dii gentium demonia. Deus autem cælos fecit. Sint illi de argento, sint de auro; Deus de cælo suam ostendit Maiestatem in igne, in fumo, in tubarum strepitu. Tanta maiestas illa fuit, vt diceret populus: *Non loquatur nobis*

nobis Dominus, ne forte moriamur. Dii isti sunt opera manuum hominum, vile quid, populare, familiare. Non facietis (inquit.)

23. Non dico vobis: Non adoretis deos aliunde venientes. dico: Non facietis. An licebit, an audebitis Deum maximum deferere, cuius vocem ferre non valeatis, propter ea, quæ vos ipsi arte vestra, atque industria feceritis? Argentum & aurum maioris erit pretii apud vos, quam ille, qui

Iob. 3. 31.

fecit cælum & terram? *Qui de cælo venit, super omnes est:* & vos de terra sumptum argentum & aurum anteponetis ei, qui de cælo locutus est vobis? Et vos, qui Christiana professione censemini, Christo, qui de cælo venit, missus à Patre, terrena præponetis? Qua in re vestris fortunis, vestris commodis, vestræ felicitati, & requie, præsidium constitutum esse arbitramini? In incerto dinitiarum, an in Deo vivo? In diis argenteis & aureis, qui mortui sunt, & non est spiritus in ore ipsorum, an in eo, qui est Deus vivens in sæcula, in cuius manu sunt omnes fines terræ, & cæli cælorum? Qui stultissimus homo, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti, & auri pondus omne æquabit Altissimo? *Vidistis quod de cælo locutus sum vobis. Non factus deos argenteos, neque deos aureos.* Species auri non vos seducat, ut plus valeat apud vos, quam species cæli, quam lex Dei, quam vox Altitonantis, *Qui timet hominem, cito corruiet: qui sperat in Domino subleuabitur.* Corruit, qui timet hominem; & stabit, qui timet statuam, quæ stare per se non potest, nisi ab alio statuatur? Time Deum, & spera in eo, & non corrueris; sed si forte cecideris, magis subleuaberis. Et quid mundus est? homo, statua, umbra, figura, rota, quæ nunquam in eodem statu permanet. Et tu statueris, non in se stanti adhærens?

20

Hominem sibi delegit populus, quem audiret, sed non hominem quemcunque, verum qui, quæ de Deo audisset, loqueretur. *Loquere tu nobis & audiemus.* O vos qui de ore hominis auditis verbum Domini, num Domino adhæretis? Num mundum reliquistis? Num existis de Æ-

Exo. 20. 22

gypto? Heu adhuc vos de mundo hoc estis. Pluris argentum facitis & aurum, quam Deum de cælo loquentem, quam illius verba posita in ore hominis. *Quis est ille homo? Prophetam suscitabo similem tui.* Hic est filius hominis. *Quis est iste filius hominis? Audi Ioannem: Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.* Deus factus homo. Timore Deus, amore impellit homo. Moysen audientes, Deum audiebant. Et novus homo noster ait: *Qui me audit, audit eum, qui nescit.* Semel locutus est Deus, tribus annis locutus est homo. Continue emittit verbum suum, loquens per Apostolos suos, per Ecclesiam suam, & per ministros noui testamenti. Iam molli sunt sermones eius super oleum, ut ingrediantur sicut aqua in interiora vestra, & sicut oleum ossibus vestris. Heu oleum effusum est sanctæ prædicationis, ut monitum illud necesse fuerit nobis dari. *Vbi auditus non est, non est funda sermonem.* Dulcia sic sunt eloquia sua, & non est tamen, qui audiat, qui custodiat. An non plus valere debet amor, quam timor? Territi illi veteres à voce Domini de cælo loquentis, promiserunt se Moysen audituros: & non tanta dulcedine illecti obdurabimus corda nostra, ut non faciamus quæ præcepta sunt? Quid putas post veritos aureos deos, & argenteos subdidit: *Altare de terra facietis mihi.* Vox de cælo, altare de terra. Ibi altitudo, hic profundum. Ibi terror, hic delectationis illecebra. Ergo audite sapientiam, que implet totam terram, dicens: *Ego quasi irames aqua in mensa de fluuio.* Et tamen vocauit aridam Terram, & tamen ossa nostra sicca sunt vehementer. Quid igitur obsurdescitis miseri? surgite, comitamini turbas plaudentes à conspectu Domini. Suscipite verbum Domini, sedens super Asellum, veniens de prope humilis, iustus, pauper, Saluator, extra quem non salus est, cum quo bona omnia, cui sit laus, & gloria in sæcula.

Amen.

FERIA

FERIA II. DOMINICÆ
IN RAMIS PALMARVM.

CONCIO PRIMA.

Attendite vobis, ne forte gra-
uentur corda vestra in crapu-
la. *LUC. 21. 34.*

ARGVMENTVM.

De cordis purificatione. Quam congru-
ens sit Passionis tempore. Modus cordis
purificandi assignatur, qui est per ieiu-
nium. Motiua sunt, amor & timor.

pore cordis purificatio. Secundum est mo-
dus huius purificationis assequenda per
ieiunium, atque à curis huius sæculi ab-
stractionem. Circa primum obseruo in
primis, quod Sanctus Lucas Euangelista,
Christi doctrinam ista lectione conclu-
dit. Qua conclusione facta, mox accedit
ad eiuſdem describendam Passionem; Vt
ita coniungatur & lectio & passio, quod
lectio immediate Passionem anteuertat.
Vt non incongrue Ecclesia ista Mediola-
nensis autè passionem, lectionem istam
legat. Obseruo rursus, quod in hac lectio-
ne Lucas Euangelista præmissa monitio-
ne non aggrauandi in crapula, &c. mo-
rem Christi communem tangit, quo erat
diebus docens in templo, noctibus vero exi-
ens, morabatur in monte, qui vocatur oliueti.
Quod facit ad explicandum cur, & quo-
modo nocte, qua comprehensus est, exie-
rat orare in mote oliueti, & Iudas noverat
hanc Domini Iesu consuetudinem. Vbi
notamus, quod locus orationis, locus fuit
inchoationis patendi pro nobis, vt con-
iungeret cum oratione passionem, orans
ad Deum, simulque contra diabolum pu-
gnans. Sic enim orante Moyſe, Iosue pu-
gnabat contra Amalec. Quæ præceptio,
& quæ pugna mysterium istud portende-
bant. Pugna enim singularis illa fuit quam
intulit Amalec populo Dei, quando pri-
ma fuit, quam passus est populus, extens
de Ægypto, quam ideo Deus voluit me-
monie tradi. Ita enim monuit Moyſes an-
te mortem suam post 40. annos. *Memen-
to, quæ fecerit tibi Amalec in via, quando
egrediebaris ex Ægypto, quomodo occurre-
rit tibi, & extremos agminis tui, qui lassii re-
sistebant, ceciderit. Quando tu eras fame, &
labore confectus, & non timueris Deum.
Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi
requiem, & subieceris cunctas per circui-
tum nationes in Terra, quam tibi pollicitus
est, delebit nomen eius sub caelo. Cauene ob-
liuiscaris.* Et hæc est causa, quam obrem
mox erecto regno in populo, Sauli primo
Regi iussu est, vt deleteret Amalec. Nam
& parta victoria per Iosue, dixit Dominus
ad Moyſen: *Scribe hoc ob monumentum
in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim*

Ioh. 18. 2.

Exo. 17. 8.

Deu. 25. 17

1. Reg. 15. 2.

Exo. 17. 14.

PROVERBIVM illud sapientis: *Qui
moderatur sermones suos, prudens
& doctus est, & pretiosus spiritus vir
eruditus*: multum quadrat cum
sapientia sancti, magnique do-
ctoris nec non & magni Antistitis Beati
Ambrosii, qui sermones, quos in negotiis
habebat cum hominibus, & quos in Ec-
clesia habebat ad populum, ita moderaba-
tur, vt inde fructum magnum traheret,
Diuinamque maiestatem itidem honora-
ret. Neque illos tantum, sed hos quoque,
quos in Ecclesia statuit esse legēdos, nem-
pe lectiones Euangelicas: quas sic est mo-
deratus, vt cum temporibus, atque myſte-
riis ecclesiasticis optime conueniant. Id
quod maxime hodie in lectione manife-
stum est, quæ alicui forte posset à propo-
sito ac tempore aliena videri, & congruit ta-
men excellenter: vt tractaturi de Passio-
ne Domini, corda seruemus leuia, munda,
atque erecta ad tā insignia diuina my-
steria, vt vere prudens, vere doctus, vere
pretiosus spiritus animique nobilissimi exi-
stimandus atque prædicandus sit. Hanc
igitur sacram lectionem profundius attē-
damus, atque perferetetur.

2. Duo in illa considerantes. Primum est,
quomodo conuenit cum hoc sacro tem-
Tom. II. Belliniani.

memoriam Amalec sub celo. Edificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius. Dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationem. Significat ergo pugna ista bellum Domini, quod habuit contra diabolum, & quod Christianus populus sustinet, dum uiuit.

Mat. 3. 16. Sicutenim baptizatus Dominus, mox in deserto tentatus est à diabolo. Ita nostrum

Ex. 4. 2. quilibet ascriptus in militia cœlesti per Baptismum, & per Sacramentum confirmationis, armatus palæstram ingreditur ad

Ex. d. 17. 8. pugnandum. Sicut populus transito maris rubro, qui transitus, ut exponit Paulus, baptismum significat, impetitus est

1. Reg. 15. 2 ab hoc hoste Amalec. Ideo & memoria conseruari uoluit: propter quam & librum scripsit Moyses, & erexit altare; & iam ad præpromissionis terra, bellum contra hunc hostem instituit, quod tanti fecit Deus, ut Saulem Regem a se abiecerit, quod in bello gerendo non se obtemperanter habuerit erga Deum, & Samuelem.

10. Et per altare erectum à Moysè declaratum est, debere hoc bellum esse perpetuum; quia manus (inquit) solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem. Ut vere crux sit altare, cuius nomen uocatur: Dominus exaltatio mea: quia per crucem Deus exaltauit filium suum, qui exaltatus, omnia ad se traxit; ut regnet super omnes gentes. Ut igitur figuræ ueritas responderet, sicut ergo & oratione, & operatione pugnatum est contra Amalec; Ita Christus orans prælium istud aggressus est. Vide mysteriõrum profunditatem.

Exo. 17. 16. Vbi de duobus instrumur. Primum est, quod ad contemplandam Domini Passionem orantes accedere debemus: orationem nostram cum illius Passione coniungentes, ut dum ille quasi Iosue pugnat, nos cum Moysè in monte leuantes puras manus, dirigamus ad Deum orationem nostram. Quæ est una causa, quare ieiunandum sit, quoniam corporali ieiunio mens eleuatur. Secundum est, ut sciamus institutum esse iam bellum contra perpetuum inimicum nostrum diabolum, qui egref-

Ioh. 12. 32. sos de Ægypto inuadit, molestus continet in via hac, qua gradimur ad promissam nobis cœlestem patriam. Cui quoque pugnat Dominus, iam baptizatus, ieiunium quoque præmisit, sicut testatur Euangelistæ dicens: Cum ieiunasset 40. diebus, & 40. noctibus postea esuriit. Et accedens tentatur. Caro enim nostra gladius est diaboli, quæ illi de manu trahimus, dum illum ieiunio mortificamus. Merito igitur, Passionem meditates, in qua Christus pro nobis pugnat, ieiunio nos munire debemus, ne forte arma demus hosti comuni, quem Dominus hoc in prælio debellare constituit. Duo ergo à nobis ieiunium petit, alterum est oratio, alterum pugna, quæ duo diuisus in hoc mysterio esse coniuncta. Oratio quippe, ut domita carne, mens liberius ad intendendam crucem, uelocius eleuetur. Pugna uero, ut ne dum hosti Christi prosternitur, vires ex petulantia nostra resumant, & augeat.

Ratio autem, quæ ex oratione defumitur, hoc pacto roboratur, quod maxime oratio huic mysterio debeatur, eo quod mysterium sit altissimum, ut nisi mentibus purgatissimis aditus pateat ad illud bene percipiendum. Id quod ex pluribus declaratur. Primo ex hoc quod in passione Depatitur, quod aures nostræ audientes, horrere uidentur. Quæ enim mens capiat, uel etiam credat, Deum, qui est ipsissima beatitudo, passionem, dolorem, uel minimum quidquam incommoditatis admittere posse in se? tamen uerum est, quia qui uere Filius Dei est, & uerus Deus, is idem & non alius crucifixus est, mortuus, & sepultus. Ut qui in lege ueteri per metaphoram dicebatur, a tractus dolore cordis intrinsecus, b pœnitens, c patiens, d dolens, e irascens, f laborans, & huiusmodi, iam per ueritatem, istas passiones toleraret. Et ideo factus est homo, ut illius humanitas in se reciperet, quæ Diuinitas propter suam excellentiam profus auefatur. Et cum idem sit, qui utranque naturam habet, quod in ueritate recipere non potest, admittit in alia. Neque enim propterea homo quisquam non in corpore, in manu, aut in pede.

Neque propterea idcirco non offenditur, quia in carne tantum offenditur, non in parte anima. Sed verè & lætatur, & offenditur, quia vnus est, idemq; qui in parte aliqua lætatur, & in parte offenditur. Ad quod facit similitudo illa: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lumen erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosus erit.* Lumen quippe oculorum toti corpori deseruit, vt manus, quæ per se non videt, aut pes, aut quodcunque aliud membrum, in oculo autem per oculum videat. Si oculus autem in tenebris sit non videns, totum corpus rectè dicitur in tenebris esse, & absolute dicitur homo videre, vel non videre, si in oculo videat, vel non videat. Sic operatur, si operatur manus; sic ambulat, pede ambulante; pede verò non ambulante, homo ipse totus dicitur non ambulare. Ergò Christus, qui Deus est, & homo, si in humanitate patitur, patitur absolute; vt absolute verum sit, quòd Christus, quòd Deus patitur, sicut è contrario Diuinitate creante, creat Christus; creat homo. Hæc quæ Dei sunt, animalis homo non percipit: spiritualis ergò euadendus est, vt ista, quæ sublimia sunt, percipere possit. Rursus difficile apprehendimus, quomodo eadem quoque humanitas, quæ summam iam possidet fœlicitatem, videns videlicet Deum facie ad faciem, eoquæ fruens perfectissimè, vnde plenum est gaudium eius, possit simul cum tanta beatitudine verè dolore. Esto, quòd temporalis, & leuis nisus, dolore misceatur: At gaudium illud plenum, & superfluens, quomodo vel minimum potest dolorem admittere? hoc arduum est, hoc valde à sensibus nostris remotum. Et tamen verum est, quòd idem & beatissimus comprehensor fuit, & de torrente in via bibens, dixit: *Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Pater, si vis transfer calicem hunc à me, vt non bibam illum.* Esto, dicatur, beatus erat in portione superiori, miser in inferiori. Quomodo non in superiori quoque miser, vbi amans Deum, de illius offensione tristatur? Neque enim alibi amor, alibi dolor amons effectus & comes. Ad hæc ergò quis idoneus?

Rursus, cum Dei sit æquissimum decretum, vt anima, quæ peccauerit, ipsa moriatur. & Pater non portet iniquitatem filij, neq; filius portet iniquitatem Patris; iustum nè est, vt iustus moriatur, & qui peccatum non fecit, flagellis peccatoris subiciatur? & tamen diuina iustitia dicente, Iustus perit, Innocens flagellatur, deficit sanctus, innocens manibus & mundo corde; in quo Pater sibi benè complacuit, tanquam in dilecto, & carissimo filio; quem tamen ad agricolas misit, qui eiecerunt illum de vinea, crudeliter occiderunt. Quis hæc intelligat? Quis non titubet etiam audiens vocem Domini? Nuaquid non via mea æqua est? Verè enim, Vniuersæ Domini misericordia, & veritas. Inuitum enim non adegit, sed vltro se offerentem atque dicentem: *Holocaustum & pro peccato non postulasti. Tunc dixi: Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Atque ita oblati sunt, quia ipse voluit. Quare autem vis, Domine, portare dolores nostros, nostrasq; iniquitates? *Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Hoc enim modo commendat. *Deus charitatem suam in nobis.* Quæ cum nimia sit, quis idoneus illam mente percipere, atque notitia assequi? O ergò quanta cordis munditia opus est? Rursus. Esto, Pater miserit filium Saluatorem mundi, qui vt saluandos saluaret gratis, eorum peccata in corpore suo sit portare dignatus; Quare non ipse se ipsum afflixit, sicut veteri populo præcipiebat, vt ipsi se affligerent? Aut cur non impletum est, quod per Isaiam iam olim Pater dixerat: *Propter scelus populi mei percussit eum; præsertim cum & ipse idem dixerit Propheta: Vidimus eum in despectum, virum dolrum, & scientem infirmitatem: & nos reputauimus eum quasi percussum à Deo, & humiliatum.* Et Filius apud Patrem: *In me transferunt ira tua, & terrores tui conturbauerunt me. Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Calicem quippe dedit illi Pater, quem libens bibit. An traditus est in manus peccatorum, qui prolongauerunt iniquitatem suam, qui inique persecuti sunt, & odio*

LIII 2 habue-

Mat. 11. 34.

1 Cor. 1. 14.

Matth. 26.

Lac. 12. 42.

Exech. 18.

Matth. 17. 5.

Exech. 18.

Psal. 24.

Psal. 39. 7.

Isa. 53. 7.

Iob. 14. 31.

Rom. 5. 8.

Leuit. 16.

Isa. 53. 8.

Psal. 87. 17.

Psal. 21. 1.

Psal. 118. 3.

118. 86. habuerunt illum gratis, addentes prauari-
 68. 5. cationem. Vbi tamen venturus dicitur, vt
 Dan. 9. 24. consummetur prauaricatio, & finem acci-
 cipat peccatum, & deleatur iniquitas, &
 adducatur iustitia sempiterna. Quoniam
 modo hæc sibi consentiant, vt tunc redi-
 matur Israël ex omnibus iniquitatibus suis,
 Psal. 119. 8. quando ab eo committitur iniquitas ma-
 xima, de qua ipse dixit: *Si non venissem, &*
 106. 15. 22. *locutus fuisset eis, peccatum non haberent,*
nunc autem excusationem non habent de pec-
 cato suo? Et tamen ita factum est, & san-
 ctissime factum est, vt semetipsum exina-
 niret, factus nouissimus virorum, tradens
 154. 53. 3. animam suam in manus inimicorum suo-
 rum, de quibus ipse in Psalmo: *Circunde-*
 Psal. 21. 14. *derunt me canes multi, cœcilium malignan-*
tium obedit me. Foderunt manus meas &
pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.
 Matth. 20. Ita enim magis humiliatus est, accipiens
 28. formam serui, in qua venit ministrare, &
 dare animam suam redemptionem pro mul-
 tis; quæ redemptio copiosa adeo facta est,
 vt & ipsum peccatum se persequentium &
 Rom. 11. 33. crucigentium delere par esset. *O altitudo*
diuitiarum sapientia, & scientia Dei: quam
incomprehensibilia sunt iudicia eius, & in-
uestigabiles via eius? Quis enim cognouit
sentium Domini? aut quis consiliarius eius
 Rom. 5. 20. *fuit?* Vt peccatum peccato deleteret? Vt
 peccatorum ministerio peccatores sal-
 uos faceret? Vt vbi abundauit deli-
 ctum, ibi superabundaret & gratia? &
 quos sustinuit persecutores, pastores fa-
 ceret gregis sui? & paucorum delictum,
 salus esset mundi? sic tamē vt neq; repelle-
 ret plebē suam, quæ clamauerat: *Crucifige,*
 106. 19. 6. *crucifige eum;* cuius reliquæ per electionē
 gratiæ saluæ factæ sunt? En quā magna
 causa mentem eleuandi in oratione, vt
 ingrediamur in sancta Sanctorum, ablato
 velamine, & scisso velo, reuelata facie my-
 steria Domini speculemur.
 6. Sed ista sit præcipua causa, vt puro cor-
 de Dei charitatem contemplantes, in ean-
 dem imaginem transformemur, similes
 facti Deo in charitate, diligentes eum, qui
 pro nobis animam suam posuit. Propter eā
 12. 18. enim Deo oblatæ carnes comedebantur
 ab offerentibus, vt carnes Dei vescerent,
 similitudinem Dei assequerentur. Non ni-
 hil facit eibus ad complexionem hominis
 afficiendā, ita quod eodem cibo videntes,
 aliqua etiam similitudine inter se conui-
 niant, carnes ab igne sacro consumptæ,
 veluti cibus Dei deputabantur, vt in con-
 spectu Dei comedentes de sacrificiis, vel-
 uti conuiuantes in mensa Domini deputa-
 tabantur. Assistentia autem nostra ad cru-
 cem, vbi Agnus Dei immaculatus immo-
 latur, quædam est illius carnis nostra
 comestio quod carnaliter fieri iubebatur
 in lege. Nam actus iste fidei, eius est agni.
 Ego (inquit) *sum panis vita, qui veni ad*
 106. 15. 1. *me, non esuriat; & qui credit in me, non si-*
 106. 15. 2. *riet in aeternum, & diuinam comestionem,*
 quando fructus Crucis dulcis est gutturi
 nostro, amore inardescens erga Deum,
 qui prior dilexit nos, & dedit animam suam
 pro nobis. Sanctificati sanctas carnes co-
 medebant. *Mundemur ergo ab omni in-*
 106. 15. 3. *quinamento carnis, perficientes sanctificati-*
 106. 15. 4. *onem in timore Domini.* En rursus quare
 attendendū nobis, ne forte grauentur corda
 nostra crapula & ebrietate, & curis huius
 seculi; vt abnegantes secularia desideria,
 hoc vnum sit desiderium nostrū, vt Chri-
 sto copulemur, dicereq; possimus: *Chri-*
 106. 15. 5. *sto confixus sum cruci. Viso autem iam non*
 106. 15. 6. *ego, viuit verò in me Christus.* Vides quan-
 tam similitudinem, vt iam destructo quod
 sumus, solus ipse Christus sit in nobis, vi-
 uat in nobis? Hoc autem sit per charita-
 tem, qua suæ diuinæ charitati responden-
 tes in eandem imaginem transformamur.
 Quia verò delectatio in cibis carnalibus
 delectationem minuit alimonie cœlestis,
 simulque dilectionem, meritò ieiunium
 nobis proponitur his diebus, & mone-
 mur *ne corda nostra grauentur in crapula*
 & ebrietate.
 Ratio quoq; ex parte pugnae, cur vide-
 licet ieiunandum sit, hoc præsertim tem-
 pore, ita roboratur & fufius explicatur:
 duplici via procedendo. Quarum hæc
 est prima. Pugnant Christus describitur
 à Propheta, aspersus sanguine in vestimē-
 tis, quod idem facit & Ioannes. *Quare*
 106. 15. 7. *(inquit Isaias) rubrum est indumentum*
 106. 15. 8. *meum, & vestimenta mea, sicut calcium in*
 106. 15. 9. *torcu-*

Apr. 19. 11 *torculari: Ioannes quoque: Cum iustitia iudicat, & pugnat, & vestitus erat veste aspersa sanguine* Dicit autem, cum iustitia iudicat & pugnat, ne pures iulum viribus suis innixum & fretum, alienas inuadere regiones, sed iudicium præcedit, quo iustè decernit, quid cuiuslibet sit. Vnde in Euangelio audis: *Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eicietur foras.* Iustitia decernente in iudicio, quod Diabolus iniuste usurpauerit, & mundi principatum & principis nomen, ipse foras est eiciendus. Et quoniam rebellis est & refuga, viribus & bello opus est, vt expellatur. Ideò verus Princeps, qui habet in vestimento, & in formore suo scriptum; *Rex Regum, & Dominus dominantium*, cum iustitia iudicat, & pugnat; In qua pugna sanguine apparet aspersus. Et certè est, ipsum proprium sanguinem effudisse, quo aduersarios suos debellauit. Dicit tamen in Prophetâ: *Calcavi eos in furore meo, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: & infra: Et conculcaui populos in furore meo.* Ioannes quoq;: *Et ex ore eius procedit gladius, ex utraque parte acutus, vt in ipso percuciat gentes, & reget eas in virgâ ferrea.* Ex quo inferri videtur, quod sanguis, quo aspersus est, sit sanguis gentium, quas percussit & conculcauit, & bello factas sibi subiectas, iam regit. Verè itaque vterque sanguis, & suus & gentium, hic apparet, quoniam ira suo sanguine nos redemit, vt velit nos quoque penitere, & per multas tribulationes introire in Regnum Dei, vt ita liberemur de sanguinibus peccatorum nostrorum. Vnde sequitur, quod & noster sanguis effundendus sit, nobisq; communicandum Christi Passionibus, vt verè simus socii Passionis eius. Vides iam, cur ieiunandum sit, quo tempore Passionem Domini meditaris? Neque enim sub capite spinoso decet membrum delicatum: *Et si patitur vnum membrum, idque in primis illustrius, nempe caput, compatiuntur omnia membra.* Ista ratio patet ex nobilissima illa figura, quæ cæteris excellentius Passionem Domini figurauit, quando hostia illa offerebatur, cuius sanguis in Sancta Sanctorum inferebatur, & cuius car-

nes efferebantur extra castra, ibique cremabantur: de qua sæpe Apostolus. Tunc enim iugebat Dominus, vt omnes de populo affligerent animas suas; quæ afflictio propriè per ieiunium assumebatur; adeò, vt qui non se afflixisset, de populo deleretur. Si quando figurata est Passio, ieiunandum fuit; quid quando realiter facta fuit? Et hæc pugna nostra. Si enim Christum pati, & crucifigi, fuit certare cum hoste; nihil minus, & nos ieiunantes bellum inimicus, & exercemus. Audi Apostolum: *Sic pugno, non quasi in incertum; sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Modum verò castigandi tangit alibi, dicens: *In fame, & siti, in ieiuniis multis, in frigore, & nuditate.* Per se ergò ieiunium faciendum est, vt Christo consociemur, non tantum vt aptiores simus ad Domini Passionem contemplandam.
 Altera via hæc est. Qui Christum persecuti sunt, graui erant corde, diligentes vanitatem, & querentes mendacium. Nam & eorum iniquitas mentita est sibi, in crapula, & ebrietate mentis, vino sepulti. Vnde in Psalmo, qui est de Passione sua ait Christus: *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta* (nempe ad iudicandum) *& in me psallebant, qui bibebant vinum.* Et de illis ita scripsit Isaias Propheta: *Criminatus fuerat prius decem Tribus sub nomine Ephraim, dicens: Va corona superbia ebriis Ephraim.* Illisq; comminatus, quod quasi ebrii à vino, idola coluissent, Dominum relinquentes. Vertit se postea ad Iudæos, qui videlicet erant de tribu Iuda, qui prius captiuati in Chaldæa, reuersi sunt in terram Iuda. Vbi tamen scelera maiora commiserunt, Christum Prophetam maximum persequentes. Idcirco ait: *Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt.* Sacerdos, & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium: omnes enim mensæ repletae sunt vomitu, sordibusque, ita vt non esset ultra locus. Vinum horum & ebrietas erat furor, quo erga Christum inique atque crudeliter inuehebantur, in quo sic processerunt, vt eorum mensæ ple-

nae essent vomitu. Nam vinum furoris, inuidiae, atque odii contra Christum exterius erumpebat in apertas persecutiones, vsq; dum illum per Crucem interfecerunt. Sed neq; absolum est, vt vere etiam corporaliter inebriarentur, conuiuia celebrantes, & epulas vsq; ad crapulam & ebrietatem, cum certum sit, corda eorum fuisse aggrauata in curis huius saeculi. Nam &

Marc. 12. 4 Pharisei erant auari, & dixerunt: *Hic est haeres: Venite occidamus eum, & nostra erit hereditas.*

Etenim propter inuidiam principes tradiderunt; non mirum ergo si etiam in crapula & ebrietate fuerint aggrauati. Ergo si Christus cum his pugnavit ieiunio & cilicio, nempe maxima vitae austeritate. Dicit enim:

Psal. 68. 11 *Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi: Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Et aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum.* Congruum est, vt nos contra ebrios, sobrietate pugnemus. Ebrietas enim ac deliciae, saeculique dilectio, Christi necem molita sunt.

Mat. 9. 14. Quamuis enim dicatur, quod Pharisei ieiunabant frequenter, cum id tamen ad astringam facerent popularem, secretò vacare epulis non videtur esse dubitandum. Ergo nostrum est ieiunare, tum vt Christum patientem imitemur, tum vt aduersus hostium arma, arma militiae nostrae conuenientia sapienter sumamus, sicque vtiliter

Prov. 18. 20 de nobis Proverbium illud impleatur: *De fructu oris viri replebitur venter eius, & gemina labiorum ipsius saturabuntur.* Ventrem implei fructu oris sui manifestum est, id est, cibo in ore comesto, tanquam fructu ex arbore excerpto. Transfert autem hoc Salomon ad vera, quae sunt fructus oris, & gemina seu generationes labiorum. Nam tandem homo recipit congruam suis verbis mercedem. At non minus verus est sermo, vnde sumpta est metaphorà, quod sicut venter repletur iis, quae comeduntur, sic comestionem sua maner merces futura, quam suo tempore veluti in ventre recipimus. Et eò potissimum magis, quod epulas sequuntur mania ver-

ba & noxia; sicut sobrietas in comedendo, sobrietas facit hominem in loquendo. Iudei experti sunt, qui opipare comedentes, mendaciter & crudeliter dantes voces suas, repleti sunt fructu oris sui, destructi & exterminati sunt. Ergo nos abstinentiam coniungentes cum maceratione, & meditatione Passionis, mercedem copiosam accipiemus, nempe compunctionis, compassionis, dilectionis, aliarumque virtutum, pariterque delectationis. Nam lacrima, quae in Passione à mente deuota producentur, dulciores sunt super mel & fauam, & multum proficiunt ad medellam animarum nostrarum. Hoc est enim gemine laborum saturari, id est, quae à labiis profertur, reficient nos abundanter vsq; ad saturitatem. Magnus enim, & copiosus est fructus arboris huius magnae Crucis videlicet, quae fructum suum dabit in tempore suo, si lacrymarum riuus à nobis irrigetur.

SECUNDA PARS.

Forti ratione, ac veluti impulsu vehementi inducimur ad ieiunium per subiecta illa verba. *Ne forte superueniat in vos repentina dies illa, tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terra.* De die enim iudicii loquitur, de quo supra erat sermo eius, quem ista monitione concludit. *Attendite ergo vobis ne forte grauentur corda vestra.* Veniet quidem illa dies, in qua iudicandus est Orbis in aequitate. Cauendum ergo maxime, ne repente atq; improviso superueniens, improvidos nos comprehendat, atq; damnatione percutiat, quod ne fiat, attendendum nobis, ne & crapula, & ebrietas, curae ac sollicitudo saecularis aggrauent corda nostra; quae eadem sunt & capita nostra, de quibus supra in eodem loco dixit Dominus: *Hic autem feri incipientibus, leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Cum ergo ibi leuare iubeat, hic prohibet aggruari, atque ita deprimi ad terrena. Nam si intentus fuerit animus ad praesentia, futura non praecauet. Si quae carnis sunt, curat; negligit ea, quae

ca, quæ sunt spiritus, neque Christum expectat, qui cœlestia bona largiatur, dum mundo innoxius, quæ temporalia sunt, illa sola concupiscit. Maximi ergo refert non aggravare corda. Quid verò affertur in commodorum, quod dies illa superueniat repentina? *Tanquam laqueus superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.* Dupliciter nunc soluti sumus: Interius videlicet, & exterius.

Interius quippè liber est homo, ut possit bonum & malum velle. *Ante quippè hominem bonum, & malum: vita, & mors; quodcumque voluerit, dabitur illi.* At finito cursu huius currentis vitæ, status erit, ut iam transire non possit ab hoc ad illum; *sed lignum ubi ceciderit, ibi erit.* Et qui in bono finierit dies suos, ultra ad malum non poterit inclinari; & qui in malo finierit, ultra ad bonum non poterit subleuari. Ideo in porta auris perforabatur seruillius, qui vltro neque vellet in illa seruitute perdurare. In porta, inquam, qua exitur ab omnibus de hoc mundo. In porta similiter, ubi fit iudicium: *Et iudicium inquit intra portas tuas videris verba variari, ascende ad locum, quem elegerit Dominus.* Qui ergo in porta iudicii seruus manet, hic seruus manet in æternum. Illaqueatus ergo quilibet erit in die iudicii in mente sua, quia firmus in æternum perseverabit sine fine in animi dispositione, in qua dies iudicii illum inuenerit.

Auis, si laqueum videt paratum ad escam, etiam si eluriet, ut laqueum vitet, ab esca se abstinere. Et tu videns iam, præuidensque laqueum, imperu curris ad escam, ut laqueo capiaris? *Sapiens ab omnibus se abstinet. Astutus videns malum, abscondit se; paruuli transeuntes, sustinuerunt dispendia.* Gabaonitæ derelicta patria, & *Ios. 9. 3.* curis eius, pane sicco, & laceris veltimentis fuerunt contenti, ut imminens euaderent malum, generalis videlicet exterminii omnium. Qui verò armis se defendere voluerunt contra Iosué, penitus perire. Sultus certè is est, qui antecedens tantummodò intuetur, non etiam consequens, qui rei placidæ & gratæ inhæret, non aduertens, quid inde mali securum sit. *Decernit Sapientia: Omnes, qui me oderunt, diligant mortem.* At si quemuis interrogas. Num tu mortem diligis? Absit: Respondet ille. Vita amatur ab omnibus, mors verò sic odio habetur, ut ipsi sola etiã memoria, amara videatur. *Quomodo*

Eccl. 17. 18.

Eccl. 11. 3.

Deut. 15. 17.

Exod. 21. 6.

Deut. 17. 8.

Luc. 16. 2.

Eccl. 3. 2.

Exod. 14. 17.

Eccl. 9. 10.

Prou. 17. 12.

Prou. 8. 36.

modo ergo Sapientia dicit: *Omnes qui me oderunt, diligunt mortem?* Mortem diligere dicuntur, qui id faciunt; unde mors sequatur; & quoniam virtutem abicientes, mors manet, neque illam possunt euitare. Ideo illam diligere recte dicuntur, qui illam sibi creant. Hoc enim sensu Salomon

Prou. 17. 19 ait: *Qui meditatur discordias, diligit rixas; & qui altum facit os suum, querit ruinam.* Discordiam quippe sequitur rixa; & domus nimiam altitudinem, ruina consequitur. Ut qui antecedens vult, & diligere dicatur & querere id, quod ex eo consequitur necessario. Ergo qui grauant corda sua in crapula & ebrietate, scipso dant in laqueum, unde exterminantur. Qui vero ieiunio se protegunt, operientes in ieiunio animam suam, se à laqueo expediunt, ac liberantur à malo.

10 Non minus profecto Passionis dies par est, nos ad ieiunii afflictionem excitare, quam dies Iudicii, quoniam vim ampliore contineat dilectio, quam timor. Passio autem amoris indicium, quo accensus Christus passus est pro nobis, Iudicium vero timorem incutit. Potest ergo Passio nos ad ieiunium prouocare. Unde & Salomon abstraxit à vino carnem suam, ut animam suam multos adduxit ad Sapientiam.

Ecc. 2. 3. Potuit amor Sapientiae carnem domare, subiiciens illam, ne aditus praecluderetur ad Sapientiam. Multo ergo magis amor ille, qui ex Passione Domini generatur, & accenditur, potest carnem domare, ut dulcedo Passionis atque diuinæ charitatis degustetur. Attamen quia plures sunt, quos corrigit timor, quam quos conuincit amor, non frustra per timorem compulsi ad ieiunandum sumus.

11 Et nihilominus est aliqua congruentia inter vtrumque diem. Propterea & Dominus iudicandus, iudicaturum se testatur.

Matth. 26. 64. *Videbitis* (inquit ad eos, qui illum condemnauerunt esse reum mortis) *Filium*

Mat 26. 51 *hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus caeli.* Terræ motus factus est

Marc 15. 33. magnus, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Stetit & Christus inter duos,

Luc. 23. 39. quorum vnus vt ouis fuit cum illo in paradiso, alter vt hædus reiectus est a con-

sortio suo. Quin de Passionis tempore agens dixit: *Nunc iudicium est mundi.* Ve-

re enim iusto libramine iudicans, repulit Synagogam, & Ecclesiam acceptauit. Hic enim est dies ille, de quo per Prophetam: *Dies ultionis in corde meo, annus Redem-*

ptionis mea venit. Nam ibi de sanguinis effusione fit mentio. Et vt dictum est, Eu-

angelista à Iudicio immediate transit ad Passionem recensendam. Sed quod caput est, Passionis ignominia, meritum est gloriae Dei, in qua erit, dum venerit iudicare

viuos & mortuos. Ideo enim tunc parebit signum Filii hominis. Hoc enim signum

Crucis erit in cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Quo docemur, vt si se-

quamus Christum, crucem nostram portantem, ad eius quoque participandam gloriam nos esse peruenturos. Paulus enim

Apostolus hæc omnia simul coniungit, dicens: *Videmus Iesum propter passionem mor-*

tu gloria, & honore coronatum, ut gratis Dei pro omnibus gustaret mortem. Dedit enim eum propter quem omnia, & per quem

omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per Passionem consummare. Consummauit quidem Iesus per Passionem opus, quod dedit illi Pater,

vt faceret; in quo filios multos adduxerat in gloriam; quam & ipse consecutus est, factus obediens usque ad mortem Crucis. Quo-

modo autem adduxerit, ipse demonstrauit, dicens aliquando: *Qui sequitur me, non*

habebit lumen vitæ. Aliquando vero: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hoc

est dicere: Qui vult venire mecum, quod ego vado, nempe ad Patrem meum, & ad gloriam eius, me imitetur, semetipsum abnegans, suamque crucem tollens. Sicut

& ego abnegavi memetipsum, quoniam & exinanitui, non mihi placens, & Crucem meam portauit. En quomodo Passionis meditatio ad ieiunii afflictionem his potissimum diebus nos allicit. Cuius propterea

Passioni etiam iudicium adiunctum est, quod simul terrore nos impellit, speque

expectatione nos trahit, qui amor in Passione accensus, veluti cogit & portat. Vt

mirro modo sibi consentientes dies Passio-

nis,

nis, & dies retributionis faciunt, vt socii
simus Passionis, & Resurrectionis eius, &
illi compatientes, simul cum illo regne-
mus.

12 Propterea enim erat diebus docens in
templo, noctibus verd exiens morabatur in
monte, qui vocatur Oliueti. Et omnis popu-
lus manebat ad eum, in templo audire eum.
Laborabat orans & vigilans in noctibus,
ita operans salutem nostram; laborabat in
die predicans, vt nos doceret ea perficere,
quibus ipsam salutem consequeremur. Et
omnis populus manebat illum audire, quia
facta per ipsum redemptione, nostrum
est illum audire, vt discamus non omnes,
sed filios tantum in gloriam illum adduce-
re, filios (inquam) qui illum vt filii carissi-
mi imitantur, vigilantes & orantes, vt di-
gni habeantur fugere mala illa omnia, &
itare in conspectu eius fruentes illo, quod
est omne bonum.

13 Quid est enim: Non arabis in boue simul,
10 & asino? Nunquid de bobus cura est Deo?
11 An propter nos haec dicta sunt? Mittere ma-
12 num ad aratum docet nos Christus; sed
lege prohibemur iugo simul iungere bo-
uem & asinum. Bonis quippe est iugum
trahere, asini onus portare. Bos Christus,
qui iugum traxit: de quo dicit: *Iugum
meum suauis est.* Num tu asinum viuens,
cum Christo coniungaris, vt trahas iugum
suum? sis tu bos pariter, similis illi in tra-
hendo, vt recta procedas, sicut ipse, vt in te
sit fortitudo bouis, non asini tarditas, vt
necesse sit, te frequenter fuisse percutere.
Vigilate itaq; omni tempore orantes. Cur e-
nim etiam lege cautum est: *Non poteris al-
terius gentis hominem regem facere, qui non
sit frater tuus?* certe vt non te trahat ad a-
lienum cultum, vt inter regem & popu-
lum conuenientia sit maxime in iis, quae
ad Deum pertineat. Ideo enim & Regi
prohibebatur, ne populum reduceret in
16 Aegyptum: *Præferim* (inquit) *cum Domi-
no præceperit vobis, vt nequaquam amplius
per eandem viam reuertamini.* In exitu Is-
raël de Aegypto, & domus Iacob de popu-
lo barbaro, Dominus solus Dux eius fuit,
& non erat cum eo Deus alienus: *Omnes e-
nim mea vocem meam audiunt, & sequun-*

*tur me: Alienum autem non sequuntur;
quia non nouerunt vocem alienorum.* Do-
minus solus ducit, non alienus; nam qui
alienum sequitur, non est ovis Christi,
Christum non sequitur. Nam *nemo potest*

Mat. 6. 24
duobus Dominis seruire. Nam qui alienus
Deu. 17. 16
est, is in Aegyptum reuertitur, & reducit se
sequentes: At Dominus præcipit ne per
eandem viam reuertamur. Sed heu quot
sunt dicentes: *Constituamus nobis ducem,*
Num. 14. 4
& reuertamur in Aegyptum? Non sic ait
Lex: *Illum constitues, quem Dominus elege-*
Deu. 17. 15
rit. Vis scire quis electus à Deo? *Ecce puer*
Isa. 42. 1.
meus (inquit) *quem elegi, posui super eum*
& Mat. 12.
spiritum meum; Iudicium gentibus nuntia-
18.
bit. Penes te est spiritus regem constituere.
Isa. 61. 1.
Reges enim inungebantur. Oleum verd
vntionis spiritum designabat. Vnde est il-
& Luc. 43
lud: *Spiritus Domini super me, eod quod vn-*
18.
xit me. Et David rogat: *Spiritu principali*
Psal. 50. 14
confirma me; id est spiritu, quo principes
constituuntur. Christus, qui vntus dicitur,
constitutus est Rex spiritu principali,
spiritu Dei. Et quis est, qui dicit: *Consti-*
Num. 14. 4
tuamus nobis ducem, & reuertamur in Aegy-
ptum, nisi qui Christo renuntiat? qui dicit:
Luc. 19. 14.
Nolumus hunc regnare super nos? qui dicit:
Ioan. 19. 15
enim regem nostrum clamantem. Quid
dicitis mihi: *Domine Domine, & non faci-*
Luc. 6. 46
tis qua dico? Regem verbis confitemur, fa-
ctis autem negamus. Pilatus quoque Re-
Ioan. 19. 14.
gem appellauit, sed mortitamen addixit.
Sic, sic faciunt, qui dicunt, Domine Do-
mine, sed illius voluntatem non exequun-
Deut. 17. 17
tur. Rex à Deo constitutus prohibetur ha-
bere vxores plurimas, quæ alliciant ani-
mum eius; neque argenti & auri immensa
pondera: Christus nos docuit castitatem,
& paupertatem. Mundus voluptates se-
quitur, & diuitias. Vide quem sequaris.
Vide quem imitaris.

Hæc duo potissimum in Christi Passio-
ne resplendent, dolor & paupertas. *Appre-*
Ioan. 19. 1.
henatus Pilatus Iesum, & flagellauit. At quo-
modo flagellauit, nisi expoliatum? Ita e-
Luc. 4. 6.
nim & nudus in Cruce pependit. Ita ergo
Ioan. 14. 30
nudus, vt princeps huius mundi, qui glo-
riatur, data sibi esse omnia regna mundi,
vt det cui voluerit, non haberet in eo quid-
quam,

quam, vel modicum indumentum, vel saltem vnicam tunicam: *Disiiserunt enim sibi vestimenta eius*: Ecce quanta paupertas. Sed quantus dolor? *Vidimus enim virum dolum, & quasi leprosum, & percussum à Deo*. In his imitemur Regem nostrum. Pauperes spiritu, & custodientes vias duras. Non prohibebat Deus Reges habere uxorem, sed uxores plurimas, neque id absolute, sed quæ allicerent animum eius, quæ videlicet animam captiuarent. *Mulier enim voluptati dans operam, Animam viri pretiosam capit*. Voluptas sic hominem alligat, vt inuitatus ad nuptias absolute dicat: *Uxorem duxi: & ideo non possum venire*. Finis, propter quem voluptas est despicienda, quia animum allicit, mentem trahit ad vincula, quasi bouem ad victimam. *Victimetur, & victimetur bos iste*, Deo offeratur, vt communicemus Christi passionibus, Regis nostri. Nec minus vestimenta abiciamus, ne dum superfluas & affluentes diuitias; pauperem vitam geramus, contenti, habentes alimenta, & quibus tegamur. Sic non grauantur corda, sic Christi Passionem contemplantes in eandem imaginem transformamur, vt tandem illius glorie consociemur. Quod nobis concedat ipse, qui viuit & regnat, in sæcula sæculorum. Amen.

CONCIO SECUNDA.

ARGUMENTVM.

Ostenditur, Passionem Domini, recipiendam esse à nobis, non vt rem nouam, sed vt verè est, æternam. Hinc habetur motiuum, quali, ac quanta animi & corporis preparatione ad illam accedere debeamus. Connexio Iudicii extremi, cum Passione Christi, sapienter admodum ostenditur. In Morali, hortamur ad hanc Passionem ritè suscipiendam.

SI iubetur Moyfes soluere calceamentum de pedibus altans ante Deum, qui illi in rubo ardenti apparuit, quanto magis nos contemplanturi Domini nostri Iesu Christi Passionem, qui veluti in spinis afflictionum maximarum, charitatis ardorem ostendit, attendere debemus, ne forte grauem corda nostra in crapula, & ebrietate, & curio huius sæculi? Propterea Sancta Ecclesia ante Christi Passionem, Christiani afflictionem præmittit, qua ieiunans prouidet, ne *superueniat in nos repentina dies illa*, qua Christus passus est, mortuus & sepultus; sed debita preparatione per carnis mortificationes, & animæ viuificatione præmuniti, digni habeamur stare ante filium hominis, illius actiones in passionibus meditates. Non frustra dictum est à Salomone: *Vidisti hominē velocem ad loquendum? Finis tui magis speranda est, quā illius correptio*. Ad loquendum velox ille est, qui, quæ dicenda sunt, non prius solerter præmeditatur. Locutio quoque est cordis cogitatio; quæ ne importuna sit, eò quòd sit impræmeditata, congruum est, vt sit discretionis sale condita atq; præparata. Magna locutio nostra est futura, sanctissimæ Passionis meditatio; merito itaque ne stulti habeamur, maturè in ea loqui, & de illa cogitare nobis conuenit.

Hoc autem imprimis nos mouet, vt ad eam cum magna animi preparatione, submissione & deuotione accedamus. Quod res non est noua, & occurfu eueniens repentino, & quasi accideret effecta ex Iudæorum malignitate, Iudæ cupiditate, & Præsidentis Pilati infirmitate. Sed in Dei Omnipotentis æterni ante mundi constitutionem à diuina Sapiencia, & pietate decreta. Hi verò, qui conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, ea conati sunt facere, quæ manus & consilium Dei fieri decreuerunt. Decretum autem istud non recens, aut nouum fuit, sed in diebus æternitatis constitutum. Summa quippè Euangelii comprehenditur in Passione. Euangelium autem Deus ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine

femine Dauid secundum carnem. Qui prædestinatus est Filius Dei, ex Spiritu sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Ex tempore quidem factus est ei secundum carnem, quoniam de Dauid processit. At vero ante tempora omnia hic, qui temporaliter est factus, prædestinatus est Filius Dei; nempe ut qui esset filius Dauid, idem esset & Filius Dei, operante Spiritu Sancto, cuius virtute, sicut fuit Deus verus, ita primogenitus fuit mortuorum. Vbi vides quomodo Paulus ad probandam Christi excellentiam illi in æternitate præordinatam, mortuorum facit mentionem, ut sciamus eius mortem, eiusque ex mortuis resurrectionem simul in æternitate præuisam atque præordinatam, ac propterea in Scripturis per Prophetas sanctos prænuntiata. Ideo & ipse Dominus Iesus in Psalmo facta suæ Passionis memoria, in qua nouum sacrificium, omnium veterum præcellentissimum, celebratum est, dicit: *In capite libri scriptum est de me; quod est dicere: Summa Sanctarum Scripturarum me prædicat, quatenus ut facerem voluntatem tuam Deus, me ipsum obtuli sacrificium vespertinum. Ergo præordinata fuit Passio ab æterno, & in sæculis præcedentibus prænuntiata in Scripturis Sanctis, atque repromissa.*

3 Si hoc, ergo simul atque Christus fuit conceptus de Spiritu Sancto, mente passionem suam ipse concepit, & animo volente comprehendit. Mox enim vidit æternam de seipso factum decretum, illudque in sanctis Scripturis expressum: & illico dixit: *Ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam. Quam voluntatem sibi declaratam, & legem sibi factam, sic tenuit in medio cordis sui, ut ex eo nunquam vel ad minimum instans recederet. Nisi quis forte insipienter velit, alios esse, non ipsum beatum virum, de quo scriptum est: Quod in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Si præcipitur ut lex Dei præ oculis semper habeatur in corde, in ore, in opere. Num Christus ab hac sibi singulariter facta lege aliquando auertit oculos cordis sui? Cur omne masculinum primogenitum sanctum erat Domino, ni-*

si quoniam primogenitus iste segregatus fuit ex vtero matris suæ, & separatus Domino, ut hostia ad sacrificium deputata, & ut Agnus Dei? Non enim Ioannes Ba-

Iob. 1. 29.

Mat. 1. 21.

Iob. 10. 17.

Psal. 37. 18.

19.

Psal. 50. 5.

inconf.

Apoc. 1. 5.

Psal. 39. 9.

Psal. 39. 8.

Psal. 1. 2.

Deut. 6. 6.

Exod. 13. 2.

Gen. 22. 16.

Psal. 37. 19 incessanter. *Quoniam* (inquit) *iniquitatem meam annuntiabo in confessione: Et cogitabo pro peccato meo.* dolens de illo semper. Vetus ergo atque continua fuit in mente Domini passio eius; quod ad eam iugiter contemplandam nobis debet esse efficax documentem.

4 Duo in Psalmo se facturum proponit post constitutam Passionem. Alterum,

Psal. 39. 10 dicens: *Annuntiavi iustitiam tuam in Ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo:*

11. *Domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo; veritatem tuam, & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio*

12. *multo.* Alterum subdens immediate: *Tu autem Domine, ne longe facias miserationes tuas à me. Misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.* Vides prædicationem & orationem. Hæc duo præmisit ante passionem, dicente Evangelica lectione:

Erat autem diebus docens in templo; noctibus vero exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. Orationem potuit semper facere, propterea non diebus neque noctibus ab oratione cessabat, potissimum cum docuerit ipse: *Oportet semper orare, & nunquam deficere.* Prædicationem non item. Sed expectanda erat competens ætas, videlicet triginta annorum. Prædicationem conclusit cum iudicio finali; nam post illius prædicationem, Passio mox subiicitur ab Evangelista. Miscuit vero orationem cum ipsa passione, orans in monte Oliueti.

Luc. 18. 1.

Luc. 21. 25. *deficere.* Prædicationem non item. Sed expectanda erat competens ætas, videlicet

22. *1.* triginta annorum. Prædicationem conclusit cum iudicio finali; nam post illius prædicationem, Passio mox subiicitur ab Evangelista. Miscuit vero orationem cum ipsa

Mat. 26. 39. passione, orans in monte Oliueti.

5 Hæc dicta sunt, ut ad Dominicam passionem digna præparatione muniti nos conferamus. Primum hoc, quod præultimus considerantes, quod in mente Dei omnipotentis usque ab æterno fuit tanquam consilium atque decretum, in quo operum suorum cunctorum summa, extremaque perfectio continebatur. Quæ res adeo cordi fuit illi, tanti est ab eo æstimata, ut quoniam, quæ ipse fecerat, non sufficientem materiam & causam suppeditabant, decreverit permittere ea quoque, quæ illi vere displicent, ne peccata hominum: ne forte putares hoc consilium veluti post præuisum peccatum, in illius mentem occasionaliter incidisse. Sed firmiter statuendum,

hanc passionem Deum in primis voluisse, in qua se diuitem in misericordia demerstraret: operi suo manum adhiberet extremam, Regni sui cœlestis gloriam amplificaret, & de thesauro cordis sui abundantiam effundere gratiarum, secretaque sue diuinæ providentiæ multa reuelaret, huiusque similia quamplurima nota faceret. Ad hoc necessarium fuit Adæ peccatum, quod tunc fuit malorum omnium, quæ abhorret diuina iustitia, quæ manus Omnipotentis non potest efficere. Quid ergo? Sanctiuit ea permittere, quæ abhorret; ea fieri, quæ non placent, & quæ summo odio persequitur, ea ab hominibus effici. Actio displicuit, passio grata fuit. Æque voluit eam Filius, atque Pater. Et quoniam Filio magis congruebat eam tolerare, quam Patri, *Verbum caro factum est*, ut in carne passionem sustineret, ut homo factus, ab hominibus reprobareretur, ut filius hominis genitus, à fratribus suis male haberetur, & tandem occideretur. Rem itaque tam gradem, tam præstantem, tam Deo charam, Christus, qui propterea venit, ut illa amplecteretur, quis putet ab ea mentis oculum aliquando illum auerisse? Quin magis toto illam sitiens mentis affectu, quantum licuit illam continuo prægustauit, eam ad se trahens, in cordis intimo claudens; unde & in corpus interdum fluere, quem admodum opus exigebat redemptionis nostræ, quæ Redemptio illi, tanquam eximius illius fructus, fuerat deputata.

Hæc cum ita sint, videat Christianus, quanto metis studio, quanto affectu, quantumque attentione sacratissimam Domini Passionem iugiter debeat intueri. *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Datur ne ignis in spinis, ita quod spinæ non comburantur, sed à flamma illuminentur magis, & clarius innotescant? Certe datur ubi Dominus est. Stupet Moyses, accedit ut videat prope, & intelligit tandem ibi præsentem Dominum. *Apparuit enim ei Dominus, in flamma ignis exiit de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur.* Ambigit nempe, visionem initium fuisse quoddamque præambulum liberationis populi de Ægypto.

Norunt fideles per illam temporalem liberationem aeternam intelligi, quam sua Passione mirabiliter est operatus. Ergo visio vtramque spectare liberationem, & eam magis, quae principaliter est, & intenta potissimum debuit. Portendat ergo quantumlibet ignis non comburens, populum in fornace terrea Aegypti a Deo seruatum, ne destrueretur; Rubus noster est Christus, rubus ruber, rubrum habens vestimentum ex sanguine testamenti, in quo ignem sui amoris Deus sic mirabiliter notu fecit, ut merito a quocunq; dicatur: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare rubus non comburatur.* Amor iste Patris ad Filium, rubum non comburit, spinas non confundit, tribulationem non tollit, neq; mortem, mortem (inquam) Crucis; vbi dilectus sanguine proprio factus est rubus rubicundus. Testis est spinea corona illius sanguine rubricata. Visio ista magna nostris est obtutibus proposita, ut ea solertissime inspiciamus. In monte Dei apparuit visio ista. En sancta Ecclesia mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, bene coniunctus, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. In hoc monte apparet visio, quoniam sancta Ecclesia nobis Passionem Domini proponit ad spectandum, ad meditandum, ad degustandum. Sed heu quam pauci eam reuolunt? quid admirabilius? quid dignius oculis nostris? quid vtilius? Ibi primum facta est mentio liberandi populi de amarissima sua afflictione. Ibi habita est cognitio nominis Dei. Ibi antepositum est argumentum resurrectionis, teste Domino in Euangelio, qui dixit: *De mortuis autem quid resurgant, non legistis in libro Moysi super rubum, quomodo dixerit illi Deus, inquit: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: Non est Deus mortuorum, sed viuorum.* Idem etiam rubus ardens non comburebatur, quia moriens Christus tertia die resurrexit a mortuis.

7. Tu ergo, si vis liberari a tribulationibus tuis, vide visionem hanc magnam; aspice in eum, quem confixerunt, accede ad crucem, illum intueri, qui dolores nostros portauit. *Cruce erit tibi scala, qua ad Do-*

minum ascendas, illum noris, illum contempleris, illum intelligas esse Deum seruatorum suorum, qui etiam mortuos suscitaret, qui afflictos liberet, sanet contritos, erigat cilios. Sed quid videtis, o miseri? rubum nimirum, sed quid comburitur? Quid totus mundus est nisi rubus ardens, terra inanis & vacua, clamor morientium, inopum, oppressorum, litigantium, belligerantium, offendentium, & offensorum, & conquerentium vniuersorum se male haberi a mundo? spinas sunt diuitiae: quid reliqua? quid paupertas? quid infirmitas? quid persecutio? quid continuus timor mortis? quid mors totam peruens terram? Haec intueri oportet qui crucem auersatur. Hinc quid haurimus? timores, angustias, miserrimas, indignationes, & huiusmodi mala torquentia. At respicientes crucem, consolationem haurimus, recipimus, gustamus. Tunc clamamus: *Miserere nostri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationem tuarum.* Vide tu Deum patientem, & videbit te Deus patientem. Compatere patienti, & tibi patienti compatetur. *Cernens* (inquit scriptura) *Dominus, quod pergeret ad videndum, nempè Moyses.* Vides videntem eum, qui vadit ad videndum? si intentus aspicias crucifixum; erunt oculi Domini semper aperti super animam tuam, super necessitates tuas, ut de illis eruat te. Vide patientem & exaudita erit oratio ista tua. *Miserere nostri Deus omnium: & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum.*

SECVNDA PARS.

Quam Christus nos velit ad extremum diem paratos esse, in quo iudicaturus est Orbem in aequitate, ex multis perspicuum est, sed inde maxime, quod vltima de die illo praecpta, monita, consilia dedit, ut ab his illico ad suam passionem pertransiret. Propterea completo super hoc in monte oliueti sermone, mox sermonem habuit de passione; etenim Euangelista Mattheus post conclusionem iudicij, illis verbis factam: *Ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.* Sta-

- Matt. 26. 1.** tim scribit: *Et factū est, cum consummasset Iesus sermones hoc ad eos, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduū Pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* Sic posita monitione Domini de vigilando pro die illa, ita passionem exorsus est Marcus:
- Marc. 14. 1.** *Erat autem Pascha & azyma, & quarebant summi sacerdotes & Scriba, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent.* Sic itaq; & Lucas post hodiernam Domini exhortationem, ita in Passionem ingreditur:
- Luc. 22. 1.** *Appropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha, & quarebant Principes Sacerdotum & Scriba, quomodo Iesum interficerent.* Quo fit, vt Euangelicæ prædicationis nouissima conclusio stet in finali iudicio, quod idē debet fixum in cordibus nostris existere. Ipsam prædicationem autem postmodum sua Passione firmavit, & dedicauit, tanti illam pendens, vt pro illius veritate tuenda, mortem non dubitauerit esse subeundam. Sic docens itidem & nos facere, sicut scriptū est de sanctis martyribus: *Ipsi vicerunt eum, id est diabolum, propter sanguinem Agni; & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsq; ad mortem.* Finis ergo durationis mundi, & temporalis vitæ Christi, sit nobis semper propositus, vt finem viuendi prius accipiamus, quam peccatum. Ista enim vna ratio est, quam obrem hæc duo simul coniuncta deprehendimus. Christi gloriam, eiusque ignominiam, vt hæc alliciat, illa nos impellat, quatenus ignominiam illius imitantes, gloriam deniq; participemus.
- Habent autem ista duo, Passio & Iudicium, singularem, ex diuina providentia coniunctionem, quam multa testantur. Ex quibus primum est, quod Dominus iam Passionem exordiens dicebat: *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras.* Tunc ergo incipiens mundum iudicare, a capite inchoauit cōtra ipsum mundi Principem ferens sententiam, vt loco cederet, principatum relinqueret, totum ipsum Orbem postremō iudicaturus. Cuius figuram præmisit in Cruce, medius inter duos latrones, quorū alteri gloriam suā tribuit, alterum gehennæ deputauit. Secundum est quōd in horū alterutro alterius sit recordatio. Verbo & opere semper Dominus cū Passione coniunxit resurrectionē. Verbo quidem, nam prædicta passione filij hominis, resurrectionē adiciebat dicens: *Et tertia die resurget.* Opere autem: quoniam post tres dies resurrexit; In resurrectione autē datam sibi a se ferit omnem potestatem, qua etiā iudicabit hunc mundū: De qua in specie iam dixerat: *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.* Præterea in ipsa passione, se iudicantibus dixit: *A modo videritis filium hominis, sedentē a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli.* E contra: *Tunc patebit signum filij hominis in caelo. Et tunc plangent omnes tribus terre, & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cū virtute multa, & maiestate.* Vides crucem signum iudicij? Hoc enim signum erit in caelo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Sic & Ioannes: *Eccē uenit in nubibus caeli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Quod ad crucem refert Zachariæ vaticinium: *Aspicient in eum, quem confixerunt in passione; aspicient in iudicio.* Quod manifestū, quōd quemadmodum ubi uenerit in gloria Patris sui, vt reddat vniuersis secundum opera sua, fiet cunctis memoria humiliationis & abiectionis eius. Haud secus statuit, vt in eius passione cōmemoranda, oculum quoq; ad illius maiestatem protendamus, in qua ueniet cum Angelis virtutis eius. Itā enim intimius ac dulcius, illius charitatem degustamus, qui cū tantus sit, vt sit constitutus Iudex viuorum & mortuorum, ad tantā tamē sese demiserit uilitatē, vt cum iniquis deputatus sit, affixus in crucē, quod erat supplicium vilissimorum scelestorum. Eandem porro charitatem in iudicio quoq; contemplantur electi, vt de illius gloria exultent, quod pro illorum salute iam fuerat vsq; ad mortem crucis humiliatus. Verū si uul reproborū oculis obicietur iustitia, qua ob id pœna plectantur, quōd qui tantum eos dilexerit, atq; pro illis laborauit, eum offenderint, contempserint, neglexerint.

Nos ergo, quibus Passiois tempore si-
nale pro-

nale proponitur iudicium, & monemur ad illud preparari, ipsam Dominicam Passionem hoc consilio dispiciamus, ut tutam nobis ad iudicium muniamus viam. Illud considerantes, quod scribit Apostolus ad Hebræos: *Quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata.* Secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Vbi primum confirmatur murus ille respectus, quæ diximus Passionis & Iudicij, hominum exemplo, quibus ante decreta singulis est mors, post verò iudicium. Unde & Christus prius est mortuus, postremò veniet ad iudicium. Deinde cõsideramus, quòd sicut in hunc mundum intravit per peccatum mors, ita peccata causa fuerunt mortis Christi: quoniã oblatus est ad multorũ exhaurienda peccata. Ex quo deinde sequitur quòd velint, nolint, statutum est hominibus semel mori: *Omnem enim peccaverunt.* At Christus innocens, veniens ad tollenda peccata nõ sua, sed mundi, oblatus est, quia ipse voluit. Demum propterea, quòd ad iudiciũ properant homines, non ut tibi beneficiãt, aut malè; hæc enim facultas morte concluditur, sed ad recipiendum benè vel malè, secundum opera eorum. Ita Christus ad iudicium veniens, nõ vterius portans iniquitates nostras, sed de peccatis magis facturus iudiciũ, & quos ab illis inuenerit absolutos, saluaturus, & in æternũ Regnũ suum adducturus. Postremò consideramus, quòd sicut in passione Christus apparuit vt peccator onustus sceleribus nostris; In iudicio autem, vbi secundò apparebit veniens in mundũ, manifestabitur vt Sanctus sanctorum. Haud secus, nos ad Passionẽ accedere debemus, vt remissionem inde hauriamus peccatorum nostrorum. Propter quod sine peccato in iudicio manifestemur ante Tribunal Christi.

11. Hoc vt præstemus, id potissimũ attendamus, quòd tota Christi Passio fluxit ex iniusto iudicio pessimorum Iudicum; neque enim aliter, quam per iudicium mortẽ obire voluit, vt intelligeremus quòd per iudicium nostra soluenda sunt peccata, si

quando post factam nouam creaturam à gratia exciderimus. Erga illum ingrati, ad cuius imaginem fueramus creati in innocentia & sanctitate. Itã enim decernit Ecclesia, & docet, quòd post Baptismũ lapsi, non iam repetito baptismo ablui possunt; sed eos Deus ante pœnitentiã tribunal facti voluit, vt per Sacerdotum sententiam ab admisis peccatis absoluerentur. Semel autem iudicatus est Christus, & se obtulit hostiam pro peccatis, propterea quòd tam grata & efficax est illius oblatio; vt non sit necesse, quòd sæpè offerat semetipsum, quemadmodum verus Pontifex intrabat in Sancta sanctorum, per singulos annos. Nos autem sæpè iudicamur, quia frequenter peccamus; vt necesse habeamus pœnitentes sæpè confugere ad thronum gratiã eius, vbi illius minister sacerdos, diuina prãditus potestate, verè pœnitentes absoluit.

Rursus, ipse cum esset iustus, damnatus est tamen, vt nos etiam si sumus iniusti, absoluamur. Etenim sua innocentia nobis hoc meruit. Tacuit ipse dum accusaretur, sustinens falsas calumnias. Qui autem vult absolui, sit in principio accusator ipse sui. Dixit ille Pilato: *Nou haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset desuper: iuxta quòd & in horto dixerat: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Hoc nimirum, vt itã se subdens hominum potestatem tribueret absoluendi fideles suos, qui obicem non posuerint huic absolutioni. Volens ipse se huic iudicio subdidit, vt spontaneus accedat peccator ad iudicium institutũ ad eius salutẽ. Sic iudicatus Christus nobis obtinuit salutem, vt per iudiciũ istud ab eo institutum, nos salutem ipsam, nobis ab eo acquisitam consequamur. His consideratis, quis nostrum ad pœnitentiã iudiciũ non libenter accedat? tanta passus est Dominus, vt nos à damnatione liberaret; & adhuc beneficium istud eximium repudiamus? Etiam si oportuerit nos mori cum eo, non esset nobis dicendum: *eamus* Libenter nos absoluit, & immunes vult esse à suppliciis perferendis, sed nostra ingratiudo, duritas nostri cordis, illi pietatem,

Cõcil. Tri-
den sess. 14.
cap. 2.

Heb. 9. 25.

12.

Ioan. 19. 11.

Luc. 22. 53.

Iob. 11. 16.

13.

pietatem, vt velit non esse communicantes suis passionibus. Dedit iudicibus nostris potestatem nedum soluendi, verum & ligandi quoque, vt pœnis iniunctis nostram coërceant petulantiam. Et ita dum iudicamur, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Non corripit, non subdit pœnâ, vt affligat, sed vt saluet, nē cum hoc mundo damnemur. Prospexit sua passione, huic quoque nostræ infirmitati.

1. Cor. 11. 32. *Tulit ipse peccata nostra in corpore suo, ne illa nos in spiritu nostro feramus, vt ab iniquitatibus omnibus redimamur. Sed si tu vis tecum peccatum tuum, si etiam in illo & delectaris & gloriaris, nunquid violenter auferet illud à te? Salute corporali homines saluat & iumenta; at iustitiam suam iis modò pretendit, qui sciunt illum, & recto sunt corde. Bestia nō tangit montem istum. De quo scriptum est: *Iustitia tua sicut montes Dei; volentes trahit, qui sunt docibiles Dei, non vi ducibiles. Auerte igitur tu faciem tuam à peccatis tuis, amoue à te culpas tuas, declina à malo, fuge fornicationem; ab omni specie mali abstine te, & non peribit anima tua de populo eius, & erit super populum tuum benedictio eius. Verum quid? Per agrum hominis piger transitus. & per vineam viri stulti. & ecce totum repleuerant vrtice, & operuerant superficiem eius spina, & maceria lapidum destructa erat.* Nostra socordia nos spinas operit peccatorum, agrum nostrum, qui sumus nos ipsi nō colentes, nec laborantes in colendo, nec aratri sulcos & plagas tolerantes. Verum quod omnium maximum est piaculum, obices dimittimus ruere, qui agrū à vastantibus tuerentur, lectiones, prædicationes, sacramenta, & quæ turelam præbent contra irruentes nequitias, negligimus, relinquimus, abiicimus, vt nedū terra nostra fructū suum non det, sed spinas germinet & tribulos delictorum; verum & exposita est vastantibus, & erumpentibus, si quid interdum boni protulerit. Solicitus est Pater familias de vinea sua; corripit negligentes, pigros flagellat, stultos erudit disciplina. *Hoc est iudicium Domini, quo nos corripit, vt non cum hoc mundo damnemur. Virga, atque corre-**

1. Cor. 11. 31.

Pro. 29. 15.

pio tribuit sapientiam; puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. Cur non dixit Salomon: Confundit patrem suum? quia matrum & mulierum est, molliores esse erga filios, quam par sit. Sed Pater noster, qui est in caelis, correptione & virga nos erudit. At nē fortè & hanc rejiciamus indisciplinatī, sua ipsius virga, qua flagellatus est, & sapientiā nobis tribuit & patientiam. Flagellatus est filius, & seruus renuit flagellari? Innocens percussus est, & impius se leuabit contra percutientē? Volens iustus accepit plagas, & neq; vi cedit, qui meruit castigari? Qui mortem poterat euitare, illam misericorditer est amplexus; qui velit, nolit, morti addictus est, caput eriger aduersus commeritas pœnas; Tribuat ergò tibi sapientiā virga, & baculus Passionis Domini tibi constantiam, quin magis & consolationē, vt dicas: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* O quam utilis est istius sanctissimæ passionis confideratio! Ergò si & in iudicio pœnitentiæ ad aliquid patendum, vel laborandum alligaris, ipsa te passio confirmet, roborer, antmet: non hoc cœleste respuas iudicium.

Quin potius audi Salomonem: *Multis requirunt faciem Principis, & in iudicio Domini egreditur singulorum.* Vide prætoriam referat litigantibus, querentibus faciem Principis pro causis suis. Sed etiam nolint iudicium à Domino, egreditur singulorum. Iudicabit Deus hunc mundum tempore sibi placito. Iudicat etiam nunc singulos; sed suos maxime iudicat iudicio pietatis & misericordie vt non cum hoc mundo damnemur. Intellegat vnusquisque iudicium suum, & collum libens illi submittat, instructus ab Agno Dei, qui mansuetus portatur ad victimam obmutescens. Ista est Arca Domini, quæ omnis populus sequebatur: sed ad expugnandum Iericho, omnis præcedebat armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur. Quid Iericho, luna, instabilis, deficiens, nisi caro nostra, sensus imbecillitas? hanc vt expugnemus, Arca hæreamus, qui est Christus. Armati præcedebant, fortè ista anteriora se rapiant: vulgus inermes si non tanto

ranto corde, vt sese aduersis ingerat, sequatur saltem, nō recedat, toleret patienter; Omnes autem vt medium habeant Christum. Nam si Deus in medio eius, nō commouebitur. Quis cruce[m] fugiat, quā Christus tulit pro nobis omnibus? Quis aspera pertimescat; vbi qui vicit mundū, adest nobis? *Nolite mouere, nolite cedere, quia Dominus Deus vestros in medio vestri est: ipse contra inimicos vestros pro nobis dimicabit.* Ab illo non recedatis, & hostibus non cedetis. Quid arma[m] fecerunt pugna[n]tes? quid reliquum vulgus? clamauerunt, & muri Iericho corruerunt. Quid clamor? confidentia in Deo adiutore nostro, a quo petimus auxilium, & hoc a sua passione consequimur. *In eo quod passus est ipse, atque tenatus, potens est et iu, qui tenentur, auxiliari.* O Passio! o Passio Domini, sis semper cordi fidelibus: sis in animo, sis in corpore, vt tuo auspicio bona aeterna consequamur, quae nobis tu meruisti. Amen.

M O R A L E.

Qvod facere iubemur, vt cum venerit filius hominis in Maiestate sua; parati simus occurrere illi, & confestim vbi pulsauerit, aperiamus illi. Id nō multo magis praestandum est, vt cum turba, quae venit obuiam illi, & cum laudibus excepit atq; cum pompa, quando secundum legem quasi Agnus separabatur, deputatus immolationi; Vocem audimus. *Attendite vobis; ne forte grauentur corda vestra in crapula ebrietate, & curis huius saeculi.* Quid ita? *Ne forte superueniat in vos repente dies illa.* quae dies illa? dies iudicii, dies vltimus totius mundi; post quem tempus non erit vltra. Illaqueabit enim omnes terrena sapientes, terrae inhærentes, corde grauatos, curis distractos; vt non postea crapulis vacent atq; ebrietati, neq; illis vacet de temporalibus sollicitos esse. Tunc enim non iam transeuntia temporalia, quae dum tempus habemus, cum illo transeunt; sed erunt praeterita; praeterito iam omni tempore: non erunt vltra; transcurra, & ad nihilum redacta, velut vmbra. Nihil ergo tunc erit,

Tom. II. Bellintan.

quod curent, quod cogitēt, quod timeāt, quam rationem, quam reddituri erunt de transacta vita; quam Deum, ante quem etiam inuiti sistendi erunt; praeter iudicium, quod conscij delictorum suorum pauidi expectabunt, & spectabunt imminens: Laqueus iste ita illos constringet, vt fugiendi neque locus detur, neq; tempus, neque facultas: Quatiens sese terra, illos ad iudicii locum transmittet. *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & iudicandos sistent ante Tribunal Apoc. 20. Christi; a cuius conspectu fugit terra, & caelum, & locus non est inuentus ab eis, id est, si vellent fugere non possent, cum locus non esset, in quo se abdere possent.* O laqueus! graues qui corde fuerint, iuuadendi illum pares non erunt. Crapulae, ebrietates, curae, vanitates caeca sunt, illecebra rapiens ad se illorum animos, vt ab eis diuelli non valeant: sic illectos, sic inescatos, sic obrutos superueniens repentina dies illa, tanquam laqueus, alligabit, constringet, coërebit, vt iam ab interitu resiliere non possint. Quam magna ratio, quam euidentis, quam efficax, vt ne grauemur curarum atq; voluptatum ponderibus, vt precem illā, quam sapiens docet, merito frequentemus. *Vanitatem, & Prou. 30. 8. verba mendacia longe fac à me.* Tunc enim omnes mundi promissiones, quam mendaces fuerint; apparebit.

Sed heu! quam congruē monitio ista nobis nunc fit, quando iam theatrum ingredimur Dominicae Passionis. Quid enim aded vehementer flagitat cor mundum, solutum, intentum, promptum, procliue? Iudex cum venerit, timor ignis ante ipsum praecedet, Saluator adueniens, flammam internae charitatis exagitat. Ergo ne vbi Christus tanta passus est tormenta, inueniet nos dies ista in comersationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitis? Vbi totus est in nostra operanda salute, praeter illam nihil agens, nihil cogitans; nos salutis obliui, pro nihilo putantes sollicitudinem illius, ea sola cogitabimus, quae sunt mundi? *Venientem Christum in Maiestate videbit eum omnis oculus, eorum quoque, qui eum*

N n n n

pupuge-

- Apoc. 1. 7.* pupugerunt, & confixerunt, & omnis lingua confitebitur illi. De aduentu in humilitate scriptum est: *Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum?* Viderunt quidem & oderunt, & mundus eum non cognouit: & reputauit eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum.

Hic, hic itaq; mundandi sunt oculi, vt videatur; alleuiandum est cor, vt cognoscamus in terra viam suam, nam in nubibus

- Luc. 8. 10.* veniens, notus erit omnibus. Esto, nobis datum est nosse mysteria Regni Dei. Iam

Mat. 27. 51 velum templi, dum expirauit Christus, scissum est a summo vsq; deorsum. Patet aditus ad interiora velaminis: aperti sunt caeli: eleuatus Christus a terra, omnia trahit ad seipsum, vt videat omnis caro salutare Dei. Veruntamen, quis adhuc

- Ioh. 12. 32.* stat ad videndum eum? Scissum est velum templi; conuersus est facies Christi: foderunt manus eius & pedes: lancea transuerberatum est cor: ingressa est mors per fenestras: & porta pariter desolata sunt.

Luc. 24. 39 Vox auditur: *Videte manus meas, & pedes meos.* Respicite in faciem Christi Dei.

- Heb. 12. 3.* *Recogitate eum, qui talem sustinuit contradictionem. Ecce positus est in signum, vt omnis, qui credit in illum, non pereat.* Et

Cant. 3. 11. sancta Ecclesia nos inuitat hoc tempore: *Egredimini filia Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua.* Et adhuc quis stat ad videndum eum? tantam gratiam, beneficium hoc illustriusimum, donum pretiosissimum quis apertis bene oculis, quis intentis, quis mundis contemplatur?

- 17.* Verbis Euangelicis docemur, vt sic eiusmodi sit vita nostra, quod veniens Dominus ad iudicium, inueniat nos vigilantes. Verbis, & factis praeparatur ad diem redemptionis. Ieiunio quadragenario praemunimur, ad hoc mysterium suscipiendum, lectionibus erudimur, praedicationibus incitatur, caeremoniis coarctamur vndique. At vbi venit sanctitudo temporis, quod hora illa Passionis sua propinquitate sanctificat, & sui commemoratione maxime perficit spectatum, at-

que reuerendum, tunc maxime soluenda sunt calcamenta de pedibus; horacnim in qua stamus, hora sancta est. Quid mirum, si nunc in aures nostras insonant verba ista: *Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebriitate, & curis huius saeculi?* An forte non huic negotio apta videntur, quod pro extremo iudicio dicta sint? An nescitis, quod dies diei eructat verbum? Accepit dies redemptionis verbum hoc, & diei ultionis eructat illud. Si diem hunc congrue susceperis, quando media nocte clamor factus est, veniente sponso ad nuptias, iudice ad causas terminandas, & ris tu inter sapientes Virgines, admissus ad Paschalia festa ad esum Agni prouidi, & ad caeleste conuiuium. Vt dies ista illi eructet verbum, plena sit eo necesse est.

Verba congregantis filij vomentis inquit Salomon. Quid vomat quis, qui prius non sit plenus? Congregat ad repletionem, vt vomat ad instructionem.

Qui idoneus fuerit, qui plenus mysterio Passionis, ad diem retributionis promptus accedet ac paratus. Iste ante illum praecedit, sicut tempore sic dignitate, sic necessitate exigente Christianam dispositionem.

Figuram animaduertite. Ex loco vbi in Iordane sterit Arca, transeunte per artem alueum populo, iussu Dei & Iosue, extracti sunt duodecim lapides durissimi, & positi in loco castrorum ad perpetuam rei memoriam. In quem eundem locum Arca, alij duodecim repositi sunt, & manent vsque in praesentem diem; ait Scriptura. Torrentem seu fluvium pertransire, quod sit tribulationes, tolerare, calque superare, Psalmus persuasissimum facit, dicens: *Cum exurgerent, homines in nos, forte viuos deglutissent nos: Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Nonne impudax de Christo dixerunt: Deglutiamus eum, sicut infernus viuentem? Ecce aqua, quae nisi quia Dominus erat cum eo, illu absorbuisset.*

huisset. Transitus iste, communis est omnium salus. Sui commemorationem vult fieri, propterea iubet offerri lapides durissimos in monumentum filiorum Israël usque; in æternum. Quid alii duodecim? si primi rei præteritæ memoriã ingerunt, qui ideò primi offeruntur; non video qui succedunt præcedentibus atque cedentibus, quomodo non clament: *Memento nouissimum* Idèd

in fluuiò, ubi fluit aqua, reponuntur, propter fluxum temporis respicientis nouissimum illum diem, qui fluente atque fluente comburit. Ergò primi redemptionem, secundi referunt ad memoriã retributionem. Durissimi dicuntur primi illi, non ita secundi. Et de primis dicit, quòd sint in signum & monumentum; non ita de secundis. Ergò Passionis memoriã plura est apud Deum, quàm Iudicii. Hanc vult, hanc iubet, hanc docet. Singuli de singulis Tribubus electi sunt ad hos lapides in humeros deferendos; quia nemo est, qui huius tanti beneficii non debeat habere iugem recordationem. Ergò iure merito iubemur, vt corporali ieiunio mentem eleuemus, dum appropinquat redemptio nostra.

Et videte, ne fortè, dum de iudicio reprehensa sit crapula & ebrietas, quòd plus quid exigatur; cum agitur de Passione, nempe vt arctiora sint ieiunia, vt plenus sit à curis secularibus abstractio, vt frequentiores simus in Ecclesiis, feruentiores in precibus, seueriores in sensibus, puriores in mentibus, & in domo pietatis vniuersi penitus collecti reperiamur; sicut in diluio tantum in Arcam ingressi, salui facti sunt; & in ruina Iericho, si duntaxat vivere sunt permitti, qui in domo Rahab fuerunt adunati. Haud secus obedientia & clementia nos eruunt de malis imminentibus, & dignos faciunt, qui in seruos Dei asseramur. In Noè obedientia, qui Dei iussa in Arca ædificatione compleuit. In Rahab clementia, quæ nauos conseruauit. In Arca Noè seruatum est semen, quod fuerat caput serpentis contritum. Pietas, quæ ad omnia valet, tantum valuit in Rahab; vt nedum salua esset à ruina, verum inter Matres Christi digna fuerit numerari.

Salmon enim genuit Booz de Rahab; Booz autem genuit Obed; Obed autem Iesse patrem Dauid. Vnde Christus Iesus ortus est Saluator mundi. Sed pietatem coniungamus cum obedientia. Obuiet sibi obedientia Christi, Christiani pia clementia. Cogitemus compuncti & compatientes, Domini Iesu obedientiam, qui factus est obediens, usque ad mortem, mortem autem Crucis.

Sed heu! quam duri corde sumus? Putaui, & puto, quòd ideò durissimi fuerint lapides extra Iordanem portati, vt duratione perpetua duraret memoriã tanta gratiæ. Sed quam timeo, ne simul duritas nostri cordis, per illos sit significata. Memoriã quidem memor ero, & tabescet tamen in me anima mea. Recordor mortem Domini mei: sed graue cor, quærens vanitatem, ista non mollitur tanta veritate: aridus puluis sum, non complutus rore pietatis nec pluuia misericordiæ. Non Moyses sum, sed Pharaon. *Pharaonum induratum est cor: Moyses erat vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Et quare Moyses vocatus est? Respondet Scriptura: *Vocauit nomē eius Moyses dicens: Quia de aqua tuli eum.* Maim Hebræis est aqua, nomen mollitiem præferens, vnde & apud nos dicitur moi, moriari. O mollē Moysen, qui datus es Princeps populi duræ ceruicis! Ô Domine Iesu quam mollis fuisti, quam mitis verè Moyses de aquis tribulationum sublati! Sed nos populus tuus duræ ceruicis sumus, duræ mentis, transeantes perarentem alueum. Heu! cur sumus tam duro corde? cur anima nostra sicut terra est sine aqua tibi? Bene vocasti aridam terram. Heu! Domine nonne fecisti hominem de limo terræ, de terra videlicet humida & molli? Num tibi durum erat atque difficile, de terra arida & dura illum fabricare? An non potius voluisti illum docere, humanitatem & benignitatem esse homini connaturalem; vt eius quoque natura dicatur humanitas? Ergò quandò apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri D E I, ero inhumanus ego? Ero sicut aqua sine terra illi durus, sicut

Nnnn 2 cus,

cus, crudus, immitis, crudelis, sine affectione, sine misericordia? Non satis fuit humanitas, quæ est mea natura, humanitatem me docere erga Deum, qui ut testaretur suam benignitatem. assumpsit meam humanitatem? Accede homo ad cor altum, leua oculos tuos, & vide quàm tener, quàm mollis, quàm tractabilis factus est ille, qui immutabilis est, paruulus factus est, sicut tenerimus vermiculus, qui cecit omnibus videntibus, prementibus, tangentibus; ut illi animo compatientes, opere etiam compatiamur, illius mansuetudinem imitantes, per quam salua facta est omnis caro, habens videlicet cor carneum, non lapideum; ut in gloria sua illum denique videat omnis caro. Amen.

FERIA III. DOMINICÆ IN RAMIS PALMARUM.

CONCIO PRIMA.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi Concilium, & dicebant. Quid facimus,

Ioan. II. 47.

ARGUMENTVM.

Discordia quàm mala, malique eius effectus; quàm detestabiles discordiarum seminatores; & ii maxime qui vitio lingue id præstant. Quàm iuste Christus à Patre sit morti sententia- tus, & quàm iniuste ab hominibus. Quomodo discordiarum effectus in se- ipso admisit.

QUAM iniquè se gesserit Cai- phas in concilio cõtra Iesum, ex Prouerbio illo Salomonis potest cognosci: *Qui celat delictum, quarit amicitiam:*

Qui altero sermone reperit, separat fide- rios. Cum boni viri sit, amicitiam inter ho- mines conciliare, ut propterea delictum a- licuius, etiam si verum sit, celare studeat, quo fortè offensi alii, si illud scirent, recederent ab amico; Pessimus autem sit homi- nis, coniunctos separare, seminando dis- cordiam inter illos, potissimum cum id fecit falsus prætextus; vel altero sermone de- lictum repetendo, aliter videlicet, quam sit illud narrando & replicando; vel aliter, quàm alii intelligant illud ingerendo; vel quascunq; falsas siue ineptas rationes pro- ducendo. Hoc autem fecit pessimus ille homo, qui apud se constituerat, quous modo Christum de medio tollere. Altero enim sermone ab iis, qui erant in concilio, conatus est separare Christum à populo, qui illum sequebatur. Ideo et superbe im- properauit: *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis; quia expedit, unum hominem mori pro populo, ne tota gens pereat.* Probabile, quosdam pro causa interficiendi Christum assignare, quod solueret Sabbathum; quos- dam, quod blasphemaret, faciens se Filium Dei; quosdam, quod turbas seduceret; quosdam, quod esset peccatorum & pu- blicanorum amicus, inter quos contentio quoque esset ac schisma, aliis defendenti- bus, aliis insistentibus. At Caiphas causam huius necis omnibus præstantiorem pro- ducturus, alias omnes refellens, in temeraria verba prorupit, *Vos nescitis quidquam nec cogitatis, &c.* Ac si diceret: Fruolæ sunt futileque rationes à vobis adductæ, quæ ignorantia vestra testes sunt. Hæc mea singularis & efficax atque irrefragabilis, quod pro populi salute, ne pereat, vnus ho- mo mori sit addicendus. Quæ procul du- bio hominis tanti malitia, cum esset Pon- tifex, acerbam Passionem ac pœnam intulit Domino nostro Iesu Christo, quam cum aliis quoque subire voluit, ut nihil esset doloris, quem non ferret, qui dolo- res nostros venit in hunc mundum por- tare.

Circa quod duo consideremus. Primò enim generaliter attendimus ipsum discor- diae malum. Secundò; Cur & quomodo voluerit illud Iesus Christus pro nobis suscipere

suscipere atque portare. In ipso malo discordiæ generatim discutiedo, duo in primis attendimus, malū videlicet ipsum discordiæ, & malitiam auctoris discordiarū.

2 Discordia profecto maximum inter mala omnia malum est: Et hoc primum, quia opponitur præcipuo charitatis effectui. Charitas enim conciliat, unit, & facit, ut in vnum versa sit plurimum multitudo, & cū vno alterum coniungens, communionem gignit; quod certe bonum est maximum. Ita enim res creata suo principio, quod vnum, atque, ut ita dicam, vnissimum est, conformantur, atque adeo coniunguntur: quæ maxima est in illis perfectio: cum & in ipso Deo multitudinis nostræ auctore, singularis excellentia sit vnitas, quæ ideo frequentissime prædicatur in Scripturis, ut caput omnium, quæ credere debemus & confiteri. Contra quod, ab eo, qui discordiæ fuit primus inventor, multitudo Deorum in mundum inuecta est. *Audi Israel, Dominus Deus vnus est.* Quæ vnitas, ut appareat excellentius & euidentiùs, in tribus personis, quarum vnaquæque Deus est, summa est: ut quæ vere inter se distinctæ sunt, simplicissime atque vnitissime sint vnus Deus. Vbi & hoc facit ad ipsius diuinæ vnitatis excellentiam atque euidentiã, ut non solum plures sint vnum quid simplex; verū & ipsi plures, quatenus plures sunt, singularem inter se habeant vnitatem. Data enim pluralitate inter gignentem & genitum, quæ necessaria est, adest persona tertia, videlicet Spiritus, qui est nexus amborum iam distinctorum, quo se mutuo diligunt, atque in ipsa tertia persona producenda connectuntur. Ita quod Pater & Filius, qui vnus sunt Deus, vnum quoque principium sint Spiritus Sancti. Quæ vnitas certe nisi inter plures esse non potest, quorum pluralitas necessario in hanc vnitatem mirabiliter convenire, fidentendum est atque libere confitendum. Nil minus quoque principalis vnitas, quæ vnus est Deus & non alius, quam dicimus diuinæ essentiæ vnitatem, pluralitatem exigit existentium; in quibus omnibus, & in quib. singulis, tota ipsa eademque, subsistit. Ita quod talis vnitas sine hac plurali-

tate esse non possit, neque rursus sine illa vnitate pluralitas ista constare sit vsquequaque possibile, ut splendeat mirabiliter, eximia atque summa concordia eminentia. Si enim vnus ita esset Deus, ut nullam prorsus admitteret multitudinem seu pluralitatem: esset quidem in illo vnitas, & ut dicunt, identitas. At concordiam ibidem constituere aut confiteri, nulla ratione possemus; quando concordia tantum inter plures datur, qui tunc summe atque infinite concordant, quando in illis vnica est essentia, eademque omnino substantia. O concordiam, rem diuinam, imo Deum ipsum: Quid mirum, si cum effectus omnis aliquam necesse sit suæ causæ habere similitudinem, creata omnia per concordiam existant, crescant, perficiantur? Cur Deus, qui essentialiter concordia est, quam rebus omnib. a se factis in didit, discordiam summopere abominetur, detestetur, atque à se repellat quam longissime, suosq; caros immunes ab illa tueatur: illam vero creatas, promouentes, amplexantes, vinculis æternis tradat ineffabiliter cruciandos? Qui discordes esse voluerunt, qui discordiam inter creata seminarunt, iuste rudentibus inferni colligantur, vinculantur, durissime connectuntur, ut discordes partes, quo magis inter se strictim adherent, eo se mutuo crucient magis, magisque torqueant; cum discordiæ nihil amplius aduersetur, quam quod pugnant, nihilque concordia prorsus admittentes, quasi vnum, perpetuis, ac flammeis vinculis ac nexibus strictissime copulentur. Sed iam ad profutum redeamus. Ut concordia, quæ est charitatis præcipuus effectus, maxime laudabilis est, summisque præconiis exaltanda: haud secus discordia, quæ illi opponitur toto posse, criminanda est, culpanda, detestanda, abiicienda; totisque viribus est ab omnibus releganda. Maximum autem bonum est ipsa concordia, quæ in eo, quod præcipuum est in Creatore, creata reddit ipsi Creatori similia, qui propterea discordiam abominatur & punit.

3 Illius quoque effectus eam summopere condemnat. Inde enim inimicitia sunt, lites, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ,

fecte, inuidie, homicidia, falsa testimonia, & ea prope omnia, quæ miseriam faciunt vitam nostram, vt æstimari simus cum descendentibus in inferno, vereque inferno appropinquet anima nostra; ab ea exultat amor abest pax, concordia procul est, sed odium, pugna, rabies, inimicitia, atque in omnibus contrarietas viget regnatque discordia. Hinc Salomon: *Quis meditatatur discordias, diligit rixas*. Vbi enim sensuum est dissensus, vt aliter iste sentiat, aliter ille, nullaque ratione sibi consentiant, mox oritur lis atque contentio; vt vniuscuique quod sentit tueatur; quod placet, consequatur; quod repugnat, repellat atque debellet. Ita vt etiam infernus cum suppliciiis suis, pessimus discordiæ sit effectus.

Pro. 12.

Luc. 10. 18.

Cur enim visus est diabolus deorsum fluens, atque satanas cadens de cælo, nisi quia dereliquit Deum factorem suum: quoniam & illi aduersatus est, ab eo dissentiens, appetensque quod Deo displicuit, & abominatus est, vt iam quasi proprio nomine satanas appelleretur, quod est aduersarius: vt intelligamus primum ipsum fuisse discordiæ auctorem, qui nomine discordiæ recte denominatur. Dixit autem Deus hominibus: *Si ambulauerit tibi mibi ex aduerso, ego quoque aduersus vos incedam*. Hoc autem prius cum diabolo fuerat operatus, de cælo derubans illum, detrudentique in infernum: vt qui concordiam in cælis habere detrectauit, discordiæ pœnas in inferno solueret æternas.

Leu. 36. 23.

Quæ discordibstanta est, tantumque ipsi etiam discordibus inimica atque aduersaria, vt nil illis in medio flammaram cruciatis, gratius esse posset, quam sibi manus inferre, necemque quantumuis acerbam, atrocemque; etiam crudelissime dare, vt ita morientes, & ad nihilum redacti è tantis pœnis, vel summa pœna penitus tandem eriperentur. Hoc est enim quod dicitur: *Desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis*. Qui ideo sibi acerbius inimicantur, quod de se pœnam istam, quam extreme appetunt, nequeunt accipere in vltionem tot tantorumque tormentorum, quorum se auctores certos norunt, atque incessanter vident. Propterea aduersus semetipsos

Apo. 9. 6.

rabide & atrociter exardescunt; vt tanto magis se oderint, quantum iniuncti sunt à seipsis, propter æternam mortem, in qua sunt sine vilo fine in perpetuum immortales. O discordiam, discordiæ mercedem durissimam! O discordiam discordibus tantorum malorum atque suppliciorum creatricem! Quis ergo cum tota discordiæ discordiam non seruet, vt illa se quam longissime relegata, cum Deo Creatore, atque cum creaturis, Deo consentientibus, sancte consentiat, pessimorumque discordiæ effectum expers, dulcem agat vitam in pace in idipsum!

Hinc iam elicitur euidenter, quam detestabilis sit, quisquis ille sit, qui discordiam seminat: tanti enim mali auctor malus atque pessimus necesse est. Ideo enim malorum omnium caput diabolus, principum fuit & auctor huius tanti mali, & omnium propterea discordantium factus est princeps. Ideo homo quicumque discordiam inducens inter homines, apud homines abominabilis est, quod factorum librorum auctores sapienter subinde restantur. Salomō pessimū hominem depingens ita scribit: *Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pedes, digite loquitur, prauo corde machinatur malū, & omni tempore turpia seminat*. Per hominē apostatā Sapiens intelligit hominem insigniter impiū. Nam Hebræis est vir Belial: quæ vox apud illos significat eū, qui inter impios pessimus est, quæ ut vel sine iugo, vel sine honore, vel sine vtilitate; cui consonat quod sequitur: *Vir inutilis: quæ vox amplius significat, illū videlicet, qui proximo noxius est*. Vnde & Paulus hac voce diaboli significauit. *Quæ inuenit conuentio Christi ad Belial? Nec male noster Interpres, Apostatā vocat, id est desertorem: Apostatatare enī Græcis deserere*. Vnde alius Sapiens: *Iniū superbia hominū, apostatatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit eū, recessit cor eū*. Is ergo est, qui omnino Deū dereliquit; & omnino vacuus est timore Dei, non per infirmitatē, sed per iniam peccans. Pessimus ergo homo iste omnibus membris suis abiit ad nocendū, Graditur quippe inter homines ore peruerso, benigne quidē loquens, sed se simulate ostēdit com-

Pro. 6.

1. Cor. 11

Ec. 10. 4

dit com-

dit complicit. suis, dū annuit oculis, teris pede, digito loquitur. Nutibus enī oculorū pedumq; ac manus, fraudulenter se loqui testantur, & ad perniciē, quib. cum leniter loquitur, ac placide. Iuxta quod & alius Sapiens: *Annuens oculo, fabricat iniqua.* Et in Psalmo, *Oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terra loquentur, doctos cogitabant.* Hic ergo inutilis atque perniciolus homo, corde machinatur malum; nedum signa illa facit externa; sed interius versat, qualiter homini possit malum aliquid creare; & post profundam pessimi sui cordis discessionem, qua malum alicui inferri meditatur, ad discordias se conuertit, iurgia excitans inter homines, neque hoc semel aut iterum, sed omni tēpore. Vides malum, quod geritur ab impiis insignioribus? *omni tempore iurgia cogitant.* Inter pessimos ergo deputatur, qui discordiarum est auctor.

6 Pergens vero mox Salomon, eum, qui discordiarum fator, fatur nō est vnquam, nisi quātum per discordias nocere potest, id perfecit; ita carpit & criminatur, ut prae ceteris impiis a summo Creatore odio habeatur. *Ser (inquit) qua odit Dominus, & septimum dicitur anima eius. Oculos sublimis, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia testem fallacem; & eum, qui seminat inter fratres discordias.* Vides vltimo loco positum illum, qui discordias seminat? Hoc quippe peccatum inter ea, quae Dominus execratur, quandam habet impietatis eminentiam, quae, ut cordi nostro fortius imprimatur, vltimo loco recensitum est. Hoc enim maxime offendit Communitatem, & Reipublice perniciolissimum est. Quinque peccata enumerat Sapiens, tanquam quae peccantem ipsum corrumpant; ideo membris ipsius hominis illa tribuit, ordinem tenens, quem ipsa habent in corpore. Vnde ab oculis, qui in sublimiori parte corporis sunt, incipiens ait, oculos sublimis, deinde ad linguam descendit dicens: *Linguam mendacem.* Inde ad manus: *Manus (inquit) effundentes sanguinem in-*

noxium. Deinde ad cor: *Cor machinans cogitationes pessimas.* Vltimo loco pedes notat. Pedes veloces ad currendum in malum. At duo sequentia tanquam Reipublicae nociua reiecit in finem. Nam testis fallax facit, ut Iudiciū pervertatur in damnum partis innocentis. Discordia itidem maxime hominib. noxia est, quae quoniam non vni tantū damno subseruit, sicut testis fallax, sed in omni negotio, in omniq; hominum statu, & quae potissimū contraria sit, directeque aduersetur concordiae, qua homines simul coaercentur ut ex multis fiat vna Communitas, vna Respublica, vltimo prout loco commemorata est. Quāuis enim ex suo genere grauius videatur esse peccatum, effundere innoxii sanguinem, ex consequenti tamen effectu saepe contingit, discordiam esse grauiorem, nepe quod ex ea sequatur pluriima sanguinis effusio. Inde enim lites, inde bella, inde homicidia, inde totius mundi perturbatio, confusio, destructio.

7 Quo malo discordiae attento, forte aliorum enumeratorum pessima est, quam *Sap. 11. 25.* ideo Deus sic odit, ut etiam abominetur, qui diligit omnia quae sunt, & bene se habere desiderat, & prospicit. Ecce ex his, huius peccati malitia. Propterea etiam Salomon poenā huic peccatori assignauit dicens: *Huic exemplo venit perditio sua, & subito conteretur, nec habebit vltra medicinam.* *Pro. 6. 15.* Tantū malum nō erit impunitū, nec vltio illius diu differetur; mox perdetur, mox conteretur, & hoc irreparabiliter. Et multipliciter inuehitur alius sapiēs. *Susurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & disperdit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum destruxit, & domus magnatorum effodit.* *Ec. 28. 15.* Et pergens recenset alia mala multa, quae à lingua tertia profiscuntur, quae ideo dicitur lingua tertia, quod inter duos, media; discordes illos facit. Vnde & qui sic loquitur, bilinguis dicitur, quod aliter cum vno loquitur, aliter cum alio; & propterea sermo eius alter, non idem quidem cum atrobis, sed alter cum isto, alter cum illo. Sic enī discorde ac diuerso sermone, discordia inter

videatur morti adiudicatus. Inter quæ illud est annumerandum: *Quis superbiens, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille.* Ut intelligas legem hanc impendam fuisse in Christo, qui omnium peccata portavit, qui ut inobediens Caipha, qui erat Pontifex anni illius, id est eo tempore Domino ministrabat, condemnatus est, esse reum mortis. Cuius ut esset pretiosissima mors, neci datus est propter verba impiorum, propter iniquum iudicium, & propter impium sacerdotis imperium, decreto iudicis Pilati, qui illum morti adiudicaturus, iustum esse, verbo & signo, coram omni populo declaravit.

Interim nos docemur à lingua cauere, quæ verbum Dei Patris mendacij arguens ad mortem condemnauit. Si contra Iudam exardescis, qui tradidit illum, si contra Caipham, si contra Iudæos, qui vitæ auctorem interfecerunt, cur non contra linguam, venenum mortiferum, quo infectus est, qui locutus est nobis salutaria? Lingua Domini Iesu, lingua est Diuinæ sapientiae, qua Verbum æternum nobis est declaratum. Lingua ista aruit in fame & siti. Lingua ista, deficienti illius virtute & audente, tanquam testa adhæsit faucibus suis, ut iam illam naturaliter leuare non posset ad docendum nos. Vim tamen sibi inferens, clamauit efflagitans à Deo veniam suis crucifixoribus tanti sceleris, per quod, id quod per Prophetam dixerat in Psalmo, dicere non valuit, nempe: *Arui tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti.* Heu pessima lingua hominum, quæ linguam Dei sic affixit. Tu ergo ori tuo facito ostia & seras, ut nō loquaris opera hominum malignorum, sed sermo tuus veritas sit, charitas, modestia, benignitas, mansuetudo. Ostia (inquam) facito, & seras: labilis est nimis, audax, procax, non facile continetur, si nō multo studio retineatur. Quæ si effluat, velut torrens inundans, nō quiescit, donec vniuersa peruertat. Recordare diuinam iussionem, quod testium manus, primæ debuissent esse contra reum condemnatum, vi testimonij illorū. Quid

Tom. 11. Belliniani.

hoc inferit? quid docet? Prima est lingua. Secundo loco superueniunt manus: manus (inquam) illorum, quorum lingua fuit causa necis illius: postrema manus totius populi. Audi verba Legis: *Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: & auferes malum de medio tui.* Lingua datur palma, si veritas militet: At si lingua sit mendax, plenaque veneno mortifero, totum malum inde sequens, acceptum illi referendum est. Lingua igitur criminatur mors innocentis, linguam accusat mors Stephani protomartyris, linguam condemnat Crucis supplicium Domini nostri Iesu Christi. Ergo *vi-ta & mors in manu lingue.* Quanto ergo studio moderanda est? Quanta cautela necessaria est, ad eam regulandam? Quantum labor adhibendus, ad eam cohibendam?

SECUNDA PARS.

Lex Domini immaculata antiquitus lata decreuit: *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perpexeris, inter sanguinem, & sanguinem, causam & causam, lepram, & lepram; & iudicij in portas tuas uideris verba variari; surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; venis quoque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæ resque ab eis, qui indicabunt tibi veritatem: Et facies quocumque dixerint, qui presunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequeris quoque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.* Hanc legem Dominus Iesus Christus conformauit in Evangelio tam verbo, dicens: *Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei: Quocumque ergo dixerunt vobis, seruate, & facite; quam opere, dum se illorum iudicio subiecit atque sententiæ; qua illum condemnauerunt esse reum mortis. Vbi manifestū est, quod illorum iudicium, iudicium erat Dei, à quo nulla ratione dabatur facultas recedendi. Adeo quod is, qui nolisset sacerdotis imperio obedire, debuisset occidi.*

Hinc maximum aperitur mysterium, quod vbi in causa Domini Iesu ventum est

O o o o adiu-

ad iudicium summi sacerdotis, qui eo tempore Domino ministrabat, Pontifex, videlicet, *anni illius*, necessitas illi prorsus incubuit moriendi. Vel enim obediens erat Sacerdotis imperio, & sic illi erat moriendum, iudicante & imperante Pontifice, ut moreretur: vel inobediens erat, & tunc ob istam inobedientiam adhuc illi moriendum erat. At qui factus est obediens vsque ad mortem, mortem obediens voluit amplectari, ut hinc appareat quantum se deiecerit. Et ulterius manifestum, sententiam Sacerdotis arbitrio hominum dimitti, ut quis posset illam vel acceptare vel renuere: alioqui cur dicit, *qui noluerit obedire Sacerdotis imperio*? Poterat ergo iudicatus nolle obedire; sed decretum iudicis nullus poterat euitare. Iubet enim Lex absolute, ut inobediens iudicis decreto moriatur. Ut ergo volens declaratur mortem ac libere acceptare, qui oblatu est, quoniam ipse voluit, Sacerdotis iudicio humiliter se subiecit. Ex quo rursus inferitur, quod Patri obediens, ductus est ad Crucem. Si enim Sacerdotis iudicium, iudicium Dei, Deo parebas, qui Sacerdoti obediebat. Id, quod in hac causa testatissimum facit interpretatio sancti Evangeliste, qui commemorata Caiphe sententia, ita subiunxit: *Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit.* Qua in re apparet mira admodumque admirabilis communicatio iustitiae cum iniquitate. Si iudicium Dei est, iniquum esse non potest.

13 Hæc enim potissima est ratio, quam obrem Deus iudex sit omnium, quoniam apud illum non potest esse iniquitas. Audi Paulum: *Nunquid iniquus est Deus? Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Nulla ergo iniquitas in iudicio Dei, sed summa iustitia.* Ac vero, quæ iustitia est, ut innocens ac iustus, morti per sententiam tradatur? *Iustus* (inquit Lex) *quod iustus est persequeris.* Et de iudicibus ita decernit: *Quem iustum esse perspexerint, illi iustitia palmam dabunt. Quem impium condemnabunt impietatis.* Et rursus: *Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia, ut à vero deus.* Et tamen iustus declaratus est Chri-

stus; quando in hoc iudicio, nullam causam mortis inueniunt in eo, nisi quod *munda signa facit.* Et certum est illos inique egisse. *Confortati* (inquit) *sunt qui persequuntur me inimici mei iniuste; quæ non rapui, tunc exolvebam.* Et certe in potestate hominum nunquam fuit, ut iuste iustum possent condemnare. Et ideo inique egerunt consiliarii, & in primis Pontifex. Deus autem, qui super omnes est, cuius nemo consiliarius potest alicuius iniquitatem in alium transferre, quando & illius decreto omnes homines in Adam peccauerunt, sic Patris in filios transferens iniquitatem, ut illo actualiter peccarent, omnes in illo originaliter peccarent; & hoc in illis ipsis nedum non acceptantibus, verum & nascientibus; ubi vero acceptatam inuenit, qui volens humeros subiecit ad portanda peccata, salua iustitia; potuit illum, tanquam peccatorem, & secundum mensuram delictorum, poenarum tamen grauitate, tamen multitudine afficere. Inuenit autem, qui dixit: *Holocaustum est pro peccato non postulasti. Tunc dixi: Ecce ego venio, ut faciam Deus voluntatem tuam.*

Sed esto, potuit. Num etiam recta ratione id fecit? Esto, consentiat ille aliorum peccata portare; num decuit Deum onerare illum tam graui pondere? Onustum tanta sarcina, etiam poenis multare non est absens, imò congruentissimum, & ex iustitia debitum. Verum exigit ne iustitia, sustinet misericordia, admittit diuina irreprehensibilisque prouidentia, ut fiat ista translatio, qua culpabiles culpis exonerentur, & qui peccatum non fecit, peccator constitutatur, ut peccatorum soluat debitas poenas? Huic quaestioni respondendum est, id fieri congruentissime. Cuius congruentiae pro reddenda ratione, satis esset dicere, quod Deus, qui bene omnia fecit suauiterque disponit vniuersa in numero, pondere, & mensura, id fecit; nulla enim maior potest dari ratio, quam quod Dei voluntas, quæ rationabilissima est, id voluit, id præstare constituit. Verum ab hoc omnium rationum fonte, ille quoque rationes emanant, quæ intellectui nostro satisfaciant, qui eiusmodi rationibus pacifitur, atque cum suauitate nutritur.

15. Harum vna fit ista. Malorum omnium scaturigo peccatum est, quod quia verè ac propriè malum est, mali nomen iis omnibus indit, quæ ab illo procedunt. Propriū est autem bonitatis mala destruere, atque boni summi nihil profus in reb⁹ à se creatis malorum permittere. Rationabile ergò consilium Dei postulat, mala à creaturis omnibus propulsare; modò sterlex, qua constituit hominem in libertate arbitrij sui. Huius autem tanti negotij, hic est modus decentissimus. Qui liberè peccauerunt, liberè consentiant se peccatis exonerari. Qui nullum fecit peccatum, innocens manibus, & mundo corde, libes portet onus omnium scelestum. Tunc mala malefacientibus nihil oberunt, cum illis iam sint exonerati. Malum enim boni corruptio est, in quo est: nam vbi non est, obesse nō valet. Bonitas verò innocentis, qui ob nimia suā charitatē tollit peccata mundi, tanta est, tam potēs, tam efficax, vt peccatorum malitiā penitus absorbeat ac cōsumat: tantum abest, vt illi quidquā possit inferre detrimētū, quin quo plura illa sunt, quo grauiora, intensior illius charitas exardescit, clarior apparet, vehementē suam vim euidentius manifestat. Hoc pacto, lege libertatis stante, malis euacuatur mundus, pulchriorq; epparet atq; perfectior, quanto charitas illa grandior est quam amanter voluit peccatores saluos facere, nihilq; incommodorum detrectare, vt ipsi à malis omnibus eruantur.

16. Sed duo remanent incommoda adhuc: Alterum, quod maxima hominum pars premitur sub peccati iugo, eiusq; dat commeritas pœnas: Alterum est, quod iustus perit, & innocens mortē mulsetatur, quod a recto nimium videtur declinare. His ita fit satis. Qui peccatis volentes adherent, iuste peccatorum supplicia reddunt. Nulla enim legi libertatis faciendā est vis. Sed interim (dices) remanet turpitudine, vt non sit vbiq; terrarum, atque totius orbis pulchritudo. Imò & hæc quæ turpitudine videtur, ampliorem reddit diuini operis pulchritudinem. Tanta enim istorū pœna demonstrat, quanta sint pœna leuati, qui voluntariè peccatis renuntiant; atque

itā charitas liberantis, ac virtus splendidiùs enitet, cuius radij lucent in tenebris, & vmbra obscurantes omninò depellunt. Ad aliud veritas hoc pacto respondeat. Num charitas Agni immaculati, quæ potuit facere, vt culpæ suis auctoribus non obessent, non valuit efficere, vt illarum culparum pœna sibi innocenti nullo possent esse detrimento? Mors ergò illa à vita absorpta est, vt pretiosa esset in conspectu Dei, ipsiq; morienti mors non esset, sed vita, sed gloria, sed ardentium suorum votorum plena satisfactio. Alioqui quid est, quod dicit Apostolus: *Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; cū lacrymis offerens ad eum, qui posset illum à morte liberare: exauditus est pro sua reuerentia?* Moriens ergò à morte liberatus est, vt illi noxia non esset mors, sed emolumentum potius, consolatio, & vt itā dicam beatitudo. Nam cupiens mortē, quæ salus erat mundi, gloria Patris, cœlorum aditus, mortis imperatoris destructio, & bonorum omnium fons, si suo fraudaretur desiderio, tunc amariorem mortē nancisceretur, à qua nequiret liberari, quandò ignem tanti desiderij & ita vehementis charitatis extinguere non liceret. Cum esset ignis sacer atque perpetuus: vnde

Hebr. 5.7.

Leuit. 6.12.

Quod factum est, quandò materia oblata est cœlesti suæ concupiscentiæ, vt si non plenè satiaretur pœnis suis, aded vt sitiret adhuc, hoc non esset ad illas diminuendas, vt non esset illarum plena mensura, sed ad illarum vltiorem aggerationem, & altiorem plenitudinem. Nulla enim cōcupita pœna tantum valeret illum torquere, quantū eiusmodi pœnæ carentia afflixit. Atque ita factum est, vt dum non patitur, quantum patiendi ardet desiderio, ad apicem atque ad summum pœnarum pertineat, quæ ex frustratione immensi eius desiderij superfluentur cumulantur. Quæ igitur mors, illi mors est, qua vni sui compositus est? Hoc autem necesse est, vt dicamus; nisi illi velimus Iob præponere, qui dicebat: *Quis det, vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat*

Iob. 6.8.

tribuat mihi Deus? Et qui cepit ipse me con-
terat; soluat manum suam, & succidat me?
& hac mihi sit consolatio, ut affligens me do-
lore, non parcat, nec contradicam sermo-
nibus Sancti? Nisi fortè magis dicamus,
virum istum patientissimum, Christi in
hac parte idoneam figuram verè prætu-
lisse. Stat ergò ratio potens istius senten-
tiæ: *Expedi ut vnus moriatur homo pro
populo, & non tota gens pereat*

18. Nunc aliis rationibus superfedentes in-
præsentiarū, hoc iam nobis habemus con-
stitutum, quòd Deus iustus & homines
iniusti, conuenerunt in vnum aduersus
Christum Dominum; ut Deus iustissimè, ho-
mines iniquissimè, eisdem illi pœnas co-
ceruarent, & in mortem traderent. Vndè
Psal 87. 17 & ipse Christus tūm in Patrem suum, tūm
in hostes suos, passiones suas refert acce-

19. ptas. *In me* (inquit ad Patrem) *transferunt
ira tua, & terrores tui conturbauerunt me.
Elongasti à me amicū, & proximum, & no-*

Psal 37. 13 *tos meos à miseria.* De illis verò: *Qui in-*

Psal 21. 8 *quirebant mala mihi, locuti sunt vanitates,
& dolos tota die meditabantur. Ego autem*

13. *tanquam surdus non audiebam. Omnes vi-*
identes me, deriserunt me. Circumdederunt
me vituli multi, & auri pingues obsederunt
me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo
rapies, & rugiens. Dum dicit rapies & ru-
gians, persecutionem illorum notat in fa-
ctis & in verbis. In factis, rapientes; in ver-
bis, rugientes. Haud secus Pater Filiū per-
secutus est verbo & opere. Quod vtrunq;
innuit Dominus ipse in horto, dicens: *Ca-*

Ioh. 18. 11 *licem, quem dedit mihi Pater, non bibam il-*
lud. *Matth. 26. 54.* *Quomodò ergò implebuntur scriptura,
quia sic oportet fieri?*

19. Hanc ob rem, sic temperata sunt verba
Caiphe, ut & Deo ipsi & homini aptissimè
conuenirent. Putauit homo & decreuit,
ut vnus homo Christus moreretur, ne for-
tè venirent Romani ad perdendum popu-
lum. Viuente enim Christo, & signa fa-
ciente, omnes crederent in ipsum, quo fa-
cto deficerent à Romanis, qui hac defe-
ctione commoti venirent potentes, atque
illis debellatis, & locum perderent & gen-
tem. Hæc erat Concilij apparens præten-
sio. At Deus sua charitate motus atq; mi-

sericordia, ut seruos redimeret, tradidit
Filiū suum. Et vide quomodò, ut ver-
ba prophetiæ huius in Deum quadrarent,
non dixit Caiphas. Expedi vobis, ut ho-
minem vnum interficiamus; sed, *Vnus mo-*
riatur homo, non in Deum quadrarent, si
diceret: ut interficiamus.

Sed iam tandem ad pœnam accedamus, 20
quam tūm Deus tūm homo, Filio Dei &
filio hominis inferre moliantur. *Vnus ho-*
mo moriatur: dictum est in sententia: sed
ut ad mortem deueniat, quæ est diuisio a-
nimæ & corporis, multæ iam diuisiones
præcesserunt. Nam & Caiphas nunc illum
ab his, qui erant de concilio, separare con-
tendit, nè fortè illum tueri moliantur.
Propterea absolutè decernit, nulla erga
illum quemquæ debere misericordia com-
moueri, aut ratione tardari, quo minus
de medio tollatur, ad euitandam totius
populi perditionem.

Prima ergò summaque separatio fuit i-
pius à Deo, quæ moliantur dicentes: *Nun-*
quid est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custo-
dit. Declarabat se Christum missum à Deo,
Filiū Dei, eademq; loquentem, quæ Pa-
ter illum docuisset. Vndè sequeretur, quòd
qui illum odio haberet, & Patrem simul
odiret; qui illum sperneret, sperneret &
Patrem; itidemque qui audiret illum, au-
diret & Patrem. At illi blasphemum de-
putant illum, quòd Diuinitatem hoc pa-
cto sibi arrogaret. Quæ pœna erat maxi-
ma Domini Iesu, ob id quidem, quòd tan-
ta iniuria afficeretur. Qui verè esset Filius
Dei, & blasphemus, id dicens, reputaretur,
ut inimicus Dei; quin & dæmonium ha-
bens, & in Belzebub principe dæmoniorū
ejiciens dæmonia, & omnino Deo aduer-
sarius constitueretur. Non absque vlla
ambiguitate mentem ipsius mirū in mo-
dum cruciabat, ut quanta erat iniuria sibi
illata, tanta esset tristitia in illius mente
concepta. Sed quod illum in hac parte
maximè cruciabat, hoc erat, quod sic de-
rogabatur veritati suæ doctrinæ, propter
quam predicantiam, & euulgandam ven-
nerat in hunc mundum, & propter quam
etiam ipsam mortem subire non abnu-
Cogita fideliter, tu fidelis, Deum verū de
Deo

Deo vero venisse in hunc mundum, propter nos homines & propter nostram salutem; quæ exigebat in primis, ut illum crederemus esse Filium Dei; & homines tamen idem magis illum detestari ac persequi, quod hanc veritatem ad eum necessariam propalaret.

12. Alia separatio primam consequens est, quod cum studuerunt à Moysse separare, quasi qui aduersantia Moysi ac legi eius, doceret & institueret. Hinc ad illuminatum cæcum à natiuitate dicebant: Nos

Mat. 9. 28. Moysi discipuli sumus: Nos scimus, quia

Mat. 5. 39. Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit. Econtra verò ille dicebat:

Mat. 5. 46. Scrutamini scripturas, quia illa sunt, quæ

Mat. 24. 17. Prophetæ interpretabatur: & dicebat: O-

Mat. 24. 44. portet impleri quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis. & Psalmis de me. Maxima est

Mat. 23. 10. ista offensus, cum idem venisset ut institueret nouam legem, quam non negant sed perficientem, Moysi præcepta studuit comprobare. Hæc verò, ut lex noua etiam

Mat. 23. 39. ipsis Iudæis salutaris esset, qui bibentes vinum dicebant: Vetus melius est, atque idem nouum renuebant & aduersabantur. Hoc enim vini exemplo ostendit Christus, quomodo non facile populus ille susciperet

Mat. 23. 39. Euangelium, adhærens legi veteri. Et tamen si illum non audirent, ipso Deo procurante delendi erant. Qui inquit Deus

Mat. 23. 39. non audierit Prophetam illum, ego ultor existam. Quæ res ut illi iniuria erat, ita non modicum illi erat molesta.

23. Consequens separatio, quam moliebantur, erat à Turbis, quas agreferebant, quod illi essent deuotæ. Vnde eorum verbum refert Ioannes: Videtis quia nihil proficimus; ecce mundus totus post eum abiit.

Mat. 12. 19. Dicebant etiam ad Nicodemum: Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum, aut ex Pharisæis? sed turba hæc, quæ non

Mat. 9. 22. nouit legem, maledicti sunt. Quis etiam constituerant, ut si quis eum confiteretur esse

Mat. 11. 10. Christum, extra synagogam fieret. Et scimus quanto conatu studuerunt auertere

cæcum à fide, quando & cogitauerunt Lazarum interficere, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. Heu quanta persecutio? quantum infesta Christo, qui non venerat animas perdere, sed saluare? Scimus quantum laborauerunt Iosue & Caleb, clamantes atque sciendentes vestimenta sua, ut auersum populum à Deo & Moysse; Deo & Moysi seruo eius conciliarent. Quid verò Christus prædicabat, pascebat, sanabat, multisque signis benefaciens, turbas alliciebat ad fidem, miserus illorum; quia erant sicut oves non habentes pastorem.

Num 14. 6

Mat. 9. 36.

24

Dan. 9. 26.

Ioan. 19. 6.

Mat. 27. 15.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

Mat. 27. 20.

illos videre, cum his loqui & agere, qui suis iniquis persuasionibus, atq; conciliis, & consiliis tantas ruinas in populum Dei crudeliter inuenerunt? Heu quam nobis ignoti dolores Domini Iesu?

25 Sed pertigerunt iniqui, persequentes usque ad diuisionem animæ & corporis, nempe usque ad mortem, mortem autem crucis, in qua Dominus emisit spiritum. Hanc Caiphas intendebat dicens. *Expedi*

vobis, ut vnus moriatur homo pro populo. Vide, quæso, si Caiphas sit ille præcipuus, de quo lex ait: *Propheta autem, qui arrogantia deprauatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi, ut dicat, interficietur.* Certè non verum Prophetam

lex carpit; alioqui non loqueretur in nomine Domini, quæ illi Dominus non præcepisset. Nunquid ergo Caiphas non fuit aliquo modo Propheta, qui prophetauit, ut nomine Prophetæ notari posset à lege? Arguens cæteros ignorantia, se scientia Dei munitum iactat, quasi ex ore eius procedat verbum Dei, qui idem fuit interficiendus. Hunc notari per hanc legem in primis videtur, quod lex mox ante promiserat Christum, qui fuit vir Prophetæ potens in opere & sermone, dicente Moysè ad populum: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies.* Et Dominus subdit: *Ponam verba mea in ore eius. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam.* Et subdit immediate, quæ supra posuimus: *Propheta autem, qui arrogantia deprauatus, &c.* Vides ergo duorum Prophetarum contentionem, quorum alter est missus à Deo; alter arrogantia deprauatus, loquitur à semetipso, & loquitur tamen sicut sermones Dei. Quis ergo iste arrogans in singulari nisi Caiphas? Sequitur enim & in lege: *Quod si tacita cogitatione responderis. Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signum: Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenit, hoc Dominus non est locutus.* An non prætendit Caiphas seruandum populum à Romanis, si Christum interficerent? An

vera prædixit? An non totum euenit oppositum? Hæc ergo per tumore animi sui Propheta confinxit. Sic, sic euenit, ut qui timet primum, irruat super eum. *Timuerunt isti timore, ubi non erat timor, & timorem Domini abiecerunt.* Dixit Dominus: *Qui verba Prophetæ, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam.* Ergo dum hominem huic necitabant, qui Propheta magnus surrexit in illis, iram Domini meruerunt, & nepharii sui secleris sibi ipsis constituerunt ultoribus: qui missis exercitibus suis, nempe Romanis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum. Et ita Romani tulerunt locum; nempe ciuitatem, & templum succedentes; & gentem, populum tum trucidantes tum captiuantes.

Hoc ergo quod dixit: *Expedi, ut vnus moriatur homo pro populo*, quatenus intendebat liberare populum à Romanis, per tumorem animi sui illud confinxit. Nam quod Iesus moriturus erat pro gente, & filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum. Hoc à semetipso non dixit. Rursus pondera, quod falsus ille Propheta iubetur interfici. Et hic tamen est, qui interficit verum Prophetam. Nam ut verba sua videntur simplicia, ingrediuntur tamen ad interiora ventris, lanceis suis vulnerant atq; animam pertranseuntia. Si ergo ultorem se statuit Deus eorum, qui non audierint verba eius, quid faciet agricolis, qui iecti de vinea interfecerunt? Quid faciet interfectori, qui interficiendus ipse ut falsus Propheta, verum ac sanctum Prophetam decernit interficiendum, reumque mortis declarat, & maximopere curat, ut interficiatur, & verè tandem tradit interfectioni? Non otiosa ergo in sacra Scriptura coniunctio pollicitationis sancti magnique Prophetæ, & admonitionis aduersus Pseudo-prophetam.

Hoc ad vehementiam facit Passionis Domini, qui à tam praua generatione adiudicatur & traditur; ut meritò Filius cæcinerit: *Circumdederunt me viruli multi, & tauri pingues obfederunt me. Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obfedit me.* Ad nos igitur pertinet tantò magis

Hoc ad vehementiam facit Passionis Domini, qui à tam praua generatione adiudicatur & traditur; ut meritò Filius cæcinerit: *Circumdederunt me viruli multi, & tauri pingues obfederunt me. Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obfedit me.* Ad nos igitur pertinet tantò magis

Hoc ad vehementiam facit Passionis Domini, qui à tam praua generatione adiudicatur & traditur; ut meritò Filius cæcinerit: *Circumdederunt me viruli multi, & tauri pingues obfederunt me. Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obfedit me.* Ad nos igitur pertinet tantò magis

magis Prophetam nostrum reuereri, atq; obtemperantius audire Non enim frustra, quando lecta sunt maledictiones, quae uenerunt super populum Iudaeorum, lecta sunt nihilominus benedictiones iis collatae, qui audierunt uocem Domini, & erectum est altare, in quo & sacrificatum est, & scripta sunt. Passio Domini Scriptura legis est. In Cruce docemur quid agere debeamus. Ibi mortuus est Christus, ut dispersos filios Dei congregaret in unum. Labia stulti miscent se rixu, & os eius prouocat iurgia. Christus uero congregat in unum. Unitas, fructus est Passionis, merces mortis, germen Crucis. Vbi separator foederatorum diuisit indiuisiōnis auctorem, ibi iacta est sementis charitatis & unitatis. Foedus praecesserat inter Deum, & populum, ut essent una foederati. Bilinguis iste Caiphas hos foederatos separauit, Deum contigens, Christum interficiens, atq; populum maledictionibus subdens; in quibus erat & ista: *Disperget te Dominus in omnes populos, a summitate terrae usq; ad terminos eius. Et seruius ibi Diis alienis, quos & tu ignoras, & patres tui, lignis & lapidibus. Interim Filius Dei filios Dei, qui erant dispersi, congregauit in unum, ut esset illis unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, & Pater omnium, qui est super omnes, & super omnia. Suscitabis enim te Dominus sibi (inquit benedictio) in populum sanctum. Eia ergo seruemus unitatem spiritus in uinculo pacis, ut unanimes uno ore honorificemus Deum, & Patrem Domini nostri Iesu, cui est honor, & imperium in aeternum. Amen.*

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Agitur de illis, qui falso iustitia zelo utuntur, ad eorum malos colorandos pretextus. De pessimis effectibus, qui ex hoc consequuntur. In secunda parte. Quam malum sit surripere quae Dei

sunt, & quam pessimum Diuina in alium sensum transferre, quam intendat Deus.

BENE ostendit pessimus ille Caiphas quod Deus non esset cum eo, quando caeteros culpās ignorantia, se unum Sapientem arbitratu & iactat, cum ab eo, qui caelesti Sapientia auctus erat, dictum sit. *Viso, quam locutus est uir, cui quos est Deus, Pron. 30.2. & qui, Deo secum morante, confortatus, ait: Stultissimus sum uirorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, & non noui scientiam sanctorum.* Si enim cum eo est Deus, qui se stultum confitetur ex animo: profecto qui tantā sibi arrogat rerum cognitionem, ut caeteros contemnens, dicat: *Vos nescitis quidquam; longē à Deo abesse facit exploratū.* Id quod euentus rei demonstrauit, quando concilium insipiens dedisse, tota gente pereunte, notum factum est omnibus. Vbi tamen dicebat ipse: *Expedi uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Sic Deus nunquam cum illo fuit neque cum populo, pro quo zelare simulabat; quin illos abiiciens & deserens, in manus gentium tradidit illos, qui & locum eorum tollentes, & gentem omnia destruxerunt. Nos ergo, ut ne in idipsum incidamus iniquitatis exemplum, & ignorantiae exterminium: haec duo cauere discamus. Primum, est simulatio, qua aliud, quam spectamus pratendimus. Secundum, est peruersitas, qua diuina referimus ad humana. Caiphas quippē, & ex consilio plurimi uel omnes forsitan, inuidia tabescentes & odio contra Christum, ut illum de medio tollant, zelo salutis populi quasi uelo, contegunt malam suam mentem. Qui pretextus tamen fuit etiam iniustus atq; peruersus, agens perperam, dum transgrediens legem putat hoc pacto à malis & periculis liberari.

In primo malo duo sibi omninō contraria unā conueniunt, ut malū ipsum simulationis constitutatur, nempe zelus malus & zelus bonus; ardens uidelicet cupiditas rei illicitae, atque erga illam uoluntas pro-

Diuiso.

2

pro-

propensissima: hic est zelus malus. Præterea zelus legis custodiendæ, pronaque mens in illius obseruationem: hic est zelus bonus; Ductus his animus agitur peccatoris, cuius à Deo mens recessit. Enititur in veritum, totisque, vt ad illud aspiceret, contendit viribus. Obstat diuina Lex, quæ vetat concupiscentiam malam: Obstat forma boni, quam oculis & suis & aliorum obiciat. Obicem hunc vt amoueatur, diuinam legem ad se conatur inflectere, vt suæ non contradicat cupiditati, de penu diuinæ pietatis sumit, quo illam condiciat, emolliat, faciatque suis desideriis conuenientem. Eam sibi hoc pacto coaptatam prætextit operi suo, vt eius non dispiciatur improbitas, sed sibi cæterisque iustum videatur, & honestum. Audiamus Dominum de hoc conquerentem in Psalmo: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Vide prætextum legis, tu enarras iustitias meas, dum sibi cæterisque persuadet, se zelum Dei habere. Vide opus iniquitatis: Tu verò odisti disciplinam, dum agit contra sermones Dei, quod fusius exponit subdens: Si videbas firem, curuebas cum eo; & cum adulteris portionem tuam ponebas: Ostium abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Vides facultati insidiantem proximi, & gloriæ? Vides dolo & obrectatione officientem fratri? Vbi puto Prophetam ad hoc consilium respexisse, quòd in fratrem suum filiumque eiusdem matris Synagoga dolos concinnabat, & in concilio sedens aduersus illum loquebatur, simulans tamen zelum legis, quòd iustum videretur, minus bonum maximo posthaberi. Hoc est iustitias Domini enarrare, os assumere testamentum eius. Conticuit lex, dum permilla est præteriti; dum simulatio pertransit sub specie veritatis; dum ad illam conclusionem ventum est: Ab illo ergo die cogitauerunt illum interficere. Tacet & Deus, dum non punit, vt impunita-

te videatur opus approbare iniquitatis, quasi sicut opus habet speciem pietatis, ita Deo sit placitum, & sit in hoc Deus similis homini peccatori; quod idem vtrique placeat; & quod placet impio, placeat & Deo. Sed tandem audi Deum: *Hæc fecisti, & tunc cui: Existimasti iniquè, quod ero tui similis? Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Loquitur Deus, & clamat, dum concupiscentiam iniquitatem, dum impios percellit, dum flagellis ostendit, quod non Deus volens iniquitatem ipse est. *Neque habitabi (canit Psalmus) iuxta te malignus, neque per manebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Compellitur videbatur à prætextu legis, à specie boni, atque propterea tacere. Ideò alius clamat Psalmus: *Deus, qui similis eris tibi? Neceas neque compeccari Deus, quoniam ecci inimici tui sonuerunt. Sonant ipsi & tu taces? apertè peccant, & non audis clamorem eorum.*

Dolus iste, quo quis etiam seipsum decipit, vt dicat malum bonum, hac maxime ratione pessimum est, quòd boni apparentia aculeum obrundat conscientie, vt non pungat & non compungat, atque ita in eo persequeretur, tanquam in relicta, vbi & sensus fruitur cupido, & lex mentis modice sic repugnat, vt vltimus de pœnitentia nulla sit cogitatio. Illustrissimum huius rei habemus exemplum in eo, quod accidit in Tribu Dan. Ad tantam populus deuenerat cæcitate, vt in colendis Idolis arbitrarentur se obsequium prestare Deo; sic Mater cuiusdam Michas videns illum promptum ad faciendum sculptrile atque conflatile, ex pecunia à matre illi commendata, dixit: *Benedictus Filius meus Domino.* Factoq; sibi Sacello Michas magna cum pietatis ac religionis specie fecit Ephod & Theraphim, id est vestem Sacerdotalem, & Idola (Idola ista puto fuisse imagines quasi Deorum inferiorum sculptrili principali) & vnum ex filiis suis instituit Sacerdotem. Superueniente autem adolescente Leuita, cum sibi patrem constituit ac Sacerdotem. *Nunc sero (dicit Leuitici generis Sacerdotem. Præterea Tribus*

Psal. 49. 16 mo: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Vide prætextum legis, tu enarras iustitias meas, dum sibi cæterisque persuadet, se zelum Dei habere. Vide opus iniquitatis: Tu verò odisti disciplinam, dum agit contra sermones Dei, quod fusius exponit subdens: Si videbas firem, curuebas cum eo; & cum adulteris portionem tuam ponebas: Ostium abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Vides facultati insidiantem proximi, & gloriæ? Vides dolo & obrectatione officientem fratri? Vbi puto Prophetam ad hoc consilium respexisse, quòd in fratrem suum filiumque eiusdem matris Synagoga dolos concinnabat, & in concilio sedens aduersus illum loquebatur, simulans tamen zelum legis, quòd iustum videretur, minus bonum maximo posthaberi. Hoc est iustitias Domini enarrare, os assumere testamentum eius. Conticuit lex, dum permilla est præteriti; dum simulatio pertransit sub specie veritatis; dum ad illam conclusionem ventum est: Ab illo ergo die cogitauerunt illum interficere. Tacet & Deus, dum non punit, vt impunita-

bus Dan, Deum hunc sculprilem sibi stauit in Ciuitate Dan, & Ionatham filium Gersam filii Moyfi, & filios eius Sacerdotes in Tribu Dan vsque ad diem captiuitatis suae. Vide ignorantia, vt, quae Deo maxime displicebant facientes, putarent Deū idcirco habere propitium, quando & nepotes Moyfi magni illius viri atq; sanctissimi, in Idolorum cultu Sacerdotio fungebantur. Propterea ab hac impietate nunquam recesserunt, donec populus captiuus abductus est. Nihil in toto orbe terrarum magis, aut etiam aequo perniciosum est ac noxiū, atq; caecitas ista est, qua male agentes benefacere arbitrantur homines. Hinc enim Idololatria, quae tamdiu totum obfedit orbem, vt amplissima regna omnia, Romanumq; in primis Imperium pro magna putaret religione Deos habere, qui vere daemonia sunt. Hinc haereses habentes quidem (vt ait Apostolus) *speciem pietatis, virtutem autē eius abnegantes*. Hinc Iudaeorum perfidia, quae (vt inquit idem Paulus) *aemulationem Dei habent, sed non secundum scientiam; dicentes: Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit. Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit*. Hinc inter fideles, hi qui de Dei misericordia praesumentes ambulant post peccata sua, quo nihil Deo displicentius. Hinc communis hominum negligentia in perspicendis mandatis Dei, in eius testimoniis exquirendis, in lege illius custodienda, cuius luce illuminari dtuiderent lucem à tenebris, pretiosum à vili, & ab honestate turpitudinē.

Maculosos idē a sacrificiis suis arcebat Deus, variegatam vestem ex lana & lino contextam, & huiusmodi miscellanea, vt ne miseremus nos malum & bonum, sed vtrumque ab altero discererem distinctē cognosceremus. Hinc vniuersalis nimis hominum ignorantia, illorum quoque, qui amant veritatem aliquantisper, habentes in oculo si non trabem, festucam saltem; vnde nostra laudamus, aliena vituperamus, inuicem litigamus, nobis quasi iustis placentes, ceteris veluti à recto deuiantibus infesti, molesti, obloquentes.

Tom. II, Bellintani.

Hoc igitur sciamus, quod modicum fermentum totam massam corrumpit, & vna vntus Achan transgressio totum contaminauit populum, dicente Scriptura: *Filii Israel prauaricati sunt mandatum, & usurpauerunt de anathemate. Nam Achan tulit aliquid de anathemate. Iratusque est Dominus contra filios Israel*. Vnde factum est, vt in primo praelio, quod cum Chanaanais commiserunt filii Israël, terga verterint, & corruerint, ex eis triginta sex homines, cuius damni referens causam Dominus dixit: *Peccauit Israel, nec poterit stare ante hostes suos, fugietque eos, quia pollutus est de anathemate. Non ero vltra vobiscum, donec coneratus eum, qui huius sceleris reus est*. Hoc non tibi videtur Iacobi Apostoli sententiam confirmare: *Qui in vno offendit factus est omnium reus?* coneratur id, quo cetera polluuntur, purgemus omne pessimum De Regibus multis in Iuda scribitur: *Fecit quod erat reatum coram Domino, veruntamen excelsa non abstulit*. Fuit primus Salomon, qui peccauit in hoc: scriptum est enim: *Dilexit Salomon Dominum, ambulans in praecipis Dauid patris sui. Excepto quod in excelsis immolabat, & accendebat thimiamam*. Huius rei fuit occasio, quod templum adhuc non erat aedificatum. Vnde ibidem Scriptura: *Attamen populus immolabat in excelsis, non enim aedificatum erat templum nomini Domini, usque in diem illum*. Ac quamobrem aedificato & dedicato templo, excelsa non abstulit? An forte iste ingniculus fuit, & exordium quoddam tantorum sacrilegiorum, in quae mulieres alienigenae illum impulerunt. Ista nimirum fuit occasio peccandi etiam regibus successoribus suis. Sic de Asa filio Roboam, qui Asa multa fecit in honorem Dei, scriptum est: *Excelsa autem non abstulit*. Sic de Iosaphat filio Asa, qui Iosaphat fuit Deo gratus, scriptum est: *Fecit quod rectum erat in conspectu Domini: Veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis*. Sic de Ioas filio Oziae. Sic de Amasia filio Ioas: *Fecitque rectum coram Domino; veruntamen non vt Dauid pater*

pppp eius,

1. Tim. 3. 5.
Rom. 10. 2.
Iuan. 9. 18.
Deut. 9. 16.
Leuit. 12.
19. & Deut. 17. 1.
Deut. 12. 11.

4
2. Cor. 5. 6.
Ios. 7. 1.
11.
12.
Iac. 2. 10.
3. Reg. 15.
11. & 22.
43. & 4.
Reg. 12. 2.
& 14. 3.
3. Reg. 3. 3.
2.
3. Reg. 11. 7.
15. 14.
22. 49.
4. Reg. 12. 3.
14. 4.

eius, excepto hoc, quod excelsa non abstulit.

Sic & de aliis scriptum est. At de Ezechia tandem dicitur: *Ipse dissipauit excelsa, & contriuit statuas.* Propterea Sapiens scriptum reliquit: *Præter David & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem Altissimi Reges Iuda.*

O quam ab omnibus peccatis cauendum est. Vnum solum prouocat iram Dei. Non est propitius Deus peccatori, etiam vnum dumtaxat peccatum habenti. *Non ero* (inquit) *ultra vobiscum, donec conuer-*

tu eum, qui huius sceleris reus est.

O Caïphas, scelus est aliquid tollere de anathemate, & scelus non erit interficere innocentem? & scelus non erit illum interficere, qui *multa signa facit*? illum interficere, in quem omnes credituri sint? verum Iudeorum Regem? expectatum Messiam? Filium Altissimi? & scelus non erit tuum, qui in hoc barathrum eos impuleris, quos ignorantes vocas? Pro vno furti scelere rapit se Deus ab vniuerso populo, & testatur, quod non poterit stare contra hostes suos; & tu tenes, & tu doces, quod hoc maximo facinore liberabitur populus, *ut non tota gens pereat?* Sed de nobis sit sermo. Crimen vnum Deum expellit ab homine, etiam si alioqui repletus videatur fructu iustitiæ. Crimen vnum totum hominem contaminat, quæ in illo sunt, immunda facit omnia. Sola capillorum præcisio totum Sampsonem, qui erat fortissimus, reddidit imbecillum, Deo priuauit.

Judic. 16. 20.

Surrexit (inquit Scriptura) *nesciens, quod recessisset ab eo Dominus.* Et tu nescis à te Dominum recessisse, quia peccasti, quia rem, qua Deo eras consecratus, perdidisti, gratiam capitis, ornamenta gratiæ, animæ pulchritudinem, quam tibi gratia Dei conferebat. Mulier Dalila, concupiscentia mala, quam lex prohibet, dicens: *Non concupisces*: ipsa tibi decorem sustulit, quem in te Deus concupiuit, & propterea sine Deo es in hoc mundo. Audisti: *Non*

Exo. 20. 17.

ero ultra vobiscum, donec conueratis eum, qui huius sceleris reus est. Ergo & hoc crimen abiice à te, ut sit tecum Deus. Sanctum erat Sanctuarium Domini, sancta omnis eius suppellex, quæ erat plenitudo

Jes. 7. 12.

Sanctorum, & expiatur tamen per singulos annos à sordibus, quas contraherat habitans in medio sordium filiorum Israël. Et tu, quoniam aliqua bona opera inuenta sunt in te, audes cum maculis peccatorum Deo appropinquare? Audi Legem: *Non immolabis Domino Deo tuo ouem & bouem, in quo est macula, aut quippiam vitii, quia abominatio est Domino Deo tuo.* Sola macula, quippiam vitii, totam reddit hostiam Deo abominabilem. Ne itaque gloriaris in bonis operibus, si qua macula, vel vna sit in te. Non loquor de leuibus quotidianisque peccatis, quæ sunt sordes in pedibus: nam etiam cum his homo est mundus totus, & non indiget nisi ut pedes lauet. *Volo vos sine crimine esse.* Hoc est venenum, quod tamen modicum sit, corpus grande totum inficit, & interficit; nec membrorum integritas, nec humorum æqualitas, nec totius hominis ipsius perfecta sanitas obstat, quo minus totum hominem reddat exanimem. O quanta est vnius iniquitatis malitia!

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

Quid ergo erit, si malum ipsum, quod verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollat ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est oculus Domini intentionum cordis, atque cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verum aliorum deceptio, tui ipsius ignorantia, quid confert emolumentum? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatus iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergo iniquitas apposta est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen posstrum super cor tuum non vides temeripsum, hoc tibi erit impedimento, ne ex eas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota.*

lora à sordibus. Et similes fias Iudæis & cō-
sultoribus his, qui suam malitiam conte-
gere studuerunt publicæ communisque
salutis apparente zelo. De quibus videtur
ista sententia prophetice prænuntiata. Nā
quæ hic dicuntur, visionis nomine præ-
notatur. *Visio*, inquit, *quam locutus est vir,*

cum quo est Deus; vt propterea isti sint ge-
neratio, de qua ibidem dicitur: *Generatio,*

quæ Patri suo maledicit, & quæ matri suæ

non benedicit. Generatio, cuius excelsi sunt

oculi, & palpebra eius in alta surrecta. Gene-

ratio, quæ pro dentibus gladios habet, & com-

mandit molaribus suis, vt comedet inopes de

terra, & pauperes ex hominibus. An non isti

Christo maledixerunt, quem Belzebub

vocauerunt, qui tamen & pater illorum e-

rat & mater? An non eorum manifesta su-

perbia, quando amabant primos recubitus

in cœnis, & primas cathedras in Synago-

gis, & salutationes in foro, & vocari ab

hominibus Rabbi, & omnia opera sua fa-

ciunt, illos pro dentibus gladios habere

facit manifestum, quibus deuorauerunt

pauperem, non in abscondito, sed coram

Deo & omni populo. Vt peccatum, quod

abscondere vouerunt sub specie boni, iam

toti mundo factum sit manifestissimum.

Ergo quam periculosum est, quam dam-

nosum peccata abscondere, prætexere in

sceleribus sanctitatem, in immiti facinore

pietatem, doceat hoc nos Iudæorum rui-

na, extremumque exterminium.

7 Doctrinam potius veritatis audiamus:

Pro. 10. 18. Abscondunt odium labia mandacia, qui pro-

fert contumeliam, insipiens est. Cor mūdā-

dum est, quoniam siue contegas, siue pro-

feras illius obliquitatem, totum malum est;

mendax es, si abscondis; insipiens, si pro-

fers. Et, tu vide peccatum tuum: tu di-

scerne causam tuam: tu vide quid feceris;

tu quid cogites. Si tu non videas, videbit

omnis oculus. Quod non aspicias, non de-

spicies; si non despexeris tu, despectui eris

& hominibus, & ipsi Deo. Quoniam Deus

dissipauit ossa eorum, qui hominibus pla-

cent. Confusi sunt, quoniam Deus spreuit

eos. An non tu de hominibus es, quibus

placere studes? confunderis miser, erube-
sces, cum reuelata fuerit iniquitas tua; cū
à creatore pandetur omne malum, & ma-
nifesta erunt abscondita cordis nostri; tūc
paries filios, quos in occulto concepisti.

Audi Prophetam: *Colligata est iniquitas E-*

phraim, absconditum peccatum eius. Dolo-

res parturientis venient ei. O quis dolor!

13. cum patefient, quæ nunc abscondite fiunt.

In dolore paries, quod in dolo concipis;

quod dolose abscondis, dolose manife-

stabis. Vide Ephraim transfugantem. Vi-

de Iudæum captiuatum, qui abscondit

mendaciter odium aduersus Christū Do-

minum. Vide torum orbem terrarum indi-

gnantem contra Iudæos, & illorum tam

crudelē facinus detestantem. An non nunc

dolores parturientis veniunt ei? O Chris-

tiani. Non ita erit inter vos. Sed quicumq;

comiserit delictum, confiteatur illud sibi,

fateatur in corde suo se male egisse, & non

declinet os suum ad excusandas excusa-

tiones in peccatis. Confiteatur & exterius,

vt ab Evangelica lege præscriptū est. Scri-

ptum est enim: *Qui abscondit scelera sua,*

non dirigetur. Qui autem confessus fuerit,

& reliquerit ea, misericordiam consequetur.

SECVNDA PARS.

Tota hominum omnium peruersitas

est, vt fruendis, & frui vtendis, quan-

do videlicet quæ diuina sunt ad comoda

temporalia peruersē diriguntur; & quæ hu-

mana sunt, diuinis rebus anteponuntur.

Quod facinus sacrilegum fuit, ignoranter

& inique consulentium Iudæorum. Iam

fatentur de Christo: *Hic homo multa signa*

facit, vt negare non possint, quod Deus e-

rat cum illo, & res ipsa diuina esset, in qua

Deus vistraverit plebem suam. Et adiiciūt

tamen: Si dimittimus eum sic, omnes credent

in eum, & venient Romani, & tollent nostrū

locum, & gentem. Vbi duo contra se scelera

manifestant: Homo iste multa signa facit: a-

deo si non impediatur, sint omnes in illum

credituri. Quid diuinum est ergo, à Deo

missum ad salutē populi sui, quam, si cre-

dat in eum, consequatur? hoc sequitur: Si

dimittimus eum sic. Nos ergo in rem diuinā

manum mittere cogitatis? opus Dei, quod est in illum credere, attente meditamini, vt illud auertatis; si quis immundus sancta vel tangere ausus fuisset, peribat anima eius de populo suo: propterea tot præcepta data sunt de purificatione. Quin, sancta quædam erant de Sanctuario interiori, quæ neque mundi tangere poterant, neque etiã Leuitæ, ipsius quoque prima classis, nempe familiae Caath: quæ quidem portare iuebantur, sed inuoluta adeo, vt nõ profusus ab eis tangerentur, alioqui moriebantur. *Intrabunt* (inquit) *filij Caath, vt portent inuoluta, & non turgent vasa Sanctuarij, ne moriantur.* Ecce autem isti immundi omnes in Sanctum Sanctorum audent manus iniicere, vt non turgent solum, sed vt destruant, de medio tollant, non dimittant: sic fidei populorum aditum intercludant, claudant regnum cælorum ante homines, vt illos prohiberent, qui in illud intrare voluissent. Hoc primum scelus. Alterum est, quod cælestia temporalibus commodis enituntur accommodare. Cum è contrario temporalia debeant æternis deseruire.

9 Sapiens ille, qui rogat: *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, sed tribue tantum victui meo necessaria; ne forte satiatus illi-
9. ciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus: aut egestate compulsus furer, & peruerem nomen Dei mei.* Aperte demonstrat, quo referenda sunt temporalia ista. Victui necessaria petit: ergo ad vitam ista supeditantur, vt per ea vita nobis concedatur. Ipsa vero vita quid spectat? dum timet ne horum occasione Deum offendat, vel negans in copia illius Maiestatem, vel polluens nomen eius propter inopiam; an non perspicuum facit totam vitam nostram ad Deum esse referendam? Hic finis est eorum, quæ creauit Altissimus; ad eum, qui super omnes est, inferiora omnia transferenda sunt: Ad illum, vnde excurrerant, recurrant. Vt viuas tu, vt tecum frater tuus viuat, vt pacificus sit & iucundus coniunctus vester, ista traduntur. Derogat mendicitas vitæ tuæ, subtrahens necessaria, abigatur illa, vt viuamus. Forte ad furtũ impellit, quod pacem tol-

lit, & vitæ tranquillitatem; abicit itaq; mendicitas, vt quietam & tranquillam vitam agamus. Verũ vt mendicitas furtum creat, sic furatio periuriũ, quod est contra Deũ. Ergo & victus & conuictus diuinum honorem spectat. Nil minus abundantia, quæ ideo ablegatur, ne quis in de elatus rerum omnium Dominum non cognoscat, non confiteatur, non laudet. Magna ergo perueritas est, his abuti, vt non Deus per illa sanctificetur & honoretur, vt merito etiã diuitiæ contemnendæ sint, ne nostant a Deo abstrahant mentem.

Hoc vt doceret Deus, primam ciuitatem, quam in terra promissionis cepit populus, nempe Iericho, subdidit anathematizari; omnia videlicet illius bona Deo consecrans, vt ne quis quidquam eorum raperet ad vsus proprios. Vnde consumptibilia iussit omnia profusus destrui. Aurum vero, & argentum, vasa aenea & ferrea Domino consecrari, reposita in thesauris eius. Achan 16, 7, ergo, qui aliquid inde furatus est, peruerse conuertit, quæ Deo debebantur, & vnum propriũ, propterea Dei influ extirpatus est. Sic Deus ostendit omnẽ terram illam suam esse, in sui obsequiũ destinatam. Qui alio illius bona detorqueret, exterminio liliũ esse dignũ. *Dominus est terra, & plenitudo eius orbis terrarũ; & vniversi, qui habitant in eo.* Furatur ista Domino, qui non illa assumit in gloriam Dei, dignus qui cõburatur, & ad nihilum redigatur.

Si hæc nobis Deo contempto, applicantes grauius offendimus, quid de illis dicendum est, quæ proprie diuina sunt? Tria de diuinis rebus lex dedit præcepta, sicut tria sunt potissimum diuina. Primum est ipsa Diuinitas, quæ Deus Deus est. Secundum est nomen eius. Tertium est creatum quid, sed Domino consecratum, cuiusmodi est dies septima, per quam reliqua omnia intelliguntur, quæ sibi Deus singulariter sanctificauit; nam per tempus temporalia designantur. In his tribus decernendis addidit Deus prohibitionem, ne ista à Deo auferrentur. Declarata Diuinitate mox addit: *Non habebis Deos alienos coram me.* Ex primo præcepto, quo dicitur, *Ego sum Dominus Deus tuus*, satis patet, quod sanctum sit no-

fit nomen eius, & ideo venerandum, & metuendum: propterea adicit prohibitionem. *Nō assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Vbi aduertit quod vbi dixerat prius: *Ego sum Dominus Deus tuus:* nunc dicit: *nomen Domini Dei tui:* vt intelligas ex primo præcepto pendere secundum, nempe quod nomen Dei sit pura mente colendum. In tertio denique ait: *Memorato, vt diem Sabbati sanctifices.* In primis duobus non fuit opus rationem reddere, veritate per se clara atque perspecta, quod Deus sit, & quod nomen illius sit reuerendum: sed quod die ista sabbati esset sanctificanda, non erat ex sui natura manifestum, propterea rationem subiicit: *Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt; & requieuit in die septimo; idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit eum.* Creatis omnibus requieuit Deus, & primum tempus post creata omnia sibi separauit & sanctificauit, vt sic nos instrueret, omnia quidem esse sua, quorum omnium ipse creator est. Ea tamen donauit nobis, dicens de homine: *Præsit omnibus.* Verum tamen vt sciremus, ea non nisi ex Dei gratia & liberalitate esse nostras partem aliquam sibi retinuit, nempe temporis partem septimam; in qua sic requieuit, vt nihil illius vellet nostrum, quasi nihil operans. Im-motus enim in se permanens, quietem sibi dedicauit; mobilibus nobis mobilia condonauit; propterea quod operatur, nobis tribuit; quod quiescit sibi; cuius quietis tamen nos quoque vult esse participes, vt declarat Apostolus. Ad quod significandum iubet, vt in sabbato quiescamus. *Sex diebus* (inquit) *operaberis, & facies omnia operatua.* Septimo autem die, sabbatum Domini Dei tui est: *Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentū tuum & aduena qui est intra portas tuas.* Dicens: *Sex diebus facies omnia operatua;* innuit manifeste, nihil in sabbato nobis esse faciendū, quod sit opus nostrū, nempe in commodū & vtilitatem nostram; quoniam tempus illud est Dei, & non aliud præter Dei opus in eo esse faciendum. Quo nihilominus

docemur, per opera nostra venturos nos tandem ad requiem aternā, operibus ipsis nostris iam perfectis. Paret ergo id, quod sibi ipsi reseruauit, illi soli concedendum: & propterea vetuit, vt dictum est, vt in eo non faceremus opera nostra. Ergo videmus, quod in tribus omnibus his præceptis singulariter animaduersum est, vt quæ diuina sunt, non aliō transferamus, sed quæ Dei sunt, Deo ipsi reddamus.

Quanta ergo iniquitas, quantoque supplicio digna, diuina nobis rapere, diuina violare, diuina ipsa ad nostram vtilitatem retorquere? Hoc Caïphas cogitauit, hoc proposuit, hoc tam peruersum facinus iniquè decreuit atque sacrilegè, qui Deum ipsum, quem saluatorem omnium nescius confitetur, etiam ad mortē adiudicat propter temporale emolumentum, ne tota gens pereat, pereat temporaliter, vt ipse intendit. Vt hanc tantam compesceret Deus iniquissimam temeritatem, postquā in primo præcepto vetuit, ne Diuinitatem, quæ solius eius est, alienis darent, sibi Deos, qui non sunt Dij, fabricantes, eosque colentes, damnationis subiicit sententiam ijs, qui ausum tam sacrilegum subiissent, dicens: *Non adorabis ea, neque coles.* Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationē eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiā in millia iis, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Cōiunge illa duo, fortitudinem & zelum, & poteris conuicere, quā ab homine sit cauendum, ne diuina à Deo ad alios transferantur. Fortis & zelotes; fortis, vt possit; zelotes, vt velit: hoc ardentem, illud vehementer. O infelix synagoga, iam sentis experimento, quā fortis sit Deus, quā zelotes, qui te in omnem ventum ventitauit, & in cauda posuit: vt ab omnibus posthabearis, & conculceris: & non patrum solummodò, sed tui ipsius luis peccatorū pœnas, quæ odio habes illum, qui te dilexit vsque ad mortem.

Addit & secundo præcepto transgressionis pœnam, dicens: *Nec enim habebit insonem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* O vos omnes qui

Exod. 20.5.

Deut. 28.

Exod. 20.7.

Genes. 1.26.

Habr. 4.3.

Exod. 10.

130.

Exod. 20.

qui transitis per viam istam latam, quæ ducit ad perditionem, diuinis abutentes, audite præcipientem, timete cõminantem, coram illo, qui fortis est & zelotes, contremiscite. Dicebat olim populo suo: *Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio, & videte, quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.*

Ierem. 7. 12 Ite, ite & vos in vineam istam, de qua per alium Prophetam facit comminationes, quæ nunc impletae sunt. *Es nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ; auferam sepem eius, & erit in conculcationem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam desertam: nõ putabitur & non fodietur, & ascendent vepres & spina; & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.*

Isa. 5. 5. In direptione dispersio, in conculcatione captiuitas. Deserta à Deo, sine Prophetis, qui putent & fodiant: spinis errorum & opprobriorum repleta; neque de cælo influxus gratiæ illi datur; malè habetur ab hominibus, & à Deo. Ite, ite in Silo, vbi primum locata fuit Arca; Ite ad templum Salomonis; ite ad populum illud antiquum, & videte furorem Domini contra illum. Discite iustitiam Dei, & audite:

Ierem. 7. 14. *Faciám domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, sicut feci Silo Et proiciam vos à facie meá, sicut proieci fratres vestros. Domum illam fabricatam, figuram nostram fuisse, planum est; nõ pepercit illi, non parceret & nobis. Quod illis dicit, nobis dicit.*

14. Heu cur non audimus? Quot Christianorum regiones datæ sunt in direptionem; misera gens fidelium, quoniam ab infidelibus conculcatur; deserta à Domino, quæ deseruit ipsa prima. Vbi nullum habet cultorem, qui putet, qui fodiat, qui doceat, qui corrigat, qui à peccatis illam auertat; neque de cælis à Deo visitatur, subtracto sicut exteri subsidio, ita interiori auxilio. Et qui inter fideles viuunt infideliter, sicut & gentes, quæ ignorant Deum, illius quid amplius est? quæ illorum utilitas? Illis non desunt exteriora ista salutis comoda, degentes in plenitudine Sanctorum. At diuina contemnescentes, Verbum Dei, Sacramenta, Ecclesiæ directionem, quid illis profunt omnia hæc? *Propterea amplius*

accipient iudicium. Et viri Niniuitæ, & populus Iudæorum, surgent in iudicio cum generatione ista, quæ Deum habet in medio sui protectorem, adiutorem, saluatorem, & dicit illi, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Rachab, quia saluauit exploratores, de ruina Iericho liberata est cum omnibus suis, & fuit in honore apud populum. Et tu Christiane, quem te erga Christum saluatorem tuum exhibes? Est funiculus coccineus in fenestras, per quæ saluati sumus, vt nos saluatem saluemus, honoremus, apud nos habeamus. O passio, verè funiculus, quo Christum inimici eius tenuerunt & ligauerunt, funiculus rubeus, coccineus: traditus est enim ad mortem; mortem autem crucis. Hoc signum salutis nostræ. In hoc videmus, quæ Christo tenemur. Posuit ipse signum, exiit portans coccineum vestimentum. Clamatum est à Pilato: *Ecce homo.* Positus in signum, cui contraditum est. Quis nostrum ponit hoc signaculum super cor suum? quis aspicit serpētem in ligno; Quis videt diamiaum super hoc solium excelsum & eleuatum? Quis interrogat? Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Quid clamamas: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum!* Iustus perit, & nemo recogitat. Christus vadit, & nemo interrogat? Domine quod vadis? O Passio Domini, non iam patēs, sed abscondita ab oculis omnium. Non est qui contempletur eam ex omnibus charis eius, quia nemo charus, nemo charissimus. Omnes videntes me dereliquerunt me; & relictus sum ego solus, sicut agnus in medio luporum. Si non diuinum quid Passio est, quæ res erit ultra diuina? Sabbatum Domini est, vt quiesceretis; in cruce clavis confixus est, cessauit ab omni opere suo clauatis manibus; hucusque venit ultra non processit pedibus in cruce confixis. Benedixit huic diei, sanctificauit illud, diem suum voluit esse, de quo dixerat: *Tempus meum propè est.* Heu sanctificate diem sabbati istum: opus nõ faciatis in eo. Vacate, vacate, & videte: gustate, & videte: *Respicite, & leuato capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Propè est salus vestra. Sic habete rem hanc diuinam: Sic

6. 27. Sic habete Redemptorem vestrum. Cur saluata Rahab? quia ex illa erat Dominus Iesus Christus nasciturus. Nō saluabimus ergo nos Dominum ipsum saluatorem? Sed trademus in manus peccatorum; Sed frustra effundemus sanguinem eius? sed inuitē reddemus nobis sanctam suā passionem; sed crux, sed signum filij hominis erit nobis, cui contradicamus? Crucē fugientes: crucem abhorrentes? Non sic, nō sic. Sed venite adoremus, & procidamus ante eū, ploremus coram Domino, quia ipse Redemptor noster, ipse frater, ipse Pater noster, qui mortuus est pro nobis, vt nos salui simus, salutemq; consequamur æternam. Quam nobis ipse concedat, qui illam operatus est.

MORALE.

15. **C**EDIS ō bone Iesu, ab ijs tu te subtrahis, qui te cogitauerūt interficere, vt sciat omnis, quoniam nulla te latet cogitatio. Iam non in palam ambulabas apud Iudæos, vt qui scires illos tuam mortem meditantē. Dic amabo mi Domine Iesu, an vt occasionem illis subtraheres frustra malignandi, ampliusq; sine passionis tuæ effectu peccandi? Duo tibi à patre tuo iussa fuerunt, vt verbo doceres, morte saluares: venisti, docuisti: quod si non fecisses, peccatum non haberent perfidiæ suæ; non credentes, sed irridentes, sed contradicentes. Post aduentum & prædicationem, recessisti longè, abiens in regionem longinquam, per portas mortis. Peccatum peccauit Ierusalem, quæ occidit Prophetam, qui ad se missus fuerat, quia non capiebat Prophetam mori extra Ierusalem. Ipsi sibi exitio fuerunt, repellentes doctrinā, & doctorem interficientes; & in hoc tamen illis prospexit: Nam videns cogitationes eorum, abscondit se, ne videntes amplius exardescerent, in vanumq; contenderent, neci dare illum, quandiu nō venisset tempus eius. Hæc est vna ratio cedendi aduersarijs, ne si non adit ista cessio, fiat accessio malignitatis in aduersantibus. Aggrauauit Pharaon cor suum resistente Deo conatibus suis, qui sustinuit in multa pacien-

tia vasa iræ apta in interitum. Sed hoc vt Rom. 9. 23. ostenderet potentia suam, & diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quæ Pharaon fuit occasio peccandi, mundo salutem attulit, notā faciens Omnipotentis virtutē, qui potest in se confidentibus præsto esse liberans, & sibi resistentes deponere de sede atque disperdere. Christus autem, qui cum Pharaone vsus fuerat potentia, cum his, qui nihil minus erant duro corde, patientia vsus est, vt esset quidem salus sua, vsque ad extremum terræ, hos autē pereuntes grauitō non impelleret in infernum. Vbi oportuit & panem Euangelij frangere sua prædicatione, & virtutē diaboli infringere sua passione, non debuit ab his abstinere, quod Iudæis essent in ruinam. Quod tamen ita præstitit, vt nullam frustra illis daret peccandi occasionem. Propterea itaq; dicit Ioannes: *Ab illa ergo die cogitauerunt vt interficerent eum* Ioh. 11. 54. Iesus autē non in palā ambulat apud Iudæos, sed abiit in regionē iuxta desertum, in ciuitatem quæ vocatur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Vbi & locus, & tempus, & societas innuitur. Locus remotus est aprus fugæ; tempus ad mensuram, dum tempus veniret, cum ille se traditurus esset in manus peccatorum, propterea subdit immediatē post hoc Euangelista: *Proximum erat Pascha Iudæorum*, in quo postmodum ascendit Ierosolymam magna cum celebritate, vt sic cederet ad tempus, non quasi timēs, sed tempus expectans opportunum & præordinatum.

Erant autem cum illo & discipuli eius, vt discerēt, tempus esse custodiendi, & tempus abiiciendi; tempus tacendi, & tempus loquendi; tempus belli, & tempus pacis. Ergo nos, qui discipuli sumus, discamus non resistere malo, vt malum destrua-

17. **E**ccl. 3. 6. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

18. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

19. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

20. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

21. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

22. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

23. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

24. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

25. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

26. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

27. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

28. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

29. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

30. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

31. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

32. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

33. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

34. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

35. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

36. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

37. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

38. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

39. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

40. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

41. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

42. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

43. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

44. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

45. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

46. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

47. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

48. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

49. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

50. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

51. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

52. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

53. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

54. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

55. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

56. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

57. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

58. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

59. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

60. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

61. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

62. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

63. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

64. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

65. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

66. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

67. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

68. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

69. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

70. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

71. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

72. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

73. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

74. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

75. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

76. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

77. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

78. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

79. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

80. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

81. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

82. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

83. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

84. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

85. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

86. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

87. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

88. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

89. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

90. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

91. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

92. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

93. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

94. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

95. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

96. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

97. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

98. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

99. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

100. *Tempus discendi, & tempus tacendi, & tempus loquendi, & tempus belli, & tempus pacis.*

cum sum, rei tuę tamquam seruus tuus debeo querere incolumitatem: Quod ut præstem, duo mihi necessaria sunt, alterum pro salute rei tuę laborare: idem iustificationes tuas exquisivi; alterum est rogare te, ut rei tuę curam geras, idem saluum me fac, quoniam tuus sum. Quod meum est exhibeo, tuas exquirens iustificationes; & tu ergo quod tuum est, præstare digneris, saluum me faciens. Ergo saluum me fac, quia iustificationes tuas exquisivi. Hoc Christianorum est, qui sui non sunt, qui empti sunt, qui lucro Domini sui debent intendere

18. Sed heu ista est generatio, quę pro dentibus habet gladios, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. An forte iniquitas ista abscondita est, aut fit in occulto?
- Prou. 30. 14.*
- Isa. 3. 9.* Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt: repleta est terra iniquitate à facie eorum. Et sanguis sanguinem tetigit. & *Gen. 6. 13.* infecta est terra sanguinibus, & contaminata est ab operibus manuum eorum. Sedent quidem in insidiis cum diuitibus in occultis, sed non ut operiatur sicut ab adipe iniquitas eorum, verum ut facilius illam perferrent, ut interficiant inopem innocentem. *Gen. 10. 9.* Insidiantur in abscondito, quasi leo speculca sua, ut pauperem rapiant. Quasi Nemrod robustus venator coram Domino. Cceptum est ab origine mundi, quod robustus frater imbecillum occidit fratrem. Renouatum est in mundi reparatione, ubi erectum est folium tyrannorum à Nemrod. Passus est populus Dei in sua origine à crudeli Pharaone, sed neque populus ipse ab hac fuit immunis crudelitate. Propterea de Regibus Ierusalem dicebat Ezechiel, loquens de synagoga: *Ezec. 19. 2.* Quare mater tua leona inter leones cubauit in medio leunculorum suorum, & eduxit unum de leunculis suis, & leo factus est, didicitque capere prædam, hominemque comedere? Rursus de alio Rege: Tulitque unum de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones. Et factus est leo, & diuicit prædam capere, & homines deuorare. Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere, & desolata est terra, & plenitudo eius à

vocorugitus illius. Et quis finis eorum? Nonne tyrannis crudelissima, qua contra pauperem Christum infurrexerunt? sed nunquid desit crudelitas cum populo illo crudeli? Regnat & apud nos impietas ista, & inter nos est generatio ista, quę pro dentibus habet gladios, quę commandit molaribus suis. Iam tyrannos passa est Ecclesia, ventis persecutionum exagitata, sed deficientibus exteris vexantibus, infurrexerunt filij eius contra eam. Et prætereo principes hæreticos, de nobis Catholicis sermo meus est; de his qui accedunt ad mensam Domini, dolebat Paulus defectum caritatis in eis: quando alius esuriebat: alius ebrius erat. Sed quid? qui rapiunt bona pupillorum ac viduarum; qui pauperes deorant; qui inferiores conculcāt? qui a quales amulantur, & vrgent? Sic docemur ab iniurijs proximorum abstinere, ut dicit sapiens: *Nec accuses seruum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi, & corruias.* Nouissimum virorum seruo, nescio quam minor offensa eidem valeat inferri, quam illum accusari ad dominum suum, illi reuelans eius malefacta. Ergo per hoc docemur a minimis quoque proximi offensis abstinere; & adjicies: *Nec forte maledicat tibi, & corruias:* offendit Deum vltorem etiam minimum iniuriarum se constituisse, quando ad maledictionem serui offensi, qui alia, præter linguam arma non habet ad se tuendum: Deus ipse offendentem exuribat. Quid putas, quod nolentem Deum reperientem nidum, ubi mater pullis suis incubebat, matrem ipsam tollere cum pullis suis: non est pullos iubebat dimittere, ne durior quam par esset, lex videretur. *matrem dimitte;* quę alios sit paritura, cui iam incumbit officio, a minimis quoque iniurijs est abstinendum. Capram videris offendere, si filium illius coquas in lacte eius, desine ab hac offensione. Sed nunquid de brutis cura Deo? quales nos erga pauperes, ac debiles gerere debeamus, legibus istis instruiamur.

Christus videns ciuitatem, ubi erat crucifigendus; fleuit super eam; dolens, quod ab ea peccatum hoc grande accere non posset, quo illum egit in crucem, quod impleretur esset mentura patrum suorum, Sanctum sancto.

sanctorum occidendo, ut fieret purgatio omnium delictorum. Et consequenter doluit, quod propterea prosternenda ac destruenda esset. Doluit quoddam mala ista esset passura, sed in primis doluit ac fleuit, quod ipse malorum illius aliqua esset occasio. Et ob id quando Patris obedientia, & nostra utilitas concedebat, et debet persequentibus, in loca deserta secedebat. Ita in cruce pendens pro suis crucifixoribus exoravit, ut oratione occasione compensaret, quam habuerunt illum interficiendi. Ita nos docens, quam sollicitè proximorum salutem cauere debeamus.

20. Vide autem si benedictio, quam dedit Moyses Iudæ, in hac Christi oratione sit impleta. *Hæc (inquit) est Iudæ benedictio: Audi vocem Iudæ, & ad populum suum introduce eum. Manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.* Verè benedictio, qua in illo benedictæ sunt omnes nationes terræ. Quando Moyses pro populo deprecabatur Dominum indignatum, & volentem illum prorsus deletum, tunc Deus Moyse promisit facturum illum Principem super gentem magnam; id quod nunc implerum est, quando Ecclesia Christi, gens magna, Moysen veneratur, plus multo quam synagoga. Ergo Dominus Iesus, tunc factus est Princeps & Saluator omnium, quando pro populo illo oravit, quem erat Deus deleturus. Moyses ergo, qui se figurâ Christi gestare prænouerat, conuenit cum illo orante pro populo, rogans: *Audi Domine vocem Iudæ.* Tanta eius charitas, qua pro suis interfecto-ribus rogat, meretur, quod illi tribuatur populus maior, excellentior, perfectior. Et propterea ad populum suum introduce eum, quod si opus sit labore, atque virtute, manus Domini (conuertit sermonem ad nos) pugnabunt pro eis, & adiutor illius erit contra aduersarios eius. Vide originem singulari principatus Christi super omnem terram: qui postulauit a Patre, & dedit illi gentes hæreditatem suam, & possessionem suam terminos terræ. Non poterat Christus quemquã offendere, qui est Saluator omnium: occasionem illam ruinæ populi sui, sua oratione deprecatus

Tom. 11. Bellintani.

est apud Patrem. Inde nos orti sumus, inde facti discipuli Christi, membra Christi. Ergo qui verè possumus offendere, cauamus offensam. Bonum quæramus proximorum; simus Ioseph imitatores, qui datus est in salutem multorum populorum: sed Christi in primis, qui saluos facit omnes sperantes in se.

Exod 50.
20.

Psal. 16.7.

F E R I A I V . D O M I N I C Æ I N R A M I S P A L M A R V M .

C O N C I O P R I M A .

Cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit Discipulis suis: Scitis, &c.

Matth. 26.1.

A R G V M E N T V M .

Ostenditur congruentia temporum, in quibus Christus voluit pati, occasione verborum illorum, Post biduum Pascha fiet. Inquiruntur cause, cur non citius, cur in Paschate, & cur à nemine tempus istud sciri voluerit. In secunda parte, quomodo voluntas Dei æterna voluerit hanc Passionem, & quomodo inuidia Iudæorum ad hoc deseruierit.

V T I N A M sit nobis cor illud sapiens, & auris prudens, *Prou. 18.15.* de quibus Salomon in Proverb. o dixit: *Cor prudens possidebit scientiam, & auris sapientium, querit doctrinam.* Cum tanta nobis offeratur occasio vera sapientie, qua de cælo descendit, ut nos doceret viam prudentie, de qua nunc audimus. Cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis quia biduum Pascha fiet. Quo declaratur, Dominum Iesum vitam cum doctrina, doctrinamque cum

vita finisse. Aded quod ideo viueret, vt doceret; viueretq; propterea, dum doceret; & quod ideo moreretur, vt doctrinam confirmaret. Quanti ergo nobis facienda est doctrina ista cœlestis, quæ vita & morte Filij Dei mundo est euulgata? Moy- ses dum cum populo fuit, semper illum instruxit: at moriturus, legem repetiit, & confirmauit: nunquam desinens hortari populum, vt audiret vocem Domini Dei sui. At Christus, ne dum viuens & moriens legem suam nobis inculcauit; sed ipsa morte eandem stabiliiuit. Quod nunc demonstrare intendentes.

2. Consideremus, quod lectio ista tria continet, finem Euangelicæ prædicationis, manifestam passionis Dominicæ prædictionem; & eiusdem passionis immediatam præparationem. Primum ibi: *Cum consummasset Iesus sermones hos omnes*. Secundum ibi: *dixit discipulis Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominu tradetur vt crucifigatur*. Tertium ibi: *Tunc congregati sunt omnes Principes sacerdotum*. Ad primum. Sermones, quos Dominus tunc habuit & consummavit, fuerunt de ultimo ipsius aduentu, & sæculi consummatione; nam in illis respondit discipulorum interrogationi: *Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi?* Conclusio autem Euangelicæ prædicationis facta est in prædictione iudicij, vbi omnia quæ declantur facienda, concluduntur; & propterea à Prophetis prædictus est Christus in primis iudicium Gentibus nunciaturus.

Mat. 24.3.

Isa. 42.1.

3. Hinc in Isaia Pater; *Dedi super eum spiritum meum, iudicium Gentibus profert: In veritate educet iudiciu*. Vt per iudicium, quod est vltima conclusio Euangelij, totum Euangelium intelligatur.

3.

Job 27.4.

Consummatio ergo sermonum, quos habuit, Euangelij est consummatio. Intendit ergo Euangelista monstrare, quomodo Christus cum Euangelica prædicatione passionem coniunxit, & opus consummavit, quod dederat illi Pater vt faceret. Si enim mutuo hæc duo respiciunt: nam Passio legem confirmat: lex verò docet passionis virtutem, & efficacitatem.

Hic ergo intenditur legis confirmatio per crucem. Etenim testamentum vetus sanguine dedicatum est, vt noui & æterni esset figura, quod nedum simplici morte confirmatum est, vt testamentis commune est; verum sanguinis effusione, ac morte violenter illata, quam tulit Christus; vt quod docuerat fieret ratum, omnique certitudo tolleretur, quando pro veritate illa mortem subire, eamq; crucis promptè voluit. Qua etiam morte æternam mercedem custodientibus illam legem suam adipisceretur. Ad quod facit conclusio totius suæ doctrinæ, facta in prædictione Iudicij vniuersalis, vbi reddet vnicuique; secundum opera sua, cuius conclusionis extrema sunt verba ista: *Ibunt Mentes hi in supplicium; Iusti autem in vitam æternam*. Quibus mox subditur.

Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominu tradetur, vt crucifigatur*. Vt doctrinam cum passione coniungens, delectaret se per suam passionem euehendum ad apicem Regni, quo posset & obseruatoribus sue legis magnificentiam regni sui conferre, & æternis penis illius transgressores nemine cōtradicente multare. Vt fortè biduum interiectum inter doctrinam & mortem, veluti duplicem diem designaret, duplicem videlicet mercedem retribuente. Nam per diem iudicium intelligi, & Prophetæ testatus est, dicens: *Diem hominu non desiderauit*. Et Apostolus scribens ad Corinthios: *Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicor, aut ab humano die; sed neque me ipsum iudico*. Vt altero quasi die, iustus assignaret Regnum cœlorum: altero autem impiis, ignem æternum.

De secundo: *Dixit Iesus discipulis, Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominu tradetur, vt crucifigatur*. Vbi primū videmus, quomodo lectio ista aptè nobis hodiè propoſita est, quando post biduum filius hominu tradetur, vt crucifigatur. In Paschate videlicet Iudeorum, in quo necesse erat occidi atq; immolari Agnū immacularum, qui filius hominu appellatus, vt voluntaria esse cognoscatur sui ipsius oblatio

oblatio in sacrificium istud vespertinum.
 Futuram enim illam prædicens ostendit
 aperte, quod oblatus est, quia ipse voluit.
 Quæ prædictio ad hoc etiam valet, ut in-
 terim & nos præparemur, ad tantum sulci-
 piendum mysterium diuinumque Sacra-
 mentum. Secundo, de hoc mysterio duo
 nobis hodiè videnda sunt, videlicet tem-
 porum opportunitas, & rerum occasio.
 Secundum enim hoc punctum, innuit tē-
 poris opportunitatem, dicens: *Post bi-
 duum Pascha fiet, & filius hominis tradetur.*
 Quin & in sequentibus de eadem oppor-
 tunitate agitur, ubi dicitur: *Dicebant au-
 tem non in die festo, ne forte tumultus fieret
 in populo.* Et ab illo die quærebant oppor-
 tunitatem, ut eum traderent. Rerum au-
 tem occasio attenditur in tertio puncto,
 quod continet concilium & conuiuium.
 In concilio enim definitum est, *ut Iesum
 dolo tenerent, & occiderent.* In conuiuio Iu-
 das cogitauit, lucrum quod ex vnguento
 perdidit, ex vincto recuperare.
 De opportunitate agentes, In Christo,
 in Iudæis, in Iuda videmus temporis at-
 tentam opportunitatem. Christus enim
 dicit: *Post biduum Pascha fiet.* Iudæi, di-
 cunt: *Non in die festo.* Iudas autem exinde
 quærebat opportunitatem. Ergo Deus
 tempus statuit huius tanti mysterii, quod
 non potuit præteriri. Homines verò, quā-
 do illis data est potestas, illius fuerunt mi-
 nistri, non quando voluntas designauit.
 Videamus ergo, si forte *biduum* istud sint
 duo tempora hominum; alterum hominis
 instituti; alterum hominis lapsi: quæ duo
 procul dubio præcedere debuerunt Chri-
 sti Crucem. Planum quidem est hoc de
 homine instituto, nulla enim erat tunc ra-
 tio, cur Christus moreretur, cum vere tra-
 dius sit propter delicta nostra. Vbi ergo
 delictum non intrauerat, mors ingredi nō
 potuit etiam per fenestras. Nam *per pec-
 catum mors intravit in hunc mundum.* Mors
 quidem fuit peccati & germen & reme-
 dium. Germen quidem; quia, *in quocumque
 die transgressus fueris, morte morieris.* Et
 anima, *qua peccaueris, ipsa morietur. Sti-
 mulus enim mortis, peccatum est.* Mors er-
 go propter transgressionem posita est su-

per ceruices hominum. Ita necessariò præ-
 terita est prima dies. De secunda sic sta-
 tuendum est, quod lapsus in peccatum,
 debuit mortem antecedere. Quæ præces-
 sio, debuit esse præcessio temporis; & tan-
 ta, ut dies posset dici; atque ita biduum
 præcederet diem illam tertiam, in qua
 Christus moriens, mortuos in peccatis re-
 suscitaret. Ita enim promissum fuit per
 Oseam Prophetam: *Post duos dies uiuifi-*
cabit nos & in die tertia suscitabit nos. At-
 que totius sæculi duratio in tres dies di-
 stincta est, quorum primus fuit dies vitæ;
 secundus mortis; tertius resurrectionis;
 ut enim diem tertiam declararet Prophe-
 ta, non satis illi fuit dicere: *Viuificabit nos
 post duos dies;* ne forte putaremus viuifi-
 catis à peccato, nullum superesse diem; &
 ut sciremus, non mox post duos dies to-
 tam factam Resurrectionem. Cœpit qui-
 dem illam Christus resurgens ex mortuis,
 quando & multa corpora sanctorum, qui
 dormierant, resurrexerunt cum eo; &
 cum mortui essent homines in delictis
 suis, dabat illis Deus pœnitentiam ad vi-
 tam: nam resurrexit propter iustificatio-
 nem nostram. Sed hoc continuè agitur, &
 indies homines in Christo viuificantur,
 donec & mortem, quæ nouissimus est ini-
 micus debellandus, ponet cum cæteris o-
 mibus inimicis sub pedibus suis. Tunc
 completus erit dies tertius, in quo pri-
 mum viuentia creata sunt. In hac ergo
 tertia die suscitatur mortuos, nempe post
 duos dies, id est post biduum, in quo fuit
 Pascha, & occisus Agnus mortem om-
 nium superauit.
 De hac ergo secunda die quæramus tria.
 Primò, cur videlicet tam longa facta est, ut
 dies omnes sua longitudine superaret. Se-
 cundò, cur huius longitudinis terminus in-
 certus fuit. Tertiò, cur in Paschate termi-
 natus est. Quoad primum dubium respō-
 detur, quod longitudinis illius ratio sumi-
 tur a ratione illius terminandi. Dies quidē
 ista mortis est, quæ mortui sumus in pec-
 catis nostris, quæ ideo finienda est, ut vi-
 uamus aliquando. Ideò in Osee subditum
 est: *Viuemus in conspectu eius.* Vita ergo
 nostra iustificatio est à peccatis, hæc verò
 a nobis

Q999 2 a nobis

Osee 6. 3.

Matt. 27. 52.

Act. 11. 18.

Rom. 4. 25.

Psal 109. 1

1. Cor. 15. 26.

Gen. 1. 12.

7

Osee 6. 3.

Ezech. 18.
30.

à nobis exigit conuersionem. *Conuertimini* (inquit) *& uiuite*. Conuersionem uero excitant, & pœnae solutio, & culpæ cognitio. Dies ergo multos expectatum est, quibus pertransit dies ista longa. Primò, ut supplicium lucent homines tanti facinoris; dum moriuntur homines; dum laborant; dum portant iugum iniquitatis; dum tyrannicè opprimuntur à forti armato principe huius mundi; dum veniam atque remedium petunt. & non exaudiuntur: sic furorem Domini portant, quem propter peccata sua meruerunt; dum labuntur in præceptis apponentes iniquitatem super iniquitatem. Ita enim iustus Dominus iustum iudicauit, & decens prouidentia sue, quæ iustitiam dilexit, & odit iniquitatem. Secundò, ne si mox prouisum esset per misericordiam, homo paruipenderet tum

Rom 3.20.

malum, tum remedium. Si enim per legem est cognitio peccati, dum quamuis sit sancta & à Deo data, illud tamen auferre non potest, multo magis pœna peccati peccatum prodit, illiusq; gravitatem manifestat. Porro hæc de causa fuit Deus maledictiones aggerans, sæpè causam interponit, dicens: *Quia non audisti uocem Domini Dei tui, nec seruasti mandata eius: &*

Deut. 28.
45.

Nisi custodieris, & feceris omnia uerba legis huius: & Quoniam non audisti uocem Domini Dei tui; Præterquam quod in principio causam maledictionum explicans ait: Quod si audire nolueris uocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata eius, uenient super te omnes maledictiones ista, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro; ut ita grauitas inobedientia & transgressionis euentius fieret manifesta. Cuius cognitio ingenuo viro incensuum esset ab ea recedere, non tantum formidine pœnae, quantum uirtutis, Dominiq; uirtutum amore. Si enim peccatum homo non cognouisset, illiusq; malitiam, non facile recederet ab eo. Et enim & hoc pacto per legem fuit cognitio

Rom 3.20.

peccati: quia lex pœnas peccantibus indicabat, pœnas (inquam) præsentis, quæ ab hominibus intus percipiuntur; cum nedum sub oculis sint, uerum & sensus affligant; & mortem, quod ultimum est ter-

ribilium, inferant. Itaque lex, quæ peccatum uetabat, supplicio etiam grauitatem illius demonstrabat, ut gratius tandem foret remedium, atque iucundius. Tertio, quoniam ex peccato Deus occasionem arripuit magnæ suæ misericordiae manifestandæ, rationabile iudicauit, ut in iustitia ante illam ambularet, & poneret in uigiliis gressus suos. Principio enim tantam clementiam manifestaturus, uoluit iustitiam exercere, actus suos suamque iurisdictionem manifestare, ut iustus simul & misericors cognosceretur Deus ab habitantibus super faciem terræ. Rursum iustitia misericordiae seruiebat, dum per illam ostensa grauitate peccati notum fieret omnibus, quanta sit misericordia Dei, quæ tanto sceleri parcat, quæ tot tantaque commerta supplicia indulget, quæ à se non repellit hominem, qui ingratus Creatori suo, illum grauitè offendit, à quo bona cuncta procedunt. Ideò enim seruauit uoluit mater incubans pullis aut ouis, sublati pullis; ut intelligamus, dona Dei nobis esse concessa, dum tamen eorum matrem & genitricem, quæ erat Dei Bonitas, intacta seruetur à nobis, non offensa, non violata, non inhonorata, sed amata, atque in cælum per obedientiam nostram & dignas laudes exaltata. Qui ergo illam uolauerit, iuste disperdet illum Deus; quòd si erga huiusmodi flectatur misericordia, splendet clarius miseratio ista pietissimi Domini nostri. Sicut enim imminens de præsentis periculum magis terret, cuius propterea ereptio maioris fit. Sic mali experientia sensum illius facit acutiorem, cuius propterea liberatio magis sentitur, & cum animi aperta magis apprehensione percipitur. Propterea quamuis per legem populus esset instructus, ut contra hostes pugnaturus non timeret; statur tamen Deus, ut appropinquante prælio, staret Sacerdos ante aciem, & sic loqueretur ad populum: *Audi Israel: Vos hodie contra inimicos uestros pugnam committitis; non pertimescat cor uestrum, nolite metere, nolite cedere, nec formidetis eos; quia Dominus Deus uester in medio uestrum est, & pro uobis contra aduersarios dimicabit,* ut erat

vos de periculo. Plurimq̄ recensentur rationes, cur moram fecerit Dominus venire ad seruos suos, hominesque eripiendos de potestate tenebrarum: Sed quæ dicta sunt, sufficiant: Expleta est dies ista secunda, & factum est vespere & mane dies secundus.

Secundum dubium erat, cur Deus voluit, vt de die illo & hora nemo sciret. Reuelauit quidem futurum aliquando diem, quando veniret Saluator iudicans omnem diem, vt præscium se ac prouidum declararet, qui cum sit Rex sæculorum, sæcula distribuit vniuersa secundum suam voluntatem, & vnicuique tribuit, quod illi competit, & quadrat in vniuersi totius pulchritudinem: atque ita homines omnia committerent diuinæ prouidentie. Voluit tamen, quæ ipse præcognouit, sic hominibus incognita esse, vt scirent quidem futura esse aliquando, non tamen quando. Et hoc primum, quia ad omnes & ad singulos pertinebant, quæ ideo omnes sicut desiderare, ita & expectare deberent: nam si determinatum tempus fuisset exploratum, qui illud anteuerterent, animum ad illud non præterderent, quasi ad rem alienam, nec desiderium accenderetur, verum obtunderetur magis & extenderetur. Voluit ergo hac incertitudine Deus suspensa corda hominum semper cum ardore animi bona ista futura expectare, vt sic inde fructus fidei suæ carperent. Propterea enim etiam de proximo futurâ diem frequentes à Deo fiebant pollicitationes, quæ in Prophetis audiuntur: *Prope est, vt veniat tempus, & dies eius non elongabuntur. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet & non tardabit. Prope est iustus meus. Egressus est Saluator meus. Me in insula expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam. Et mouebo omnes gentes, & veniet Desideratus cunctis gentibus.* Et si quando tempus reuelauit, id tamen sic obscure reuelauit, vt nõ posset certo sciri. Sicut Danieli determinatæ sunt hebdomades septuaginta, vt sic magis animos expectantium suspensos contineret. Deniq; hac ratione ad efflagitandum aduentum Domini suorum mentes excitauit. Vnde

referta sunt prophetiæ vocibus postulatum. *Ostende nobis Domine misericordiam P sal. 84. 8. tuam. Et salutare tuum da nobis. Vtinam Isai. 64. 1. dirumperes cælos, & descenderes. Emitte A Isai. 16. 1. gnium, Domine, dominatorem terræ. Rotate Isai. 45. 8. cæli de super, & nubes pluant iustum, aperiat tur terra, & germinet Saluatorem.* Neque inanes fuerunt huiusmodi supplicationes, quoniam, vt docet Seraphicus doctor, *D Bon. lib. Deus propter illas accelerauit aduentum 3. dist. 4. suum, vt non immerito diem illum igno- art. 2. q. 1. tum esse voluerit.*

Reliqua erat quærenda ratio, cur in Paschate terminatus sit dies iste secundus. Hæc autem in primis apparet fuisse, quoniam dies mortis erat vita terminandus. Ita enim à secundo transitur ad tertium. *Vi- Ier. 1. 29. tam vero dedit mundo mors Christi, qui est Agnus tollens peccata mundi, vt autem- rens iniquitatem, destruat & mortem. Agnum vero in Paschate immolandum præ- Exod. 12. 3. cipiebat lex. Et hoc, quia per liberationem populi Israel de Ægypto, totum se Deus mundum erepturum à potestate tenebrarum præfigurabat. Si enim omnia in figura 1. Cor. 10. contingebant illis, vt Paulus aperte decernit. Hoc populi initium, quod Deus insignissimum esse voluit, toti que mundo exploratum, nulli dubium, quod liberatione hominum à peccato & seruitute diaboli designabat: quia liberatione noua creatura nouusque populus Dei à Deo institutus erat. Hoc autem factum est per mortem Christi, qui in figura Agnus ille erat, qui in exitu Israel de Ægypto, immolatus fuit.*

Quamuis enim cætera sacrificia omnia, vbi hostia immolabatur, eandem Christi mortem delinearent; Agnus tamen ille, præcipua erat atque principalis figura ipsius mortis Christi, quæ se Deo obrulit holocaustum pro nobis in odorem suauitatis, vt Ioannes hoc aperuit, dicens; quod ideo non fregerunt eius crura; vt scriptura impleteretur: *Os non comminuetis ex eo.* Hinc Agnus nominatus est Christus, non nomine quouis alterius victimæ. Vnde Ioannes Baptista: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; qui dum explicat, quod sit Agnus tollens peccata mundi, infert*

Qqqq 3 quod

quod tunc in primis abstulit peccata mundi, quando figuram impleuit Agni immolati, qui in Paschate immolabatur. *Quam Exod. 7. & uis autem plures actiones interuenerint in ipso exitu de Aegypto, puta quod petierint uasa & vestes ab Aegyptiis, quod multa praecesserint flagella, & alia huiusmodi; insignissima tamen aliarum omnium actio fuit Agni immolatio: in cuius immolatione os eius non erat confringendum; cuius sanguine illarum postes & domus, turae erant ab Angelo percutiente, cuius carnes assandae erant, cuius comestio accelerata erat veluti fugientium cum calceamentis in pedibus, & baculis in manibus totaeque carnes comedebantur, aut cremabantur. Atque adeo propria erat Agni immolatio illi liberationi, in qua transiit Dominus per Aegyptum percutiens Aegyptios, seruansque Hebraeos; qui transitus Hebraeo nomine Phase, Pascha vero Chaldaice, vt *Exod. 12. 22.* ipse Agnus Phase nomine, iam seruata consuetudine diceretur. Vnde iubebatur populus immolare Phase, & dicitur quod *Ezech. 35. 18.* zechias & Iosias Reges Phase immolauerunt, quale ab aliis nunquam fuit immolatum. Populus autem in Chaldaica captiuitate Hebraicam linguam aliquantulum immutauit, vt pro Man diceret Manna, & pro Phase diceret Pascha. Ita quod Agnus ille, qui in Scriptura Hebraea dicebatur Phase in Euangelio dicatur Pascha. *Mar. 14. 12.* Sic enim scribit Marcus: *Primo die Azimorum, quando Pascha immolabant.* Et in *Luc. 22. 16.* Luca Dominus ait: *Desiderio desiderauit hoc Pascha manducare uobiscum.* Et Ioannes: *Vt non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.* Matthaeus: *Dixerunt discipuli, ubi uis paremus tibi comedere Pascha?* Et Christus: *Apud se facio Pascha cum discipulis meis. Et parauerunt Pascha.* Vbi apertum est, Agnum qui tunc immolabatur & comedebatur, Pascha communiter appellari. Propter quod Apostolus Paulus Christum, qui vt Agnus mansuetus immolatus est, cuius figura erat ille, qui Pascha dicebatur, eodem Paschatis nomine nominauit. *Pascha* (inquit) *nostrum immolatus est Christus.* Cum ergo Christi mors esset immolatio illa, quae per*

Agnum Paschalem figurabatur, iure merito in Paschate Dominus uoluit celebrare Passionem suam, quando & dies ipse festus eodem nomine, quod est Pascha, dicebatur. *Erat proximum Pascho, dies festus Iudaorum,* inquit Ioannes. Et Marcus: *Erat autem Pascha & Azima post biduum.* Et Lucas: *Appropinquabat dies festus Iudaorum, qui dicitur Pascha.* Quamuis ergo aliae hostiae Christi hostiam figurarent, haec tamen insignissime omnium figurauit; tum ob illius praecipuum effectum, qui est salus totius mundi de manu omnium inimicorum suorum, & de manu principis huius mundi, qui dicitur diabolus & satanas; tum ratione ipsius hostiae Christi, quae nulla uictima alia euidentius figuratur, quam per Agnum. Vnde & Agnus dicitur in Prophetis. *Ego quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam. Emitte Agnum, Domine, dominatorem terrae: Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tendente se obmutescet.* Tum ratione immolationis, seu modi immolandi, qui fuit in Cruce, absque illsium contradictione. Tum etiam ratione illius comedendi, quae comestio fit in Sacramento altaris, & instituta fuit a Domino, quando Pascha immolabant. Est enim cibus uictorum, qui de mundo exeuntes ad patriam tendunt, qui tunc cum azimis comedebatur, quoniam carnes istae Agni immaculati sub speciebus panis azimi in sancta Ecclesia comeduntur a fidelibus. Non potuit ergo a Iudaeis immolatio ista nostri Paschatis a Paschate separari.

Quo docemur, hoc sacro tempore & nos sanctum Pascha spiritualiter celebrare, communicantes Christi Passionibus, quasi Agni immaculati. Non enim ad solos discipulos dictum est: *Mitto uos sicut Agnos inter Lupos.* Quamuis enim hostia singularis huius solemnitatis esset Agnus, tamen plurimae quoque aliae hostiae uictimabantur. Vnde scriptum est: *Immolabis Phase Domino Deo tuo, de ouibus & de bobus, in loco, quem elegerit Dominus.* Vnde & quando Ezechias & Iosias fecerunt Phasem. Holocausta multa & hostiae pacificae immolatae sunt, & ad succurrendum pauperum

peritari multitudinis, vt posset abundan-
 16. tior fieri sacrificiorū celebratio. Ezechias
 Rex Iuda, praeiuit multitudini mille sauros,
 & septem millia ouium. Principes vero dede-
 runt sauros mille, & boues decem millia: Pro-
 pter quod concluditur: *Facta est grandis*
celebratio in Ierusalem, qualis à diebus Sa-
lomonis filij Dauid Regis Israel in ea vrbe
non fuerat. At Iosias, in sua celebratione
 Phase, dedit omni populo, qui ibi fuerat in-
 uentus in solemnitate Phase, agnos, & hœdos,
 17. & reliqui pecoris triginta millia, bouum quo-
 que tria millia. Principes domus Domini
 dederunt Sacerdotibus ad faciendum Phase,
 pecora commixtim duo millia sexcenta, &
 boues trecentos. Principes Leuitarum dede-
 runt ceteris Leuitis ad celebrandum Phase,
 quing. millia pecorum & boues quingentos:
 18. & de Leuitis subdit: *Et assauerunt Pha-*
se super ignem, iuxta quod in lege scriptum
est: Pacificus vero hostias coxerunt in lebe-
tibus, & cacabis, & ollis, & festinato distri-
buerunt vniuersa plebi. Omnis igitur cul-
tura Domini rite completa est in die illa, vt
facerent Phase, & offerrent holocausta super
altare Domini. Et infra: Non fuit Phase
simile huic in Israel à diebus Samuelis Pro-
pheta, sed nec quisquam de cunctis Regibus
Israel fecit Phase, sicut Iosias. Excellentia
 huius Phase in duobus fuit, nempe in mul-
 titudine populi, & in multitudine sacrifi-
 ciorum. Ergo Pascha nostrum tunc erit
 celeberrimum, quando cum Agno mul-
 tiplicabitur fidelium oblatio, in qua exhi-
 beant corpora sua hostiam viuentem, san-
 ctam, Deo placentem; nec corpora tan-
 tum, sed & mentem rationalem; vt sit
 quoque rationabile obsequium istud; ita
 vt cor & caro nostra exultent in Deum vi-
 uum. Nam & de Phase vtroque, tam E-
 zechiae quam Iosiae, scriptum est, quod fe-
 cerunt illud cum læticia magna. Num er-
 go Phase celebratum à Christo, deficiet à
 celebrata Regum istorum? Num mi-
 nor erit offerentium multitudo? num fi-
 ent pauciora sacrificia? Ergo figura & ym-
 bra, splendiores erunt luce & veritate?
 Ergo grandior erit Synagoga quam Eccle-
 sia? ditior erit? gratior erit? illustrior? ce-
 lebrior? Absit, absit hoc à nobis. *Non fuit*

Phase simile huic in Israel: quia neque in-
uenta est tanta fides in Israel. Sint centum Apoc. 7. 4.
quadragesima quatuor millia signati ex om-
nni tribu filiorum Israel. Sint multi, sint
plurimi: At numerabiles positi sunt. Sed
de Pascha nostro ecce quid dicatur: Post 9.
hac vidi urbem magnam, quam dinume-
rare nemo poterat, ex omnibus gentibus, &
tribubus, & populo, & lingua, stantes ante
thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis 14.
albis, & palma in manibus eorum. Hi sunt
qui venerunt de tribulatione magna, & la-
uerunt stolas suas in sanguine Agni. Quo-
modo oblati Agnus? Tribulatio proxima Psal. 21. 12.
est, & non est, qui auinet. Circumdede-
rum me vituli multi: tauri pingues obfoderunt
me: aperuerunt super me os suum; sicut leo ra-
piens, & rugiens. Sicut aqua effusus sum &
dispersa sunt omnia ossa mea: O tribulatio
magna. Sed non solum Pascha nostrum su-
stulit tantam tribulationem; sed cum eo tur-
ba magna, quam dinumerare nemo pote-
rat ex omnibus gentibus, quæ venit & ipsa
de tribulatione magna, & lauerunt stolas
suas in sanguine Agni. Simul sanguinẽ suũ
cum sanguine Agni coniungentes, vt lau-
arentur in sanguine Agni, qui lauit nos à
peccatis nostris in sanguine suo, modo & nos
cum eo veniamus de tribulatione magna,
effuso etiam sanguine nostro.
 At tu quomodo facis Phase, celebras
 Pascha, si vacuus appares in cõspectu Do-
 mini? si nullam exhibes hostiam? nullum
 sacrificium? Tollite, tollite hostias, & in-
 troite in atria eius, adorare Domium in a-
 13. trio sancto eius cum muneribus, & oblatio-
 nibus, vt sit oblatio nostra accepta. Stabat
 multitudo illa ante thronum in conspectu
 Agni; ergo non vacua; quia Lex iubet:
 Non apparebis in conspectu meo vacuus. Er-
 go plena, ergo abundans in gratiarum ac-
 15. tione, & in hostiarum oblatione, & in di-
 uitis gratiæ eius. Hæc est imitatio nostra
 in Cruce ferenda, dum portamus imagi-
 nem eius, qui fecit nos ad imaginem & si-
 militudinem suam, sicut quando fecit
 nos, ita & quando redemit nos, vt sicut
 facti sumus ad imaginem & similitudi-
 nem Creatoris, ita hiamus & ad imagi-
 nem Redemptoris, improprium eius
 portan-

- Heb. 13. 13.** portantem, Crucem & Passionem. Cur ergo passiones abhorremus? tribulationes? aduersitates? Multi ab Ezechia inuitati ad solemnitatem Domini irridebant. Heu quam multi Christianorum inuitati ad Phasce, Christum habent contemptui? Vbi sermo est de tribulationibus tolerandis, effugiunt omnes. Quod Christus sit passus, gaudent, laudant, confitentur: sed quod & ipsi fiant socii Passionis eius, hoc audire non possunt, vacui praeferunt ingredi ante Deum. Sed vetat Lex. *Donum dilatat viam, & facit spatium ante principem.* Quanto magis ante Principem principum? Donum autem nostrum est, exhibere nosmetipsos hostiam Deo in tribulationibus, in angustiis, in necessitatibus.
- 14.** Quid putas intendisse Christum tam frequenti suae Passionis commemoratione, nisi ut illam habentes in corde, in opere declaremus? Dixit aliquando Iudaeis: *Tempus meum nondum aduenit.* Dixit & discipulis, ut nuntiarent Domino domus: *Tempus meum prope est: Apud te facio Pascha.*
- Mat. 26. 18.** Ipsi autem discipulis iam praedixerat: *Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari a senioribus.* Tempus aliquando praedixit, sed incertum, ut dicens discipulis: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vadit ad eum, qui misit me.* Pressius adhuc discipulis: *Ece, ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis: Tradetur enim gentibus, & flagellabitur.* Vbi innuit, quod in Paschate illo passurus erat, sed nunc tandem aperte. *Scitis quia post biduum &c.* Hic itaque declaratur, Deum velle nos intelligere & considerare Passionem, quantum possumus, vnumquemque secundum propriam virtutem; sicut volebat a populo offerri sacrificia, secundum possibilitatem eorum.
- 15.** Vnde Sapiens: *Da Altissimo secundum datum eius.* Et prius: *Bono animo gloriam reddite Deo & non minuas primitias manuum tuarum.* Ne forte eueniat quod ait Salomon: *Multi colunt personam potentis & amici sunt dona tribuentis: Fratres hominis pauperis oderunt eum, in super & amici procul recesserunt ab eo.* Vellemus quidem esse cum Christo, quando pascat, & quando turbatur cum eo letantur: At in Passione amici quoque eius recesserunt ab eo. Vnde *1. Par. 30. dolet: Circumspexi, & non erat adiutor. Quasi, & non fuit qui adiuuaret.* Sociemur ergo illi, saltem illius Passionem meditando. Ideo enim saepe illam commemorat & repraesentat. Vnde & a constitutione mundi, illam & praedixit & praefiguravit, ut non sit tempus, in quo non recordemur eius; sed tunc in primis, quando tribulatio proxima est, & non est, qui adiuuet. Aditum se reputat Christus ab eo, qui illi compatitur. Nam simul cum illo patientes, veluti portamus cum illo Crucem eius, instar Simeonis Cirenaensis de villa venientis. Quid enim praedixit Christus in Passione sua, nisi salutem tuam? Si solus laborat, pro te in vanum laborat. Si tu manum mittis ad aratrum, implebis horrea frumento; seruata tamen lege illa: *Non seres vis ream tuam, alterius semine, ne & senentis, quam semisti, & qui nascuntur ex vinea, pariter sanctificantur. Non arabis in boue simul, & asino. Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est.* Nempe ut Christo compatiens, similis illi efficiaris; Ne pauperem comiteris, glorians in diuitiis tuis; Ne felle cibatum, & aceto potatum contemplassis, comedas, bibas, epuleris in comestationibus & ebrietatibus; Ne flagellatum & crucifixum sequi te putes, dans animam tuam concupiscentias suas. Docemur namque ab Apostolo: *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* Cum semina diuersa non pariter maturescant, eorumque primitiae Deo offerendae sint ita enim semina, & eorum fructus sanctificantur, quomodo simul offerrentur eorum primitiae? alteris maturis, alteris immaturis?
- Acerba ergo tu poma, acerbas fruges, inutiliter videlicet cum perfecto fructu Iesu Christi offeres Deo Patri? hoc vetat Lex. Pari passu, pari gressu arandum est nobis cum Christo, ut non eamus altera via, ut non declinemus, neque ad dexteram neque ad sinistra; alioqui labor noster inanis erit.
- 1. Par. 30.**
- Pro. 10. 16.**
- Mat. 26. 18.**
- Luc. 9. 22.**
- Ioh. 7. 33.**
- Luc. 18. 31.**
- Ec. 35. 12.**
- Pro. 19. 6.**

erit in Domino. Induamini Dominum Iesum Christum, qui simplex & vniforme vestimentum sit; non ex lana & lino; non ex oue & terra; non ex viuo & mortuo; non ex calido & frigido. Abiecerunt folia ficus consueta protoplasti, accipientes tunicas pelliceas; inutilibus exutis & reiectis, aptum & vtile vestimentum induerunt. Induamur ergo lana Agni immaculati, Christi virtutibus & meritis, non terrenis exuviis, non moribus secularibus, circumamicti varietate, quæ lege prohibetur, vt nouum hominem induentes veterem deponamus, qui mira sit varietate decoratus in omni opere bono variisque virtutibus. Ecce cur tempora repetuntur Dominicæ Passionis, vt illam æmulemur, atque diligenter intuentes viriliter imitemur.

Nos ergo hoc biduo attentiores facti, venientem iamque ianuis existentem solite expectemus, & cum honore & reuerentia suscipiamus; non nostra querentes, sed quæ Iesu Christi. Ne forte dicamus cum Iudæis: *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Isti volūt quidem Christi mortem, sed *non in die festo*, quia fructū Passionis consequi nolunt, qui fructus est liberatio ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Quam liberationem consequi non est possibile, nisi *in die festo*, nisi cum Christo offeramus hostias nostras semper Deo.

SECUNDA PARS.

17 **R**Es tanta, quanta est Christi Passio, celebrata in tempore suo, casu profecto non accidit, quasi quæ proprias causas nō habuerit, sed præter intentum euenit. *Vere enim conuenerunt principes, facere aduersus sanctum puerum tuum Iesum quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.* Ita conitentur fideles, Dominū deprecantes. Neque enim Deus hominem cadere permisisset, si non gloriosius subleuare illum antea decreuisset. Atque ita ante deliberatam permissionem casus hominum, consilium Dei deliberauit, proposuitque propitiatorem destinare, qui mala

Tem. 1.1. Bellintani.

omnia, sua bonitate superaret, suaque morte electos omnes duceret in salutem. Prima ergo omnium creata est sapientia ista, quæ facta est nobis sanctificatio & redemptio; & cum Deo fuit componens, vt omnia sicut ad Dei gloriam, ita ad huic mysterio seruiendum sint creata; sintque ita composita, vt vna conueniant vnuerfa, in obsequium Christi; & ad sacramentum hoc, quod fuit absconditum in Deo, diuinitus celebrandum. Neq; ea duntaxat, quæ Deus fecit; sed ea quoque, quæ homines patrauerunt, vt simul lux & tenebræ vespere, & mane cōstituerent hunc diem; bonaque ac mala omnia in his nuptiis reperirentur. In hoc ergo quod in concilio Iudæorum decretum est, *vt Iesum dolo tenerent, & occiderent*; declaratum est consilium Dei, decernens, vt qui erat in sinu Patris, in manus hominū traderetur, quibus potestas concederetur, vt in eum facerent, quæcunque voluissent, simulq; conuenirent voluntas Dei bona, beneplacita, & perfecta, & peruersæ demonum, hominumque voluntates, ad faciendum iudicium conscriptum, quod est ad gloriam Cōditoris, & ad rerum cōditarum restitutionem & salutem: & per consequens ita cōfiteri Filius Dei in sinu Patris, vt in omnibus omnino esset secundum cor eius, faciens omnes voluntates eius, opus consummans, quod dederat illi Pater, vt faceret; & sicut mandatum dederat illi Pater, conueniens cum illo in re volita & expleta, & in modo volendi & consummandi. At in manus hominis traderetur quidem, vt facerent in eo quæcunque voluissent, non profus tamen, nec quandocunque, nec quomodoocunque voluissent. Dolo quidem tenuerunt & occiderunt, sed tamen in die festo, etiamsi dixissent: *Non in die festo* Quin etiam, quamuis ex parte ipsorum dolo tenuerint, quia dolose egerunt, num tamen dolum facerent in eum, cui aperta sunt omnia, & ipsa etiam corda hominum? Sciens quippe omnia, quæ vctura erant super eum, & potestatem habēs ponendi animam suam; dedit eam in manu, de qua surgere non potuit, quia noluit. Sicutitur hoc constitutum, quod bibens calicem

Ec 1.4.
1. Cor. 130.

Ephes. 3.9.

18

Iob. 18. 4.
Iob. 10. 18.
Thren. 1.14

Krrr Passio-

Ioh. 19. 11. Passionis, quod voluit Deus, ipse fecit. Quod si, & hominum voluntates, & dæmonum quoque accesserunt, non haberent tamen potestatem aduersus eum vllam, nisi datum eis esset desuper.

19 Vnde autem factum sit, vt vellent, hic videtur inuestigandum, & quam haberint occasionem. Et de voluntate quidem Dei dictum est, quod nulla interuenit occasio, sed fuit absolutum Dei consilium. Non enim hominis peccatum fuit occasio, quasi Deus aliter mundum facere voluisset. in quo nec hominis inquinatio, nec Dei Incarnatio intercurrerent, sed accedente hominis iniquitate, tunc Deus contra illam opposuit Incarnationis remediū, quo modo peccatum fuisset occasio incarnationis: sed præuidens Deus, quod si hominem crearet, homo laberetur, qui tamen non deberet ab eo derelinqui, cum ad finem beatitudinis, & non aliter conderet, tunc decreuit Incarnationem, qua decreta, & hominē creare disposuit, quem prorsus, nisi illa proposita, non creasset: dico autem Incarnationem cum passione. Passio ergo Christi & Incarnatio, antequam etiam in mentis proposito quidquam faceret, ab æterno ordinata est. Christus enim Deus & homo, est diuina illa sapientia, re ab æterno increata, & ab æterno nihilominus proposito incarnata, quæ cum illo erat cuncta componens. Vt increata, quia omnia in sapientia fecit. Vt incarnata vero, quoniam ipsa fuit velut funiculus, quo mensus est quidquid futurum esset, vt secundum illius dispositionem, & quatenus illi subseruirent, fierent vniuersa. Sicut enim sine illa non fierent, ita cum illa sunt omnia conuadantur, quæ sapientia ista computantur, quæ sapientia ista incarnata cum Deo componitur: Si hoc nō dicas: quomodo erit Christus in omnibus primatum tenens? An nō post Angelorum constitutionem decreuit Deus hominem

S. Bon. lib.

3. d. 1. art.

2. q. 2.

Pro. 8. 23.

Pro. 8. 30.

10

Col. 1. 18.

Si interroges: Num & Angeli inter illa cuncta computantur, quæ sapientia ista incarnata cum Deo componitur? Si hoc nō dicas: quomodo erit Christus in omnibus primatum tenens? An nō post Angelorum constitutionem decreuit Deus hominem

illum facere; quem adorarent omnes Angeli Dei? An, vt par est credere & confiteri, excellentiora antequam proposita sunt, deinde ordinata sequentia ordinata ad præcedentia? In gradibus scilicet, cui Dominus Genitrix innixus erat; qui superiores erant, descendebant; qui inferiores, ascendebant; alioqui enim neque illi descenderent, neque ascenderent illi, nisi illi supra, hi essent infra. Ita enim sibi occurrebant, vt esset inter illos cœlestis quædam, mirabilisque conexio. Quis vero descendit, nisi ille, qui de cœlo venit? hic autem, teste Ioanne Baptista, super omnes est: Ergo & ante illos factus est, sicut & ante Ioannem factus fuit, qui tamen Ioannes sex menses ante Christum re conceptus est. Factus itaque ante Ioannem propositus esset illi, & ante illum potestate & dignitate factus esset vel fieret.

Eum enim, qui paulo minus ab Angelis minoratus est (ecce descensus superioris) *videmus Iesum per passionem mortis, gloria & honore coronatum*: nempe constitutum à Deo super omnia opera manuum suarū, inter quæ & Angelos collocamus: *Vt vno* *Col. 1. 15.* *sit ipse primogenitus omnia creatura.* Quid mirum ergo, si tanta est Crucis eminentia, vt in hoc gloriosus sit princeps militiæ cœlestis, & præpositus Paradisi sanctus Michaël, quod huius signi signifer singulari priuilegio sit diuinitus constitutus? Nō est ergo, cur queramus ex parte Dei occasionem aliquam passionis Domini.

Veniamus ergo nos ad hoc Euangelium, quod commemorat Iudæos, & Iudæ: Et de Iudæis facer ita loquitur textus: *Tunc congregati sunt Principes sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis sacerdotum, qui dicebatur Casphas, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.* Mirabilis quidem Deus in Sanctis suis profecto est; sed non minus mirabilis in iniquis, dum peruersis eorum vtitur voluntatibus, vt faciat ipse per illos bonam voluntatem suam. Iam definitū erat in cœlo iam concilium atq; consilium conclusum fuerat, vt fieret homo iste ferie sexta, videlicet ante sabbatum, qui esset imago Dei inuisibilis: fieret autem in summa excellentia extrema.

extremaq; sua perfectione, qua etiam perficere posset omnia. Hoc autem totum factum est, quando commendavit Deus nimiam charitatem suam, faciens ut hic homo moretetur, ut omnes vivificentur. Maximum hoc est concilium illud, de quo scriptum est: *Faciemus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* Cuius operis initium est plasmatio primi Adam; perfectio est passio secundi Adam. Initij quidem complementum fuit, quando inspiravit Deus in faciem eius spiraculum vite, & factus est homo in animam viventem; perfectionis vero tunc perfectio fuit, quando inclinato capite tradidit spiritum; & factus est homo iste secundus Adam in spiritum vivificantem, per quem in Christo omnes vivificentur. Alioqui non est bonum hominem esse solum. Si autem granum hoc mortuum non fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Scriptum namque erat: *Si quis posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum: quam vero longævum? Generationem eius quis enarrabit?* Carnem enim dedit in primo Adam creator omnium. At si tantum caro, quomodo permaneret spiritus Domini in homine, cum caro sit? Huic incommodo prospectum est per secundum Adam, qui dedit nobis spiritum suum. Spiritus autem Christi est, qui vivificat; alioqui caro Adam non prodest quidquam, quin obest magis. Nam qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: qui vero seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam: Quoniam spiritus est qui vivificat. Sexta ergo feria illa prima, Deus miserat manus ad opus hoc mirabile: Sexta hac feria secunda, clamatum est: *Consummatum est, quia opus consummauit.*

22. *Decebat enim eum: per quem omnia, & propter quem omnia, per passionem consummare.* Consummare vero quid? omnia illa quae per illum, & quae propter illum facta sunt. Ergo qui dilexit suos in finem, finem faciens mortaliter vivendi, omnis consummationis vidit finem; & hoc quidem opus Dei. Sed qui hominem creavit per se, per hominem servavit, iubens Noë, ut arcam faceret, ut salvaret omne semen in

ea, semē (inquam) quo omne genus manet usque ad finem; ut secundus iste mundus per hominem maneret usque in saeculum. Nam quod primus esset mundus ille, qui fuit ante diluivium, habet Petrus, qui ait: *Originali mundo non peperit, sed octavum* 2. Pet. 3. 5. *Noe iustitia preconem custodiuit, diluivium mundo impiorum inducens.* Vbi vides, quod illum quoque appellat mundum impiorum, ut mundus iste appellari debere videatur mundus iustorum, qui a Noë viro iusto atque perfecto, pariterque preconem iustitiae deriuavit. Huic igitur operi mundi noui accesserunt & opera hominum, ut manifestum est de Noë. Sed quis dicere poterit, nihil praestitisse homines, qui plantabant? Ut enim certum non est, quoniam ligna arcam contexerunt, num omnia ligna sylvarum, an quae hi quoque homines plantauerant? Ita inficias iri non potest, quin & eorum labor huc accesserit. At de Noë satis nobis est, certum esse: unde & de filijs eius probabile est. Christus ergo pater futuri saeculi, generationi, quae ventura erat, initium dedit, & ad finem usque complevit, noua faciens omnia. Sed & homines adhibuit vel admisit, qui, etsi gentiles essent, & infideles, ligna cederent ad opus templi.

Hi ergo sunt praecipui principes sacerdotum & seniores populi. Duo ad opus necessaria sunt, Potestas & Scientia siue ars. In Principibus potestas: In senioribus scientia. Nam Principes potestatem exercent, & in Antiquis sapientia est. Et vide si forte sacerdotalis pars de sacrificijs hoc innuebat. *Hoc eris* (inquit Lex) *iudicium sacerdotum a populo, & ad his, qui offerunt victimas; dabunt sacerdoti armum & ventriculum* In armo fortitudo; in ventriculo, ubi ruminatur & fit digestio, scientia videtur absque dubio aliquo intelligenda. Et hoc in sacrificijs: quia in sacrificio nostra, futura erat fortitudo & scientia: quia principes & seniores auctores fuerunt huius victimae. Ad hoc enim etiam collegerunt concilium, ut maiori disquisitione, maioriq; iurisdictione opus videretur initum. At cur ita? ut potestati Christi contrairant atque doctrinae; cui aliquando dixerunt

- Mat. 21. 23* Quis dedit tibi hanc potestatem? Unde &
Mat. 9. 8 turbæ glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. De scientia verò dicebant: Quomodo hic litteras sciit, cum nō didicerit? Et quando aperto libro Isaiæ illis
Luc. 4. 22. exposuit prophetiam: Omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ.
Luc. 4. 13. quæ procedebant de ore ipsius, & ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Quam etiam scientiam cum potestate iungebat. Unde admirabantur turbæ super doctrinam eius: erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & nō sicut scriba eorum & Pharisei. Hæc est hæreditas, quam illi sumptere moliebantur, vt ipsemet in parabola testatus est. Quod tam euidentis erat in populo; vt & Pilatus sciret, quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Hæc igitur occasio est, quam obrem consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent, ex bono mali occasionem accipientes: vt eorum iniquitas abundaret magis.
24. Ita enim & populus, dum Moyse in monte fruitur consortio sermonis Dei, pro populo deprecatur, & ex Deo legem sanctam accipit, populus ad radices montis, Idolo sacrilegam exhibet culturam. Ita ex beneficiis acceptis populus à Deo magis auertitur. Sic enim ad Moysen dicebat Deus de populo: *Introducā eum in terram lactis, & melle manantem: cumq; comederint, cumq; saturati, crassiq; fuerint, auertentur ad Deos alienos, & seruient illis, detrahentq; mihi, & irritum facient pactum meum.* Ita ex bona doctrina Christi, & ex bonis operibus eius, sumpturunt occasionem contra illum; vt bene ipse dicebat illis: *Si non venissem, & locutus fuissetem eis, peccatum non haberent. Si opera non fecissem in eis, qua nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Ita & nos, qui plurimis maximisque donis aucti sumus, deteriora peccamus, longius à Deo recedimus, & turpius inhonoramus illum. Quod dicit Salomon: *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis; & antequam glorificetur, humiliatur:* verum quidem est de exaltatione, qua superbus homo se extollit; quæ est contritionis, confractionis
- & destructionis illius causa: at est verum quoq; de exaltatione, qua Deus honorat hominem, sicut dicit in Isaiæ: *Filius exultauit, & exaltauit:* & de Aaron: *Et excelsum fecit illum, & beatificauit illa in gloria.* Qui verò exaltatus à Deo, etiam ipse exaltat cor suum, ipse sibi præcipitum parat. Lapis est Christus, qui ceciderit super eum, confringetur. Qui verò sunt huiusmodi cadentes, nisi qui exaltati à Deo super hæc petram, & magni facti, non imitantur illius humilitatem, quæ etiam in fundamentum voluit collocari quasi despectus & humiliatus? hi cadunt super Christum, hinc Christo scandalizantur, ab illius beneficentia superbe capientes occasionem. Ecclesia Christi assimilatur mulieri illi bonæ, de qua Salomon: *Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum: & hauriet iucunditatem à Domino.* Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum. Magna profectò nostra felicitas, qui à Domino recipimus tantam gratiam, vt simus in vera Ecclesia Christi. Sed quis iam est, qui tanto bono se priuat? Qui Ecclesiæ non obtemperat, non cum illa vitam ducit quietam & tranquillam; qui nō inebriatur verbis eius, quæ meliora sunt vino; qui non delectatur in Domino, & in obedientia & ductu sanctæ matris Ecclesiæ: vnde non haurit iucunditatem à Domino. Quid prodest Christianum se iactare, & cunctis ostendere pulchritudinem istius vxoris, sicut Assuerus constituerat omnibus populis ostendere Vasthi vxoris suæ pulchritudinem? Adulteram magis tenes, quæ est carnis & mundi concupiscentia. Quapropter te ferriūt Salomonis verba: *Qui aut tenet adulteram, stultus est, & impius.* Semel Iuda concubuit cū Thamar; veruntamen ultra non cognouit eam. At qui tenet adulteram, stultus est & impius. Caram habes tanquam dilectam vxorem concupiscentiæ, & nescis quam procax est, quam petulans est, quam insatiabilis est, & nunquā dicit: *sufficit:* & idcirco nunquam tibi requiem concedit, nunquam pacem: torquet semper, semper affigit, cruciat incessanter. Stultus ergo, qui diligit sibi noxiam & malefacientem; Et nihil minus impius: Non enim quæ recta sunt

sunt concupiscit, sed quæ iniqua; quæ contra Dei leges, contra id quod iustum est. Nam adultera est, generationem pravam constituens & adulterans; omnibus, Deoque in primis odibilem. Merito ergo incidit in manus adulteræ, qui bonam repellit iucundam & gratam.

16. *Iam ad conuiuium accedamus, ubi Iudas ex bono nihilominus mali perpetrandi occasionem sumit. Cum esset Iesus in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Bonum opus est hoc; teste ipsa Veritate: Bonum opus operata est in me: adeoque bonum, ut ubicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. Bonum ergo opus & laudabile, & reprehenditur tamen: A quo verò? à Iuda, ut habet Ioannes: cur verò? Quia fur erat, & oculos habens, ea, que mittebantur, portabat. Accommodans verba intentioni & operi: Occultè furabatur, celans furtum sub prætextu elemosynæ vel necessitatis: sic sub verbis pietatis abscondit peruersum consilium suum, nempè furandi. O peruersitas! Nèdum se bonam præterdit, verum & bonum dicit malum, ut quod est malum, pro bono vendideret. Idèd in Dei lamentatione sensistis: Seruiens diis alienis, detrahent mihi. Non satis est impio, malefacere; nisi & beneficienti detraheret: non satis est illi diuinas leges infringere, nisi & malas illas esse contendat. Ita enim & serpens inuidiæ criminatus est Deum; & populus surrexit contra Moysen, arguens illum, quod eduxisset de Ægypto; quod illis dominaretur, quod & oculos vellet eruere, quod affligeret illos in deserto, quod nedum non dedisset terram lacte & melle manantem, verum & inter saxa fame cruciaret & siti. Vide quid faciat mens obliqua, quæ cum à recto deuiet, rectum reprehendit, ipsique Deo se præponit. Dixit Salomon: Non recipit stultus verba sapientia; nisi ea dixeris, quæ versantur in corde suo. Ità & de operibus accidit. Ità enim Pharisei arguebant Christum, quod*

curaret in sabbato. Et mirum est, quomodò contra Deum quoque erigat linguam & animum homo stultus, verè stultus; qui nedum se Deo æquiparare audeat, verum & anteponeat; in quo tamen proprios gressus supplantat, seipsum decipiens, illaque apprehendens, quæ sibi detrimento futura sunt. Audi Salomonem: Stultitia hominis supplantat gressus suos, & contra Deum seruet animo suo. De DEO enim conqueritur; quasi ipse sibi malum intulerit, quod ipse sibi creauit ignoranter & perulenter. Dic tu Iuda, qui te fraudauit lucro, ut feras indignè, quod unguentum hoc non venierit trecentis denariis? An Christus, qui passus illo se vngi & recreari? tu tibi malum curas, qui venalem habes animam, venundatus sub peccato, ut facias malum. Abstine te ab alieno, quia de furto vel tangere non licet. Et vide, quod veritas te coget tandem te ipsum criminari, ut dicas: Peccaui tradens sanguinem iustum: Nunc contra Deum serues animo tuo. Ecce vnde noua passionis occasio, ut impleatur. Improperia impropertium tibi ceciderunt super me. Iam olim in mundo impropertatum est Deo, quod ab illo mala occurrant hominibus, & hæcenus quærelæ non cessant. Vnde quod audistis prouerbium, quotidie impletur: Stultitia hominis supplantat gressus suos, & contra Deum seruet animo suo. Suscipiam ego (inquit Christus) impropertiam ista, & audiam. Si non esset hic malefactor, non tibi tradissemus eum. Culper ego de malis, quæ sibi ipsis faciunt homines. Cadant super me impropertia ista. Agam ego poenitentiam super peccatis istis. Exoluam quod non rapui; iniquitatem portabo, quam non feci; supplicium feram, quod non commerui. Veniat Iudas, & suum dispendium in me & ex me compenset, ex me trahat lucrum, quod in me perditum censet; retrorsum non abeo, quin libens pretium me offero, immensæ cupiditatis & auaritiæ suæ. Ecce impletum desiderium auari: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos: & exindè quarebat opportunitatem tradendi illum.

Ex bono itaq; malum traditionis sumpsit Iudas: sed ex malo bonum Iesus noster. Quod bonum Christi tanto magis carum nobis debet esse, vt inde mala omnia nostra destruantur.

- 27 Confugiamus ergo ad hanc ciuitatem refugii, quam edificauit nobis Dominus, neque timeamus; & si non incaute modo peccauimus, sed ex industria quoq; Quoniam veritas figuram anteuertit; malitia in peccante suffragium impediēbat effugii: hic tunc tantum effugium vanum est, quando malitia durat. *Cor enim durum, male habebit in nouissimo.* Abiice cor lapideum, recipe carneum & molle, quod auertatur a peccato, quod conuertatur ad Deum, & ciuitas refugii te proteget. Voluit è vicino haberi remedium istud legis institutor; Ideo plures ciuitates iubebat
- Deut. 19. 3.* edificari. In tres aequales partes totam terram tuam prouinciam diuides, vt habeat è vicino, qui propter homicidium profugus est, quod possit euadere. Quid vicini? quid propinquus? quid facilius? *Narra si quid habes, vt iustificeris: Iustus prior accusator est sui. Venit amicus eius, & inuestigabit eum.*
- Prou. 18. 17.* Quis amicus, nisi qui animam suam dedit pro nobis etiam inimicis? Sit de aliis verum: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.*
- Rom. 5. 6.* Hic amicus est etiam inimicis; *qui cum adhuc inimici essemus, pro impiis mortuus est.* Venit, vt inuestiget eum, qui prius accusator est sui. Ad quid inuestigat? Vt innocens comprobetur. Sit aliis noxius, amico innocens erit, quia ipse iustificat impium. Testimonio amici standum, *qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Ipse solus verax: alius quispian mendax. Tu solus dic iniquitates tuas, confitere peccatum tuum, accusator sis tui, & dum te accusas iustificaris, vt sis iustus accusator tui. Amicus enim veniens & inuestigans, nullam mortis causam inuenit, in se transferens peccatum tuum à te. Et dicens Deo: *Ego sum qui peccaui; ego inique egi. Isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei; populus autem tuus non percutiatur.* Nunquid ista,

quae de Dauide scripta sunt, in Christum optime non quadrant, qui tulit super se peccata mundi, quibus iram meruit, & iustos reddidit peccatores, vt essent populus Dei iam non plagis dignus? Dauid profecto absque culpa non fuit, verum neque populus innocens. Iubente Domino: *Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eos, cum fuerint recensiti.* Dauid ergo Christi fuit figura, quod in se transtulit peccatum populi, & quod supplicio se pro illo humiliter obtulit: sed veritas supereminet, quia Christus proflus innocens, totam in se culpam transtulit, non voto duntaxat aut verbis plagae se offerens, sed *vere portans peccata nostra in corpore suo.* Attende quoq; quod tunc Dauid exire altare iussu Dei, & obtulit sacrificium, & placatus est Dominus, qui fuerat indignatus; quo in loco templum edificatum est, res plena mysteriis. Noueris ergo, quod per sacrificium suum Christus remissionem obtinuit à Deo Patre peccatorum nostrorum, quae in se transtulit; & refugii ciuitatem habemus è vicino, id est facillime possumus saluari; refugiamus tantum ad hanc ciuitatem, quae est Christi passio; in eam transferentes per veram poenitentiam peccata nostra. Illamq; ingredientem per incitiam ac firmam meditationem. Gratias agentes ei, qui talem sustinuit pro nobis cruem & mortem, cui est gloria & imperium in saecula. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Considerantur concilium, & conuiuium. In concilio tria: Qui sint consiliarii; quid statuunt contra Christum; & quomodo. In conuiuium etiam tria: Effusio vnguenti; Discipulorum indignatio; & vna Domini admonitio. Inuectio contra murmurantes.

MERITO multumque congruè hodie legimus hanc lectionem, in cuius principio habemus verba illa Domini Iesu. *Sciitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.* quando vere & apud nos post biduum Pascha fiet, non illud, in quo refurxit Dominus, sed in quo passus est, mortuus & sepultus, quod tunc dicebatur Pascha, quoniam Agnus, qui etiam Pascha dicebatur, Deo secundum legem immolabatur illo die: Quibus verbis monemur, ut præparemus corda nostra ad sanctissimum mysterium Passionis Christi. Nam Iudæi quoque, secundum legem sanctificabantur, id est lauabant se & vestimenta, ut possent Agnum immolare, & manducare. Propterea sic sanctificati noluerunt ingredi Prætorium Pilati, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha, ut scribit sanctus Ioannes Euangelista: Nos ergo, non secundum purificationem Iudæorum sed Christianorum, mundemus corda nostra, ut Pascha nostrum, quod est Christus, per sanctam meditationem suæ Passionis manducemus.

Facit ad hoc quoque, quod in presenti lectione duo continentur præambula ad ipsam Passionem, quæ sunt Concilium Iudæorum inimicorum Christi; & Conuiuium Christi & amicorum eius. In quorū tamen utroque de Domini morte tractatum est. In concilio quidem aperte. In conuiuium autem occultè. In concilio ab iis qui aperte erant Christi inimici. In conuiuium autem à Iuda, qui erat domesticus inimicus. Idè illi aperte cogitauerunt, & decreuerunt, ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Hic verò pietatem prætexuit dicens: *Quare unguentum hoc non venit trecentis denariis, & datum est egenis?*

In concilio tria habemus. Primum est: Qui fuerunt consiliiarii. Secundum est: Quid statuerunt in concilio. Tertium est modus exequendi, quod fuerat deliberatum. De primo dicit Euangelista: *Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis Sacerdotū,*

qui dicebatur Caiphas. Vbi primum vide quomodo tota Synagoga conuenit aduersus Christū suum. Sicut Romana Respublica constituebatur ex Senatu & populo; Ita Synagoga ex Sacerdotibus & populo, ita iubente Deo. Seniores autem populi totum populū ipsum representabant, ut patet in excusatione & purgatione homicidii, cuius ignorabatur author. Dicitur enim ibi: *Et venient Maiores ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus suas super vitulam, qua in valle percussa est, & dicent: Manus nostra non effuderunt sanguinem innoxium; nec oculi viderunt. Propitius esto populo Israel, quem redemisti Domine; & ne reputes sanguinem innoxium in medio populi tui Israel; & auferatur ab eis reatus sanguinis.* Vbi vides, quod Seniores excusantes manus suas & oculos à culpa, purgant totum populum. Seniores ergo in concilio isto sunt pro toto populo; quamuis tamen, ut nulla prorsus esset excusatio, populus ipse totus extorsit à Pilato damnationem Christi. Nam *Pilatus laborans, ut illum eriperet de manibus eorum clamatum: Crucifige, crucifige eum; & videns, quia nihil proficeret, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Clamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Ecce conuentus malignantium populorum. Vniuersa (inquit) turba simul. Ergo Dominus Iesus à tota Synagoga repulsus est. Sicut tota illum petierat; quando territi voce Domini, dixerunt Moysi: *Loquere tu nobis, & non loquatur nobis Dominus.* Ita enim dixit Moyses: *19. Prophetam suscitabit tibi Dominus, ut petisti à Domino Deo tuo in Horeb; quando concilio congregata est, & dixisti: Vltra non audiam vocem Domini Dei mei. Et dixit Dominus mihi: Bene locuti sunt omnia. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui.* Non habet ergo Synagoga Iudæorum, quod doleat: Nam sicut illi datus est Christus ad petitionem eius; ita ipsamet instante, ut tolleretur ab ea; ablati sunt ei. Ita nemo nostrum doleat: Nam ipsi nos mali nostri sumus auctores, incidentes in foueam, quam feci-

1. Cor. 1.
2. Cor. 14.
1. Tim. 2.8

Dent. 2.15

Luc. 23.21.

Matt. 27.24.

Exod. 20.

Dent. 18.15

1. Tim. 11.5

1. Tim. 2.8

feci-

Pro. 19. 16. fecimus. Hinc benè Salomon: *Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, morificabitur.* Et, Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorum corporibus.

4 Vides secundo, quam verum dixerit idem Sapiens: *Sicut fremitus leonis; ita & Regis ira: Et sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.* Facile enim potentes, quibus est potestas benè aut malè faciendi, exeunt ad opus conceptum ab eis. Vnde si Rex irascatur, statim expecta illius indignationis effectum, ac si frementem audias leonem, nam mox in prædam rapitur. Item contra, si hilarem videas Regem, gratiam potes securus expectare iuuantem, sicut ros herbam iuuat. Indignati sunt Principes aduersus Dominum, & propterea indignationem facto expleuerunt. Et quoniam facultates facultatem præbent eum facilitate faciendi sua consilia; idè plurimum diuites errant, & vitiis corrumpuntur, Cuius oppositum operatur paupertas. Vnde est Prouerbiū: *Cum obsecrationibus loquitur pauper; & diues effabitur rigidè.* Et ratio est, quia diuitiæ inflant hominem. Se enim multum posse confidit, sicut scriptum est: *Substantia diuitis vrbis reboris eius; & quasi murus validus circumdatus eum.* Videte ergò diuites & potentes, quomodo cautè ambuletis. Nam facilis est lapsus vester ad ruinam culpæ & pœnæ. Sicut enim Paulus ait: *Cum infirmior, tunc fortior sum:* Ita è contrario fortitudo vestra, vestra est infirmitas. Ponderis enim graue diuitiæ sunt, ad terram inclinans, & trahens ceruicem mentis nostræ. Vnde & bonum consilium est viri pauperis, vt à diuite declinet, nec sua vtatur familiaritate. *Ponderis* (inquit Sapiens) *super se tollit, qui honestiori se communicat. Et distior te, ne socius fueris. Diues iniussè egit, & fremet; pauper autem laesus tacebit.* At Dominus Iesus optimates euitare non potuit, ne haberetur irrita aut doctrina sua suspecta; & quia venit omnes homines saluos facere: & denique quoniam ab his erat interficiendus, sicut habemus. quòd concilium collegerunt aduersus illum.

2. Cor. 12. 10. *Cum infirmior, tunc fortior sum:* Ita è contrario fortitudo vestra, vestra est infirmitas. Ponderis enim graue diuitiæ sunt, ad terram inclinans, & trahens ceruicem mentis nostræ. Vnde & bonum consilium est viri pauperis, vt à diuite declinet, nec sua vtatur familiaritate. *Ponderis* (inquit Sapiens) *super se tollit, qui honestiori se communicat. Et distior te, ne socius fueris. Diues iniussè egit, & fremet; pauper autem laesus tacebit.* At Dominus Iesus optimates euitare non potuit, ne haberetur irrita aut doctrina sua suspecta; & quia venit omnes homines saluos facere: & denique quoniam ab his erat interficiendus, sicut habemus. quòd concilium collegerunt aduersus illum.

Eccl. 13. 2. *Ponderis super se tollit, qui honestiori se communicat. Et distior te, ne socius fueris. Diues iniussè egit, & fremet; pauper autem laesus tacebit.* At Dominus Iesus optimates euitare non potuit, ne haberetur irrita aut doctrina sua suspecta; & quia venit omnes homines saluos facere: & denique quoniam ab his erat interficiendus, sicut habemus. quòd concilium collegerunt aduersus illum.

Quid verò statuerint in concilio, exprimit Euangelista, dicens: *Et concilium fecerunt quomodo Iesum, dolo tenerent, & occiderent.* Duo ergò mala Christo inferre constituerunt, capturam & torturam; vt auferrent & libertatem & vitam. Hoc, quia traditus est nobis, vt noster esset absque discrimine iustorum & impiorum. Sicut enim & solem & pluuiam dat omnibus, non discernens inter bonos & malos. Et sicut dedit manna populo vniuerso, absque discretionem boni & mali. Et ad nuptias suas, in quibus est vitulus saginatus, tauri, & altilia, serui congregauerunt bonos & malos: Ita omnibus traditus est Christus. Idè in cæna se bonis prius communicauit, post cænam verò traditus est in manus peccatorum. Et tandem vbi mortuus est, Ioseph ab Arimathia, qui erat iustus & bonus, dignus factus est, qui illum susciperet. Verum ad quid capiunt isti omnes? Mali, vt malum illi inferant; Boni, vt bonum inde auferant. Mali, vt perdant; Boni, vt teneant, teneant inquit & occiderent. At sponsa: *Tenui illum, nec dimittam.* Voluit autem Dominus teneri ab impiis, illum malè tractantibus, vt teneretur à piis illum venerantibus. Voluit ab illis mortem suscipere, vt illis vitam communicaret.

In Passione ergò Domini has duas aduersitates eius considera, quòd captus fuit, & tentus ab inimicis suis; & quòd ab illis durissima passus est. Populus hæc duo mala pattebatur in Ægypto, quòd erat in potestate Ægyptiorum, & quòd Ægyptii ad amaritudinem ducebant animam eius. At libertate fruens in terra promissionis omnibus bonis replebatur. Vt ergò & nos vocemur in libertatem, eripuit nos de potestate tenebrarum. Vt bonis in hac libertate fruamur, transtulit in Regnum Filii sui, qui est Patri dilectissimus. Nam liberi sunt filii, qui iidem hæredes sunt secundum spem vitæ æternæ. At Diabolus captiuas etiam tenet mulieres oneratas peccatis, vt & angustiarum imponat in humeros earum, & tandem morte afficiat. Quid putas Deus populo, si non obediatur voci eius, comminatus

18. natus fuerat: *Reductaque te Dominus el-
sibus in Ægyptum, per viam, de qua dixi
tibi, ut eam amplius non videres. Ibi ven-
deris inimicū tuus.* Si liberatio ab Ægypto
certa figura est ereptionis electorum a po-
testate tenebrarum, absque dubio redire
in Ægyptum, ibique vendi inimicis, rela-
ptus est in pristinam seruitutem sub pote-
stare aduersarii nostri Diaboli. Quid ve-
69. rō mali sustinetur tibi? *Et erit vita tua quasi
pendens ante te. Timebis nocte, & die, &
non credes vita tua.* Quid verò per hæc
verba significatur, per sequentia declara-
tur: *Mane dices: quis mihi det vespere?
Et vespere: quis mihi det mane? propter cor-
dū tuiformidinem, qua terreberis.* Ac si dicat,
tantus erit terror, tanta tribulatio, vt
ad horam vix te viuere arbitreris. Hæc est
conditio eorum, qui Diaboli sunt captiui.
O quam mala! Vt nos ab his eximeret Filius
Dei, passus est ab inimicis suis.

7. Cogita, quanta calamitas sit, teneri &
vinciri ab hostibus & odientibus: que idē
commemoratur de populo. Et dominati
sunt eorum, qui oderunt eos. Cogita quā-
ta miseria, sustinere ab odientibus pœnas
tales, vt sustinens dicere possit: *Satiati
sunt penis meis.* Cur ergo tu, qui vides
Dominum tuum, talem pro te à peccato-
ribus sustinuisse contradictionem, non re-
cedis à tabernaculis impiorum? non sal-
uaris à generatione ista pessima? non exis
de Babylone? non elongaris à consuetudi-
ne iniquorum? consortia non effugis pec-
cantium & malefactorum? *Qui tangit pi-
em inquinabitur ab ea, & qui communi-
cauerit superbo, induet superbiam:* inquit
Sapiens. Ergo si in exercitu fueris pecca-
torum, cum Christus traditus sit in manus
peccatorum, ipsumque illi dolo tenuerint
& occiderint, particeps factus delictorum
eius, etiam de plagis eius accipies conse-
quenter. Et tu ergo inter crucifixores Chri-
sti sustines, aut appetis computari? Inter
Iudæos inimicos illius? qui sunt Synago-
ga Sathanae?

8. Sed modum videamus, quem tenere
disponunt in Christi perditione. *Dicebant
autem non in die festo; ne forte tumultus fie-
ret in populo.* Modum illum meditantur,
Tom. II. Bellinsans.

quo certius consilia sua perficiantur. Ti-
mebant enim, quod si id tentarent in die
festo, quando maximus fiebat concursus
populorum, populo propter id tumultu-
ante, impedirentur à studiis suis pessimis,
eorumque selestissimi sacrilegique cona-
tus irriti redderentur. Si enim non ausi
sunt dicere, quod baptisma Ioannis erat
ex hominibus timentes turbas, quæ Ioan-
nem habebant sicut Prophetam, & alias
quærentes eum tenere, turbas pariter ti-
muerunt, non immeritò statuerunt. *Non
in die festo; ne forte tumultus fieret in popu-
lo.* Verum quia in die Azimorum necesse
erat occidi Pascha, non tam figurale quam
verum; & iota vnum aut vnus apex non
præterbit à lege, donec omnia fiant; sic
Domino disponente, *In die festo*, quod di-
citur Pascha, *Pascha nostrum immolatus*
est Christus. Contigit autem hoc ex parte
ipsorum; quoniam traditor promisit illis,
eum tradere sine turbis. Contigit verò ex
parte Domini, quia illa hora erat, in qua
transiturus erat de hoc mundo ad Patrem.
Pascha autem à Phasce transitus est, transi-
tus (inquam) Domini per Ægyptum, per-
cutientis Ægyptios, aëreas videlicet po-
testates, ac principes triumphantis illos in
semetipso, per sanguinem Crucis suæ; &
ita transire facientis electos suos à terrenis
ad cœlestia. Præterea qui pro omnibus
passus est, ab omnibus, quantum licuit,
conspici voluit. Nunc in eum, nos non vi-
dentes, credemus, vt verè sint beati, qui
non viderunt, & crediderunt. At quando
potuit illum videre omnis caro, quantam
potuit, voluit ipse, spectantiū adesse mul-
titudinem. Vt etiam in hoc figura serpen-
tis impleteretur, cuius aspectu sanabantur, à
serpentibus peccatorum lauciati. Hoc pa-
cto, quod magis contemptus est & irritus à
respicientibus & despicientibus & impro-
perantibus, eò nos abundantius gloria &
honore coronauit. Secretum quærit Con-
cilium malignantium, vt certius exequatur
malignitatem suam: Christus verò in
conspetu gentium reuelauit ignominiam
suam, vt euidentius demonstraret beni-
gnitatem suam.

Mat. 21.
25.
Matth. 21.
46.
Luc. 22. 7.
Mat. 5. 18.
1. Cor. 5. 7
Luc 22. 6.
Ioan. 13. 1.
Exo. 12. 11.
Colo. 1. 15.
1. Petr. 1. 8.
Ioan. 20. 29
Ioan. 3. 14.
Num. 21. 9
9
9

Rursus intelligimus, hoc propensioris
fuisse

Luc. 3. 6.

fuisse consilii, vt & qui præbant, & qui sequebantur, atq; adeo & omnes fines terræ, & omnes generationes viderent salutare Dei nostri; quasi clamet in medio tribulationis omnibus profusus, qui terram cal-

Thren. 1. 12.

Zach. 12.

10.

Iudic. 19.

29.

Iudic. 20. 6.

Iudic. 19.

25.

1. Cor. 11.

20.

Mat. 24. 30.

viam, attendite, & videre dolorem meum; aspiciat ad me, quem confixerunt. Leuita, cuius vxor perit à libidine scelestorum, illam diuisit in frustra, & misit in omnes terminos Israël. Quod cum vidissent singuli, conclamabant: *Nunquam res talis facta est in Israël.* Sic & maritus vxoris dicebat: *Nunquam tantum nephas, & tam grande piaculum factum est in Israël.* Videat, videat omnis caro, videant omnes termini terræ mortem Christi, mittatur corpus eius in frustra, vt ab omnibus intelligatur. Tota nocte abusi sunt impii vxore Leuitæ. At mulier recedentibus tenebris venit ad ostium, & ibi corruit, & ibi apparuit mortua. Iudæi in tenebris cogitant suam explere libidinem, ne forte tumultus fieret in populo. Et ideo dicunt: *Non in die festo, non clara luce, non videntibus populis.* At Deus voluit manifestissimam esse mortem Christi, in quem incredibili furore libidinis irruit Synagoga; vt sic accendatur omnium zelus ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum atq; salutem. Hinc & qui præcesserunt omnes in vmbra sacrificiorum, Passionem Domini conspexerunt. Qui verò securi sunt, apertam veritatem contemplantur, in qua viderunt omnes, ac vident in ligno pendentem. Ergo nostrum est Passionem Domini attentè contemplari, diligentissimè intueri, iugique meditatione in corde versare. Ideo enim Christus ipse & illam, tam Iudæis prædixit quam discipulis suis, & illius commemorationem instituit in Eucharistia, qua mortem Domini annuntiamus donec veniat gloriosus, præmittens signū suum, Crucem videlicet. Nam tunc apparebit signū filii hominis in celo. Ergo Christiane, qui credis in Filium Dei, qui passus est sub Pontio Pilato, mortuus & sepultus, ne auertas faciem tuam ab isto paupere. Vide quæ pro te passus est, vt sis socius Passionis eius, &c.

SECUNDA PARS.

NVnc conuiuium attendamus, quod Domini Passionem præcucurrit. Vbi prius ad memoriam reuocanda est figura Agni Paschalis, de quo tria præcipiebatur Dominus, videlicet, quod immolaretur; quod sanguine illius postes domus lenirentur, quod carnes eius comederentur assæ igni. Ecce immolatio: *Concilium fecerunt, vt lesum dolo tenerent: & occiderent.* At in conuiuium illius carnes comeduntur, vt deniq; per asperionem sanguinis eius protegatur à ruina & demone. Immolauit Iudæus, vt comedit Christianus. Ideo & conuiuium præcessit ad hoc designandum.

De quo tria nobis proponuntur. Primum est effusio vnguenti *super caput ipsius recumbentis.* Secundum, discipulorum indignatio est. Tertium verò ipsius Domini admonitio. De primo dicit Euangelista. *Cum esset in Bethania in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.* Vbi per istam sanctam vnctionem duo nobis designantur. Alterum ex parte Christi; Alterum ex parte nostra. Ex parte Christi habemus, quod ipse per Prophetam Isaiam iam dixerat: *Spiritus Domini super me, ed quod unxit me, &c. Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde.* Vbi aperte videtur, quod per vnctionem intelligitur spiritus: quo spiritu intelligitur Christus primum consecratus in cultum Dei. Nam tabernaculum, altare, & vasa omnia, destinata ad cultum Dei, oleo consecrata sunt: Ita & Aaron, & filii eius, atq; adeo Sacerdotes, oleo pariter inuncti sunt, & sanctificati, vt istarent, & ministrarent coram Domino. Nam vnctione illa materiali, per spiritum Dei instituebantur Sacerdotes sancti. Ita Christus, super quem requieuit Spiritus Domini, ad hoc designandum, voluit & oleo materialiter perungi, vt non ad alios vsus, essemus certi, ipsum esse præordinatum, quam vt offerret hostiam sanctam, Deo placentem pro peccatis nostris Sacerdos in æter-

in æternum. Secundo ut intelligatur, non à seipso sibi sumpsisse hunc honorem, ut Pontifex fieret, sed venit missus à Deo, & ductus à Spiritu, ut tentaretur à diabolo, ut in eo quod tentatus est, & passus, factus obediens usque ad mortem, opus consummaret sibi à Deo Patre commissum; nempe ut redimeret nos ab omni iniquitate, & manderet sibi populum acceptabilem, scilicet honorem operum. Ergo Passio Christi, opus Dei est. Tu ergo illam attende, veluti opus Altissimi, qui misericordia motus, non ex operibus iustitie, quæ fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

11 Ex parte nostra est, quod mulier vixit illum: quod faciunt fideles, quando sequuntur vestigia eius, qui passus est pro nobis, communicantes illius Passionibus, portantes stigmata eius, semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ad gloriam eius. Ideo David post verba illa: *Vnixit te Deus oleo latitie præ consortibus tuis: addidit Mirrha, & gulta, & cassia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus te delectauerunt filie regum in honore tuo.* Quasi proponat similitudinem nobilium puellarum, quæ vnguento ex pretiosis aromatibus confecto, aspergant vestimenta Christi, quæ custodiuntur in arce eburneis, ut illis indutus in honore, sentiens vestimentorum fragrantiam, delectetur. Qua similitudine innuitur, quod qui Christum imitantur in eo, quod vinctus est, procedens ad pugnam cum hoste maligno in campum certaminis suæ Passionis; iste configuratus corpori humilitatis eius, quemadmodum vestimenta corpori coaptantur, tum honorat, tum delectat Christum, ut pro ignominia Crucis honoreretur, pro acerbitate Passionis delectetur. Num igitur non honorabimus & delectabimur cum, qui pro nobis morte turpissima æque ac acerbissima sustinuit cõdemnari?

12 Sed erant quidam indigne ferentes, nempe Iudas, qui fur erat, & lucrum suum cogitabat. Hi sunt, qui Christo non compatiuntur, & Crucem fugiunt, quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi; quamvis & specie pietatis hanc suam impietatem

prætextere moliantur, dicentes: *Quare Iob. 12. 5. unguentum hoc non venit trecentis denariis, & datum est egenis?* dixit tamen hoc Iudas, non quia de egenis pertineret ad eum, sed quia fur erat. Quid hinc hauserit Iudas, innuit Evangelista, post acta in hoc conuiuio subdens immediate: *Tunc abiit*

*Mat. 26. 14. Iudas ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos: Et exinde quærebat opportunitatem, ut traderet eum illis: En quantum est avaritiæ scelus, ut ea quoque, quæ cultui diuino ascripta sunt, usurpare non vereatur, neque aliud à Deo expectat, quam terrenam emolumenta. Hoc scitote vos, qui legata non soluitis. Hoc vos, qui facti dicitis: *Hæreditate possideamus San- Psal. 37. 13. Auarium Dei.* Hoc illi, qui nullum non scelus aut sacrilegium patiare parati sunt, ut ditentur; quando & Iudam impulit avaritia, ut Filium Dei traderet in manus inimicorum suorum. Hæc est simulata sua pietas erga pauperes, cum tamen de illo verum sit Proverbium: *Fratres hominis Pro. 19. 7. pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo.* En pauper Christus, *Mat. 320. qui non habet, ubi caput suum reclinet: Quis eum magis odio habuit, quam qui in mortem tradidit? Hic frater est illi pro- Ier. 9. 4. pinquus, qui supplantas supplantauit eum. Amicus ille, cui dictum est: *Amice ad quid Matth. 26. venisti? Num amicus iste duplex animo, 50. non procul recessit ab eo, quando abiit ad Principes Sacerdotum, ut traderet eum illis? Si autem verum est, quod dixit Veritas: *Quamdiu vni ex minimis meis feci- Matth. 25. sti, mihi fecistis: Iudam imitantur illi, ad 40. quos de egenis non pertinet, sed eos abominantur magis. Vis videre qui, & quot sunt huiusmodi? Audi Salomonem: *Multi Pro. 19. 4. colunt personam potentis, & amici sunt bona tribuentis. Ratio? Audi. *Diuitia addunt a- 4. micos plurimos: à paupere autem, & hi quos habuit, separantur.******

In Christi monitione habemus, primum reprehensionem de molestia illata Mariae vngenti; ait enim: *Quid molestus huius mulieri? Qua reprehensione confirmatur documentum illud: *Noli prohibere benefa- Pro. 3. 27. cere**

- cere eum, qui potest, si vales & ipse benefac.*
 Secundo habemus laudem mulieris: *Bonū enim opus operata est in me.* Heus tu quid pluris facis? obiurgationes hominum, an Christi laudem & prædicationem? Nosti *Psal. 52. 6.* quid David cecinerit? *Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Nosti Paulum Iudæis nolle placere, volentibus eum circumcissionem prædicare, & ingerere gentibus accedentibus ad Christum, sed eorum magis oblocutiones sustinere, & dicere: *Gal. 1. 10.* *Si hominibus placerem, Christi servus non essem?* Etenim Deus servos suos protegit à contradictione linguarum, sicque protegit, ut etiam commendet & honoret. Sic Abraham ab eo commendatus est apud *Gen. 20. 7.* Abimelech, cui de illo dixit: *Orabit pro te, quia propheta est.* Ita Iob Deus laudat, simillius amicis criminans dicens: *Iob 42. 7.* *Iustus est furor meus in te, & in duos amicos tuos; quoniam non esis locutus coram me rectum, sicut servus meus Iob. Itē ergo ad servum meum, & offerte holocaustum pro vobis. Iob autem servus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stulticia.* Vbi etiam apparet, quod Iob horum male loquentium argutiis nunquam cessit; ut discamus, mundi nos non curare obrectationes, quibus à bonis operibus retrahere nos conatur, detrectans de nobis tanquam malefactoribus; imo nec impiorum iniquas leges pendere, sicut *Dan. 6. 13.* Daniel non curavit de lege Darij, qua vetabat etiam Deum exorare. Sic sancti Martyres ac testes Christi, iussa omnia tyrannorum contra fidem spreverunt. Sic & Apostoli neglexerunt iussa Principum Iudæorum, prohibentium ne in Christi nomine loquerentur.
14. Ii ergo, qui nos à Christi obsequio avertere conantur, dicamus cum Petro & Iohanne: *Act. 4. 19.* *Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum.* Consideremus *Mat. 10. 31.* quanti facienda sit Dei lex, Christi laus, qui se in hoc mundo confidentes, confitebitur coram Angelis Dei, quando laus erit vnicuique à Deo, & ita aures elaudamus obstrepentium criminatōnibus. Sic enim Deus redimet nos à calumniis hominum.
- Æ quo ergo animo, eorum feramus molestias. Arguant, reprehendant, crimineantur: Tu benefac bonus, & rectus corde, ambulans simpliciter, & ita confidenter. Nam Deus, qui prospector est cordis, in tempore suo illuminabit abscondita tenebrarū. Si Iudas obloquitur, Christus confitebitur coram Patre suo, dicens: Hic vir, hæc mulier bonum opus operati sunt in me: Et dicitur nedum in toto mundo, sed supra cæli, quod quisque iustus fecit in memoriam eius. O eloquium dulce, & suavē vocem, o perenne, & irrefragabile præconium! Quid? Et qui nūc insaniunt abentes post vanitates & insanias falsas, & imidentes, qui exeunt de Sodomis, & laborant in fabrica arcæ, in qua saluantur electi, & dicunt: *Vt quid perditis hæc?* Casus labor, vanum est ante lucem surgere cubilibus & impudiciis, delicias perdere, quibus frui possumus. Hi (inquam) insaniētes tunc admirabundi clamabunt: *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improprij; nos in insanti vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.* Tacuit mulier bono operi intentata, nihil pendens indignantium obiurgationes; propterea Christus illius suscepit patrocinium, illam defendens & laudans, illos arguens. Itēdem & nos vacantes virtuti, surdos nos exhibeamus oblatrantibus, & erit Deus pro nobis. *Quis enim accusabit adversus electos Dei, quando Deus est, qui iustificat?* En exemplum patens: Locuta est Maria & Aaron, contra Moysen propter uxorem eius Æthiopiā, & dixerunt: *Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus (erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra) statim locutus est, & dixit: Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per anigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere 10.*

seruo meo Moysi: Ac deinde: Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix. Vide tacentem Moysen, & non reddentem maledictum pro maledicto: Vide illius protectorem Deum, & calumniantium reprehensorem & vltorem. O insigne documentum!

16. Tertiò addit Christus ratione suae laudis, qua probat, quòd mulier benefecerit, dicens: *Nam pauperes semper habebitis vobiscum, me aut non semper habebitis.* Quod habuit hæc fecit. *Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Quibus in verbis docemur, quid & nos facere oporteat. Primum ergò discamus bonum semper facere, secundum opportunitates. Opportunum fuit Christum vngere tunc, opportunum est semper pauperibus benefacere: Illud facere, hoc non omittere. Dicunt impij: *Vt amur creaturam tanquam in iuuentute celeriter.* *Coro-*
Gal. 6. 10. *nemus nos vobis antequàm marcescant.* Ergò dicamus & nos: *Dum tempus habemus, operemur bonum,* recordantes quod non semper Christum habebimus; quia veniet tempus, & auferetur à nobis sponfus. Iam olim à discipulis ablatum est per mortem suam, nunc à nobis auferetur per mortem nostram. Dum viuimus, adest nobis, si nõ illum repellimus; quando & in pauperibus nobis se offert, vt facile obsequium illi præbeamus. Discamus præterea, opera bona plus habere virtutis, quàm appareat oculis hominum. Maria dum viuam vngit, præuenit mortui vnctionem, accepit Christum vnctione hanc pro obsequio, quòd mortuis consuetum fuerat exhiberi; vt mortuum veneretur, quem viuam dilexerat. Tu ergò, quod tuum est, fac: Deus, quod suum est, faciet; quando beneplacitum erit illi. Cõiunxit Maria opus suum cum Passione Domini: nam *ad sepeliendum me fecit,* ait Dominus. Ita ergò coniunge opera tua cum Passione Domini, vt vbicunq; illa fuerit prædicata, commemorata, honorata, rememorata, particeps illius sis, partem ciborum accipiens, quàm & ipse.

17. Caue autem super omnia, quod cauendum iubet Sapiens: *Non fueris hypocrita in*

conspectu hominum, ne scandalizeris in labijs hominum, & reuelet Deus absconsa tua, & in medio Synagoga elidat te, quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia. Infelix Iuda in hanc hypocrisim & malignitatem impiegit, & nunc comedit fructum adinventionum suarum. Vide autem, si non illum sapiens quasi digito demonstrauit. Quid est prætere zelum pietatis, verè autem turpè sacrilegumq; lucrum meditari, nisi hypocrisim colere in conspectu hominum? Quæ tam fuit perfectæ, vt discipuli quoque, quorum sincerus erat animus, in eandem consenserint, atque incurrerint indignationem? Quàm infeliciter scandalizatus est in labijs hominum, quando intellecto concilio Iudæorum, quòd collegerunt aduersus Iesum, vt eum morti traderent, abiit ad Principes sacerdotum, & ait illis: *Quid vultis mihi dare,* *Matth. 26.*
& ego eum vobis tradam? & accepta pro-
 missione triginta argenteorum quærebat opportunitatem, vt eum traderet: Heu quantum scandalum! Sed ecce tibi reuelatio absconforum suorum à Deo facta, quando, Deo volente, & ipse aperuit peccatum suum, & ager ille, qui triginta illis argenteis emptus est, vocatus est ager sanguinis; & ipsa sibi à se confecta mors, toti mundo nota; quid est aliud, quàm elisio, qua Deus hunc pessimum hypocrisim & malignantem elidit, plusquam in medio synagoga? Sicuti quod mulier fecit, euulgatum est, vbicunq; in toto mundo Euangelium est prædicatum: haud secus huius sacrilega peruersitas se diffudit in omnes fines terræ; incipiens à synagoga, & progrediens vsq; ad terminos orbis terrarum. Rationem autem huius tam grauis punitionis amplificat Sapiens dum adiicit: *Quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia.* Accessum istum malignum, quænam verba potuerunt explicatiùs denudare, quàm Euangelistæ dicentis: *Qui autem tradidit eum, dedit illis (nempe cohorti & ministris) signum, dicens: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi, & oscu-*
Matth. 26.
48.
lat ue

- latus est eum?* Qui tam malignè accessit ad Dominum, nunquid non habuit cor plenum dolo & fallacia? Quando scandalizati fuerunt quidam discipuli in labiis Christi, suam carnem promittentis, & exhibentis ad manducandum; quis dubitauerit & hunc pessimum fuisse scandalizatum? Dixit enim tunc Iesus ad Apostolos: *Nonne ego vos duodecim elegi. & unus ex vobis diabolus est:* & tamen non discessit ab eo, cum multi discipulorū abiissent retrò. Hoc quare? quia cor eius plenum erat dolo & fallacia: *Loculos portabat, & sur erat.* Avaritia illum retinuit, ne recederet, simulans pietatem dolosus & fallax: id quod exitus iste malignus probavit apertè. Sit nobis iste malignus statua salis, qua cõdiamus mores nostros, vt caueamus ab hypocritis, à scandalo, à malignitate, à dolo. Ne participes delictorum, plagas easdem accipiamus; memores illius documenti: *Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.* Deus nobis adit præbès gratiã, qua illi obsequamur semper, cui est honor & imperium in sæculo. Amen.

M O R A L E.

18. **O** Superba hominum corda, quid indignamini cõtra fratres vestros? Quid de proximis vestris obloquimini, tanquã de malefactoribus? Quid opus eorum exprobratis tanquam malum, propter falsum zelum insipientiæ vestræ? Saulus æmulator existens paternarum suarum traditionum, illos persequebatur, qui Christi nomen inuocabant; sed ignorans id fecit in incredulitate. Iudæi æmulationem Dei habentes, contradicebant his, quæ dicebantur à Sanctis Apostolis; sed id præstabant non secundum scientiam, quia suam quærentes iusticiam statuere, iustitiæ Dei non erant subiecti. Apostoli ipsi, videntes vnguētū pretiosi effusionem super magistri caput factam, indignati sunt dicentes: *Vt quid perditio ista vnguenti facta est: potuit enim vnguentum istud vanundari multò, & dari pauperibus.* Sed obscuratum erat insipiens cor eorum; non considera-

tes, quòd improprium illorum erga mulierem, refundebatur super Christi caput, qui opus illud non prohibuisset. Tot die murmur auditur hominum cõtra homines, dum trabem, quæ in oculo nostro est, non videntes; acutiùs videmus festucam in oculo fratris nostri, nostram negligentes vitam, vitam aliorum carpinus maledictis. Dei gloriam videmur quæ- rere, sed gloriamur in laude nostra; nos ipsos, quasi zelum habentes Dei, ostentantes, dum aliorum arguimus opera. Hæc generatio est illa, de qua scriptum est: *Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebra eius in alta surrecta.* Cæteros lugillare, se se exaltare est. Quid erigunt oculos, quasi iudices sint, vt arguant, & syndicent aliorum facta? Quis te constituit iudicem super eos? & quis tibi dedit hanc potestatem? Etiam si iudex constitutus esses à Deo, vocem tamen hanc tibi audire conuenires: *Diligite iusticiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenerit ab his, qui non tentant illum.* Tentat Deum, qui duplici corde illius quærit sententiam, illius assumit iudicium; illius videtur honorem zelare, & iudicat tamen ex timore cordis sui. Sic Iudæi, qui illi, qui fuerat cæcus, dicebat: *Da gloriam Deo, nos scimus, quia hic homo peccator est.* Ided dicit Sapiens: *In simplicitate cordis quærite illum: benè de illo sentientes, non crudeliter illum constituentem, non insipientem; qui asperè iudicet, & in furore; vel qui non videat crimina illa, quæ isti vident; & propterea non ipse damnat, quæ isti temerariè audent condemnare.*

O malum mentis superba! o malum linguæ maledicentis! o malum hominū, qui consulete indignantur, & prorumpunt propterea in murmuraciones! *Beneignus est spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis suis, quoniam renem illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & lingua eius auditor.* Intelligis benignum esse spiritum sapientiæ? ergo vbi indignatio, ibi insipientia, ibi non cordis simplicitas sed duplicitas. Tibi inco-

gnitus est sensus iste tuus, non reprehendite propterea cor tuum, sed maior est Deus corde nostro, videt quæ non patet.

Prov. 15. 11. *Inferius est perditio coram Domino, quam magis corda filiorum hominum?* Videt, videt Deus ignorantiam tuam, superbiam tuam, iniustitiam tuam, aliorum vitia carpentem, quin & vitia deputantem, quæ bona opera sunt. Et propterea ex sua benignitate tuam ipse increpabit inclementiam; & te maledictum à labijs tuis non liberabit, labia tua ipse corripiens. *Quonia*

Cap. 1. 10. *auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur.* Auris zeli, (inquit) tu zeli videris pro Deo, veluti suscipiens causam eius, & arguens qui illum offendit. Sed iste zelus tuus non est secundum scientiam, nõ verè Dei est, quia amarus est. Quid si zelum habet amarus, non sicut Phinees zelatus est pro Deo suo, zelo Dei, zelus est indignationis, zelus immitis. *Quid amularis pro me?* dixit

Num. 15. 11. Moyses ad Iosue. Zelus iste culpatus est, quoniam ex superbia proficiscitur. Ergo zelus Dei ardet contra falsum zelum, auris zeli audit omnia. Zelum Deus contra indignantes, contra murmurantes. Testis est lectio, quæ ait: *Sciens Iesus dixit: Quid molesti estis huic mulieri?* Vide quanta fatur Dominus aduersus falsos istos zelatores: redarguit quod sine ratione molesti sint mulieri: laudat opus eius: *Bonum enim opus operata est in me* Probat duplici ratione, quod bene sit operata. Primum dicens: *Pauperes semper habebitis; me autem non semper habebitis.* Deinde: *Mittens enim hac unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit:* quasi dicat: Mysteriorum plenum est opus eius; Deo auctore illud perfecit, qui futura prospexit. Addit deum: Tantæ bonitatis opus istud est, ut per totum mundum euulgandum sit; quod vos hic reprehenditis in occulto, in conspectu gentium reuelabit iustitiam suam, sanctitatem, & bonitatem. *Amen dico vobis: Vbi cumq; predicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hoc fecit in memoriam eius.* Vides quam exardeat zelus Dei contra eos, qui zelum Dei prætendentes innocentes arguunt, vel etiam

peccatores exacerbant? Quam re peccat multipliciter homo. Peccat arrogans sibi iudicium, quod non est illi datum. Peccat nõ corripiens ad emendationem, sed murmurans ad detractionem. Peccat aures audientium corrupens, & fetorem iniquitatis passim dispergens. Peccat errans in iudicando, dicens interdum malum bonum, & redarguens laude dignum. Peccat, quoniam ab origine indignationis alia multa præterea fluunt peccata & mala. Moyses sit testis.

Moyses qui populum eduxit de Ægypto, qui duxit illum per desertum, quadraginta annis sustinens eorum durissimos mores, prohibitus est, ne illum introduceret in terram, propter quam omnia illi præcedentia facta fuerant: Ideo enim educti de Ægypto, idè per desertum ducti, ut in terram deniq; illam inducerentur. Quid ita? *Mibi* (inquit ipse Moyses) *indignatus* *Deut. 1. 37.*

Dominus propter vos, dixit: Non ingredieris illuc: nempe in terram illam. Cur verò sic indignatus fuit Dominus? propter vos (inquit) *Quare propter vos? Audi psallentem* *Psal. 105,*

Dauid: Et tentauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.

Nunc audi exacerbatum Moysen: *Audite rebelles, & increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus elicere? Quid indet?* *Num. 20.*

Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: *10. Quia non credidisti mihi, ut sanctificaretis*

me coram filiis Israel, non inducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Dura

visa est Moyfi populi murmuratio contra Dominum. Zelatus est Deum, sed non ad mensuram indignatus est, exacerbatus est spiritus eius. Hinc obfusata mens eius, dubitauit, num Deus populo tam rebelli & incredulo daturus esset aquam. Et ne putaretur de Dei potentia titubare, non dixit: Num poterit Deus de petra hac vobis aquam elicere: sed dixit: *Num poterimus?* ne fortè si non exiret aqua, ascriberetur impotentia Dei, sed ipsorum Moyfi & Aaron. Dubitauit ergo de clementia Dei, timens illum indignatum, sicut ipse fuerat indignatus. Non aduertit bonus Moyses, quod maior est Dei patientia,

tencia, quam hominum. Vbi Moyses ipse,
Nuu. 12. 3. qui mitissimus omnium hominum erat,
 indignatus est contra populi perfidiam &
 peruicaciam, patiens fuit Deus, & præ-
 stabilis super eorum malitia. Tunc iratus
 est Dominus contra fidelissimum seruum
 suum Moysen, quando de sua benignita-
 te dubitauit, de patientia, de longanimitate,
 de clementia, de misericordia, quam
 toties fuerat expertus super populū, quam
 ipsemet confessus fuerat. Iam pluries Deus
 furorem suum accenderat super populum
 propter eorum duritatem, perfidiam, ob-
 stinationem. At Moysi indignatus, quia
 non credidit illius bonitati & sanctitati.
Exod. 32. 11. *Et non sanctificasti me:* inquit. Moyses
 dum patiens fuit, fudit & pro populo pa-
 tientie Dei; propterea volentem Deum
 populū perdere, qui vitulum adoraue-
 rat, qui Deo non crediderat super terræ
 fertilitate & facilitate, placuit & popu-
 lo propitiū. At exacerbatus semel, exa-
 cerbatur sic Deum arbitratus est, vt non
 crederet aquam promittenti. O indignatio,
 quam nocens est, quam hominibus
 perniciofa. Iusta videbatur Moysis in-
 dignatio, sed excedens fuit, ad increduli-
 tatem vsque pertinuit. Vbi de Dei ele-
 mentia dubitauit, indignus reputatus est,
 qui terram introiret; sola Dei misericor-
 dia aditum facit ad gloriam Dei, qui nos
 coronat in misericordia & miserationi-
 bus. Quid ergo erit, vbi falsa erit indi-
 gnatio, iniusta, illicita? nec te demulceas
 quasi pro Deo zelantem. Nam & Moyses
 zelabat pro Deo suo, sed à zelo Dei ele-
 mentiam auferbat, rigorem tribuebat.
Sap. 1. 6. Quid tibi igitur iudex arrogans? Iudex
 seuerus? Iudex iniustus? *Benignus est spi-
 ritus sapientia;* dixit Salomon: non seue-
 rus, non asper, non atrox, vt es tu.
Sap. 1. 10. Tumultus murmurationum audietur à
 quo? à Deo. Intelligit, qui propterea cor-
 ripit inquietos, & perdit omnes, qui lo-
 quuntur mendacium. Sed quis non audit
 tumultus murmurationum? vox, quæ
 nunquam cessat? linguarum diuisio atque
 confusio diuisit omnes gentes. At in mur-
 murationibus concipiunt linguæ omnes
 consentiunt omnes, & lingua linguâ acuit.

Heu quam labilis est lingua, quam facile
 laxatur in murmuraciones! Colligesi va-
 les tot tua detrahentia verba, tot falsa, tot
 iniqua: hoc non vales. An putas & Deum
 ista latere, vel quoddam obliuiscatur? Audi
 Sapientem. *Spiritus Domini repleuit orbem
 terrarum, & hoc quod continet omnis
 scientiam habet vocis:* propter hoc, quilo-
 quitur iniqua, non potest latere, nec præ-
 teriet illum corripiens iudicium. Spiritus
 Domini, mens Domini, qui continet omnia,
 non exclusus; qui replet orbem ter-
 rarum, non inclusus; qui vbique est, non
 diffusus: scientiam habet vocis. scit quid
 quisque loquatur, Quomodo ergo tu in-
 qua loquens, qui teipsum latere, Deum te
 arbitraris latere? De omni verbo otioso
 reddes rationem in iudicio; non ergo te
 præteriet corripiens iudicium. Corripies
 à Iudice: damnaberis à iudicio. Heu Iudas
 author murmuracionis in conuiuio, quod
 te rapuit indignata auaritia tua? Qui mu-
 lierem bene operantem iudicasti, teipsum
 malè murmurantem condemnasti. Falsus
 zelus tuus misericordiam in pauperes præ-
 tendebat, & auaritia ardebat cor tuum,
 mens tua impia atque sacrilega. En inten-
 tus zelus à peccatoribus, en iustitia, quam
 protegere volunt videri; *Generatio, quæ
 sibi munda videtur, & tamen non est læta à
 fordidibus:* quæ propterea non erit iudicio
 immunis. Qui de bono opere murmura-
 uit, iam apud omnes infamis est, odio-
 sus est, & maledictus. Quid ergo? *castro
 dite vos à murmuracione, quæ nihil prodest,
 & à detractione parite lingua.* Benjamin
 amantissimus Domini habitabit cõfiden-
 ter in eo, quasi in thalamo tota die mora-
 bitur; & inter humeros illius requiescet.
 Ille, ille amantissimus est Domini, quia
 quasi in thalamo moratur, fugiens homi-
 nes murmurantes; iste de hoc mari ma-
 gno eripietur, portatus quasi ab humeris
 Domini, ibi requiescens, ibi cõfidenter
 innixus Deo, qui diligit eos, qui am-
 bulant in veritate. Quod
 nobis concedat.
 Amen.

FERIA SEXTA IN PARASCEVE.

CONCIO PRIMA.

Quam morte praeventus Auctor non potuit extendere.

DE PASSIONE DOMINI.

Cum consummasset Iesus sermones hos, &c.

Matth. 26. 1.

Erat autem Pascha azymorum, &c. Marc. 14. 1.

Appropinquabat autem dies festus, &c. Luc. 22. 1.

Egressus est Iesus cum Discipulis suis, &c. Ioan. 18. 1.

ARGUMENTVM.

Afferuntur in Proemio omnia illa motiva quae animu nostrum impellere valent ad meditantiam Domini Passionem. Narratur eius vniversa historia ordinatè. Diuisim, & deuotè de omnibus partibus tractatur Explicantur septem verba, quae Dominus protulit in Cruce.

PRO O E M I V M.

1. D V L C I A illa verba animae dilectae à Christo, Christumque diligentis: *Dilectus meus mihi, & ego illi*: Nos docent Passionem Domini Iesu deuotè meditari, suosque labores atque dolores pro cordis affectu contemplari. Vt mutua sit inter illum & nos, veraque, ac quanta licet, perfecta coniunctio. Per qua sicut nostra facta sunt sua, ita sua nostra fiant; nempe quod sicut dolores nostros ipse tulit, & in Tom. 11. Belluntani.

firmitates, atque iniquitates, ita sua dona, 12. merita, magnaque praemia referamus, atque hoc pacto mortui resurgamus. Quomodo autem ipse nobis coniungi dignatus sit, aperit Apostolus Paulus dicens: *Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanauit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus: Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Vbi duas notat coniunctiones; alteram, qua accipiens formam, id est naturam nostram, qui serui sumus, factus est homo, verè in natura nostra in similitudinem hominum factus, & verè seruus Dei, qui est Filius Dei aequalis Patri: Alteram, qua in similitudine carnis peccati, veluti peccator, morti adiudicatus est & crucifixus. Quas duas coniunctiones figurauit Elisaeus, bis se coniungens puero mortuo. Vnde scriptum est: *Et ascendit, & incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum: & hoc bis.* Sic figurans primam coniunctionem in Incarnatione, qua verbum caro factum est; & secundam in Passione, qua Christus, ut ait Petrus, *peccata nostra portauit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiam viuamus, cuius liuore sanati sumus.* Idcirco in secunda coniunctione Elisaei, puer mortuus reuixit.

Quod autem Elias triplici coniunctione alium puerum suscitauit, hoc est, quia per secundam figurauit labores Christi, qui in Psalmo dicit: *pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Quod figurauit Elisaeus per id, quod fecit post primam coniunctionem, nempe qui reuersus (id est descendit de puero) deambulauit in domo semel huc atque illuc, & ascendit, & incubuit super eum. Sicut ergo nobis coniunctus est Dominus, quoniam dilexit nos; Ita & nos, ut à nobis ipse dilectus sit, debemus illi coniungi: ut quemadmodum se nobis coniungendo, portauit imaginem nostram in similitudinem hominum factus: ita nos portemus imaginem eius, configurati corpori humanitatis suae. Er quidem in prima coniunctione illi natura similes sumus, filij hominum, sicut & ipse est filius

est filius hominis; sed in alijs duabus similes ei erimus, si sequentes illum, vita nostra erit labor & dolor.

2. Vt ergo in doloribus imitemur, nunc nobis à sancta Ecclesia proponitur eius passio; ac si verbis Apostoli nobis illa diceret: *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animi vestris deficientes: Nondum enim vsq; ad sanguinem resististis, aduersus peccatum repugnantes.* Recogitantes itaq; illius pœnas atq; supplicia, compatiemur illi, ut vult

Rom. 8 17. enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu;

& ostendens quid sentire debeamus, subdit;

Philip. 2. 5. Quoniam cum Christus verè esset

8. *D. us, habitu inuentus est homo, & factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem Crucis.* Heu ergo Anima Christiana, &

vos fideles omnes aspiciete in eum, quem confixerunt; Aspiciete in eum, qui antequam confingeretur, captus est in peccatis nostris, ligatus, & crudeliter tractatus in

horto, iniquè condemnatus est in domo

Caiaphæ, percussus, velatus, consputus, illu-

sus, blasphematus, maximisq; pœnis affectus. Per vicos & plateas ductus, vinculis tortus, pudore confusus, labore infirmatus. In Prætorio accusatus, calumniatus, ad mortem postulatus, & demum traditus voluntati inimicorum suorum. In Palatio Herodis illusus à Rege cum exercitu suo.

Heu pœnas alias, quas pertulit, flagellatus, spinis coronatus, irrisoriè adoratus, quis cogitauerit sine vera cordis tristitia? Quis associans illum, pondere crucis oneratum & fatigatū, nō desideret illum à tanto pondere subleuare cū Simone Cerenense? Cuius cor nō scindatur, si aspexerit illum clauis Crucis crudeliter configi? si viderit illū cum extremo tormento per plures horas in ligno pendere? Eia igitur vt compatiemur, & patienti coniungamur; non nos tēdeat suam passionem percurrere, eamq; distinctè atq; deuotè meditari, ad quam vndique excitamur.

3. Quantum, & quomodò debeant fideles Passionem Domini meditari, vndiq; patet. Mouet nos ad eius meditationem ex-

cellentia mysterij. Hinc quandò Moyses concupuit videre faciem Domini; dictum est illi: *Posteriora mea videbis, faciem autem non videbis, &c.* Posteriora ista sunt humerus, de quo Isaias: *Et factus est Principatus super humerum eius.* Sunt dorsum: de quo in Psalm: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.* Sunt Scapulae, de quibus Psalm: *Scapulis suis obumbrabit tibi.* His posterioribus & scapulis portauit iniquitates omnium nostrum, & dolores nostros ipse porrauit. Dolores (inquàm) qui nobis debebantur. Excellentiam istà concupuit & Helias, & vidit, quando posuit in spelunca ante illū transibat Dominus: de quo transitu Ioan. *Sciens Iesus, quia veni hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Isti sunt duo magni viri, Moyses & Helias, qui vt viderat in Spiritu Dominum transeuntem in posterioribus & scapulis: ita visi in claritate cum Domino in monte gloria loquebatur de excessu, quem completurus erat in Ierusalem.

Mouet nos intentio Dei, qui ab origine mundi in sacrificiis vsq; ad aduentum Domini suam passionem mundo demonstrauit præter alias figuras, & præter Prophetias; at *vbi venit plenitudo temporis, misit Filium suum in similitudinem carnis peccati;* & percussit eum propter scelus populi sui manifestissimè, nempe in Paschate, in Ierusalem, in Monte, vbi exaltauit illum à terra, quo fieret omnibus conspicuus, & videret eum omnis oculus admirans, & dicens: *Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum?* Ac deinde eius memoriam nobis ingessit per nobilissimum Sacramentū Altaris, de quo Paulus: *Quisquis manducabit panem hunc, & bibet calicem bibetis, mortem Domini annuntietis, donec veniat:* Ità quod Passio Domini quasi centrum totius temporis, respicitur à tota circumferentia temporalis, à fine vsque ad finem.

Mouet nos intentio Ecclesie, quæ do-

cta Spiritu Sancto, per suos Euangelistas digessit explicite ac diffuse Passione Domini. Magna mysteria celebrata sunt, quæ tamen non omnes Euangelistæ descripserunt; solus Lucas explicat Natiuitatem, &

puer-

Matt. 2. 1. pueritiam Domini Iesu: solus Matthæus explicat adorationem Magorum, & fugam Domini in Ægyptum: solus Ioannes explicat magna illa miracula Christi illuminantis cæcum natum, & suscitantis Lazarium quatuoriduanum. Sed Passionem omnes quatuor fusè descriperunt. Item Ecclesia figuram Crucifixi ubique ponit in propatulo, Crucis vsum in omnibus adhibet. Et clamant eius Prædicatores. Nos

1. *autem prædicamus Christum crucifixum.*
 2. Nec erubescit, quamvis crux sit gentibus
 3. stulticia, quia quod stultum Dei, sapientius est hominibus.

4. Mouet necessitas nostra, videlicet debiti, quia non est aliud nomen sub cælo, in quo oportet nos saluos fieri; Ideo in morte ipsius baptizati sumus. Vnde Paulus: *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo, per baptismum in mortem.* Ita quod corruptio illius, est generatio nostra, vt vnde mors oriebatur, nempe ex ligno, inde vita resurgeret. Si res ita se habet, quare non verfatut continuè in mente nostra? Si enim, vt ait Paulus:

Gal. 3. 27. *quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis:* Christum crucifixum debemus induere, in cuius morte baptizati sumus, mortuum contemplantes.

7. Mouet nos utilitas, quia per signum Crucis de inimicis nostris liberat nos Deus noster: *Visitauit enim, & fecit redemptionem plebi suæ sicut loquutus est, &c. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Ideo scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursum, & damonio meridiano Nihil magis prodest, quam ista meditatio protegens ab inimicis, augens gratiam, & consolans in afflictionibus. Vnde Deus Moyfi ostensus postiora, dixit: *Ostendam tibi omne bonum.**

8. Mouet facilitas huius meditationis, quæ est de rebus materialibus, quas etiam rudes capere possunt. Ideo victimæ decorabatur? vt videri possent, & in frustra

cædebantur, vt per partes distinctas hanc victimam contemplari possimus. Quin- *Pf. 21. 16. imò in puluerem mortis (ait) deduxisti me; Exo. 12. 4. vt minutissima sit illius meditatio, torusq; agnus immolatus comedatur.*

Mouet tandem exemplum amicorum Christi, & maxime Matris, quæ cum Ioanne & aliis mulieribus stabat ante Crucem Iesu aspiciens in eum, quem confixerunt. Ideo per singulos annos, huius sancti Mysterii commemoratio fit hac die à cunctis fidelibus, vt hæc Passio benedicta cordibus nostris sit semper impressa. Non pigeat ergo nunc ipsius narrationem audire.

Modus plures condiciones continet, sed vnã tantum dicamus. Singularis excellentia hostiarum erat, quod essent pingues. Vnde Psalmus: *Et Holocaustum tuum pingue fiat.* Et quia pingues, erant valde medullata; Ideo promittit: *Holocausta medullata offeram tibi, boues cum hircis.* Pinguedo ista iuuabat plenam combustionem hostiæ. Hæc in Christo fuit summa charitas, qui cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos: & ita propterea summè passus est, vt vltra possibile non esset pati, & in patiendo omnis consummationis vidit finem. Vnde expirans ait: *Consummatum est.* Hæc pinguedo in nobis fit deuotio, amor, & compassio. Non sit arida meditatio, sed pinguis & accensa. Vnde, *sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.* Sicut ergo labiis exultationis, ita & labiis compassionis narremus in cordibus nostris hoc mysterium.

Sic Deus voluit illud à nobis videri, & considerari: Vnde Zacharias: *Aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu, quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti.*

In die illa magnus erit planctus in Ierusalem. In ipsa crucifixione Domini captus est iste planctus ab amicis Christi, & à Matre; quinimò sequebatur illum euntē ad caluariam multa turba populi & mulierum, quæ plangebant, & lametabantur eum. Sed iste planctus non tunc habuit suum finem, sed debuit extendi vsque ad finem mundi. Vnde Ioannes in Apocalipsi: *Eecce venit*

venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes Tribus terra.

12. Ab hoc igitur principio Crucis, vsq; ad vltimum aduentum Christi, continuatur planctus; sicut etiam continuatur commemoratio mortis donec veniat. Vnde

Zach. 12. Zacharias: *Et plange terra: familia, & familia seorsum.* Numerat autem quatuor familias. Primam Dauid, ex quo descendit Ioseph Sponsus Virginis, vt narrat Mat-

thæus. Secundam Nathan, per quem à Dauid descendit Maria Virgo; vt notat Lucas in sua Genealogia. Sic explicans, quòd dicit familia, & familia seorsum, & mulieres eorum seorsum. Sic innuens, quòd omnes, de quibus ipse Dominus dixit: *Ipsè meus frater, & soror, & mater est:*

Luc 3. 23. debent plangere suam Passionem. Poni in speciali familiam Leui, vt notet illos potissimum, qui consecrati sunt Domino, debere hanc Passionem plangere. Quartam familiam vocat Semei. De hoc Semei scribitur, quòd illudebat Dauid exeunti de Ierusalem, & fugienti à facie Absalon. Scribitur enim, quòd cum egressus esset de Ciuitate, ascendeat cliuum oliuarum, scandens, & flens nudis pedibus incedens, & operto capite; sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. Nunquid non ista est expressa figura mortis Christi, qui nudis pedibus, & operto capite per coronam spinarum ascendebat ad Caluariū, qui fortè idem locus est quo tunc ascendit Dauid: & omnis populus, qui vere est populus Christi, ipsum sequitur plorans pedibus suis, & operto capite. Sequitur (inquam) non equitans, aut in magnificentia, sed imitans eum: idè operto capite in signum tristitiæ. Tunc Semei, qui erat de domo Saül, inimicus Dauid, improperebat illi, vnde Scriptura: *Et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, procedebatque egrediens, & maledicebat, mittebatq; lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos Regis Dauid, dicens: Egredere, egredere vir sanguinum: Et ecce premunt te mala tua.* Quinam sunt isti de familia Semei, nisi illi, de quibus Paulus: *Multis enim ambulans, quos sepe*

Phil. 3. 15. *Paulus: Multis enim ambulans, quos sepe*

dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, qui terrena sapiunt. Vides Paulum flentem, & ita se affociantem populo ploranti, & sequenti Christum. Vides Semei inimicum Crucis, terrena sapientem, & ita lapides mittentem contra Christum & populum eius, cuius figura fuit Petrus. Qui quando Dominus ostendit, quia oportet eum ire Ierosolymam, & multa pati, dixit ei: *Abstine à te Domine: non erit tibi hoc.* Et tunc dixit ei Dominus: *Vade post me satana: scandalum es mihi: quia non sapi es, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.* Sapiebat Petrus terrena; & ideo aduersabatur Cruci: vocatur idcirco satan, quod est aduersarius, sed tandem cessit vadens post Christum. Sed familia Semei durat

vsque ad finem mundi, quando videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli, cum virtute multa & Maiestate, & tunc plangent omnes tribus terra. Qui tunc plangent, sunt qui nunc irident, & habent crucem pro stultitia, de quibus Paulus: *Verbum crucis pereuntibus stultitia est.* Illi tunc plangent, annumerati à Zacharia cū bene plangentibus, & horum multæ familiæ sunt: vnde in Zacharia: *Familia Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum.* Omnes familia, reliqua familia, & familia seorsum, & mulieres eorum seorsum. Heu quam tunc vellent sancte planxisse Passionem Domini cum sanctis familiis: nam fletus ille istorum erit cum stridore dentium sine fine: nostræ aurem lachrymæ panis sunt reficiens. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte.* Meditemur itaque sanctam Passionem lachrymantem, & dolentes super Dominum, sicut doletur sollet in morte primogeniti. Nam vere iste est Primogenitus & Vnigenitus Dei Patris, & benedictæ Virginis Matris, quæ peperit primogenitum suum. Scientes quod Dominus, quos præsciuit, illos prædestinauit conformes fieri imaginis Filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quomodo autem erimus conformes, si quando patitur ipse, nos non compatimur? Dixit Paulus: *Si quid patitur vnus membrum, & cetera*

compatiuntur omnia membra, Patietur et

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.

201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300.

301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400.

go caput, & non compatiuntur membra? patietur primogenitus, & non compatiuntur reliqui filii? Nunquid non Paulus dicitur? *Ipsi spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei, si tamen compatiuntur?* Planctum istum, cum sit donum Dei singulare, à nobis habere non possumus; inuocemus ergo Dominum, ut per virtutem Passionis Filii sui donet nobis compassionem istam, & propterea ante Crucem prostrati rogemus, ut Christo confixi simus cruci, ipsum in hoc sequentes per dolorē cordis. Adora crucem, &c. O crux aue spes, &c.

PRIMA PARS.

- 13 **V**T ergo cum deuotione meditemur Dominicam Passionem, obseruandū est, quod Dominus iubebat fieri in sacrificiis, nempe ut carnes victimæ caderentur in frustra, & lauerentur aqua, ac deinde super altare collocarentur suppositis lignis & igne, ut cremarentur. Diuidere carnes in frustra, est distinguere per partes Passionē Dominis; lauare aqua, est lacrimis irrigare distinctam meditationem, ad quod iuuat consideratio amoris igniti ipsius Iesu Christi, qui ignis coniunctus est lignis nepe cruci, ut fieret perfectum holocaustum: Hæc est enim vna causa, propter quā passus est: *Dilexit enim nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Ideo semper in meditatione per singulas partes adhibendus est ignis iste, considerando, quod totum sustinuit Christus ex charitate sua nimia.
- 14 Diuisio partium istarum, ab ipso Domino Iesu Christo sumenda est; qui ascendens Ierosolymam, assumptis duodecim discipulis secreto, ait illis; *Ece ascendimus Ierosolymam, & Filius hominū tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Itam diuisionem sequentes, primam partem ponimus traditionem, factā à Iudæ Principibus Sacerdotum & Senioribus & Scribis. In qua tria considerantur, Occasus, Reuelatio, & Executio.
- 15 Occasus fuit in cœna, de qua Matthæus

& Marcus & Ioānes. Ioānes sequitur ordinem historię; & ideo dicit: *Ante sex dies Pascha venit Iesus Bethaniā, ubi Lazarus fuerat mortuus; fecerunt autem ei cœnam ibi.* Alii duo reponunt cœnā illam in descriptione Passionis, tanquam pertinentem ad ipsam, sicut quæ fuit occasio illius: non est putandum, quod sint duæ cœnæ, sed vna tantum. De hac igitur sic loquitur Matth. *Et factū est, cum consummasset Iesus sermo- nes hos omnes, dixit discipulis suis: Scitū, quia post biuuium Pascha fiet: & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur; tunc congregati sunt, &c. ut Iesum dolere tenerent, & occiderent. Dicebant autem Non die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Deinde: *Cum autem Iesus esset in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti, &c.* Eundem ordinem tenet & Marcus.

Obserua, quod Matthæus non meminit cœnæ, sed dicit tantum, effudit super caput ipsius recumbentis, & narrat vngtionem Mariæ, & indignationem Apostolorum, &c. Ut videas quod hoc considerat tantum, ut occasionem Passionis. In hac ergo cœna habes, quod fecerit Maria unguens; quid discipuli indignantes; quid Iudas; & quid responderit Christus. De primo: *Accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.* Et Marcus: *Venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabaastro effudit super caput eius.* Ioannes vero: *Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti.*

Contemplemur, quod primum unxit pedes, sed visa turbatione vultus Christi, voluit ungeri caput: vnde festinanter fracto alabaastro effudit super caput eius. Hic potest ergo contemplari dolor Christi in hoc principio suæ Passionis, & amicorum eius. De secundo, dicit Marcus: *Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos &c. & fremebant in eam.* Matthæus vero: *Videntes autem discipuli, indignati sunt, &c.* Marcus in communi, *quidam,*

- Ioh. 12. 4.** Matth. in particulari dicit: *Discipuli. Ioannes vero, in singulari dicit: Dixit ergo unus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc unguentum, &c.* Quare mittebantur portabat. Veritas ergo sit, quod Iudas malitiose & aare dolebat de perditione lucris sui, & fuit promotor huius indignationis; Discipuli vero ab illo seducti sub pretextu pietatis hoc dixerunt. Vide quid faciat vnus malus inter multos simplices, &c. Dixit ergo Iesus: *Sinite illam vs in die, &c. non semper habebitis.* In eo, quod dicit: *Sinite illam,* etiam secundum Ioannem ostendit, non Iudam tantum, sed alios quoque indignatos: Excusat mulierem, & laudat opus dicens: *Quid molesti estis huic mulieri, &c. in memoriam eius.*
- Matth. 26. 10.** **Marc. 14. 6.** Matthæus & Marcus statim subdunt: **Matth. 26. 14.** *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas, &c.* Opportunitatem, vt eum traderet. Lucas vero ait: **Mar. 13. 10.** *Appropinquabat autem dies festus Azimorum, qui, &c. sine turbis.* Ecce occasio in qua potest contemplari crudelitas Iudæ, &c. Et quid faciat auaritia, & quomodo mali ab occasione boni excitantur ad malum.
- 17** Vt veniatur ad reuelationem huius traditionis, tria fiunt. Primum est institutio cœnæ in Ierusalem. Secundum ablutio pedum. Tertium Eucharistia. De Primo tres Euangelistæ. Matthæus. **Mar. 14. 12.** *Primo die Azimorum, &c. Et parauerunt Pascha.* Lucas. **Luc. 22. 7.** *Primo die Azimorum, &c. Et parauerunt Pascha.* Lucas. *Venit autem dies festus Azimorum, &c. Et parauerunt Pascha.* De Secundo, videlicet de ablutione pedum, Ioannes: **Ioh. 13. 1.** *Ante diem festum Pascha, sciens Iesus, quia venit hora eius, &c. Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes, &c. In hoc habes tria, dilectionem Christi, monentem illum ad Passionem: Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos: humilitatem: Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Deinde tantam demissionem: Surgit à cœna, &c. Et cepit lauare pedes discipulorum. Et tandem Mysterium, de quo: Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pe-*

des, &c. Notabat enim per hanc ablutio-
nem pedum cum aqua, quod lauit nos à
peccatis nostris in sanguine suo. Vnde ait:
*Et vos mundi estis, sed non omnes: sciebat enim
quisnam esset, qui traderet eum.* Habes
tertio exemplum: *Scitis quid fecerim vobis,
&c. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus
& Magister. ita & vos faciatu.* Hæc omnia
diligenter contemplanda sunt.

De tertio, quod est Eucharistia. **Luc. Et Lucas
cum facta esset hora, discubuit, & duodecim,
&c. qui pro vobis fundetur.** Matth. **Cœnam. Mat.
tibus autem eis, &c. in regno Patris mei. Mar. 26.
Et manducantibus illis accepit Iesus pa. Mar.
nem, &c. nouum in Regno Dei.** Magna hic
mysteria continentur, nempe desiderium
Christi. *Desiderio desideravi, hoc Pascha
manducare vobiscum, antequam patiar.*
Charitatem, in exhibendo se in hoc Sa-
cramento Sacrificium, quod exercendum
tradidit Ecclesiæ. Commemorationem
sue Passionis in hoc Sacramento, & multa
huiusmodi. Vide quale præambulum
ponit suæ Passionis.

Hic ergo fit reuelatio traditionis, quam
Matth. & Marc. ponunt ante Eucharistiam:
Luc. vero post: vt notetur, quod inter can-
nandum facta fuit. Vnde **Psalmus: Dederunt
in escam meam fel. & in siti mea potauerunt
me aceto.** Sic amaricantes cœnam suam, vt
bi tanta erat dulcedo charitatis.

Reuelationem traditionis facit propter
tria. Primo vt credant. Vnde Ioannes post
illam: *A modo dico vobis, priusquam fiat, vt Ioh.
cum factum fuerit, credatis, quia ego sum.* Matth.
Secundo, vt contristando faceret partici-
pes suæ turbationis: *& contristati valde, Mar.
ceperunt singuli, &c.* Tertio, ad reuocandū
Iudam: *Va homini illi, per quem, &c. Bo. Mar.
num, &c.* De hac ergo reuelatione, **Mat. Et
edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia
vnus vestrum me traditurus est, &c. Tu di-
xisti Marcus. Discumbentibus eis, mandu-
cantibus ait Iesus. Amen dico vobis, &c. Na-
tus homo ille. Luc. Verumtamen, Ecco ma-
nus tradentis me, mecum est in mensa. Ioan.
Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritus, Ioh.
& protestatus est, & dixit: Amen, amen di-
co vobis, quia vnus ex vobis tradet me, &c.
Cum ergo accepisset ille buccellam, exiit
conti-**

continuo. Vbi habes tria. Primum, turbationem Christi in corde & in vultu, turbatus est Spiritu, & protestatus est, &c. Hanc habuit semper ex conuersione traditoris, sed illam tunc ostendit etiam exterius. Secundum, tristitiam Discipulorum. Et

Matth. 26. *Contristati valde*; dicit Matth. Marc. vero: *At illi ceperunt contristari*. Tertiū, inquisitionem, quisnam esset traditor. Vbi primo Ioan. *Aspiciebant ergo ad invicem Discipuli, habilitantes de quo diceret*, si forte ex mutatione vultus possent discernere. Secundo, Luc. *Et ipsi ceperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset*. Interrogabant enim, si forte quis sciret. Tertio, Matthæus & Marcus. *Dicebant: Nunquid ego sum Domine? at ipse respondens ait: Qui intingit mecum manū in paropsidi &c.*

Matth. 26. *Quarto respondens autem Iudas, qui tradidit eum dixit. Nunquid ego sum Rabbi? At ille. Tu dixisti.* Neque tamen per hoc alii Discipuli cognouerunt traditorem.

Ioh. 13. 23. *Quinto ergo Ioannes. Erat ergo recumbens unus ex Discipulis eius in sinu Iesu &c. Domine quis est? Ille est, cui ego intinxi panem, &c.* Hæc contemplare, & compariari.

Hanc reuelationem singularis casus Iudæ; sequitur reuelatio communis casus omnium, de quo Matthæus. *Tunc ait illis: Iesus. Omnes vos scandalum patiemini &c. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Marcus. Omnes scandalizabimini in me, in nomine ista, &c. Similiter autem & omnes dicebant. Lucas. Ait autem Dominus Simoni. Simon, ecce Satanas expetiuit vos, &c. at ille dixit eis, satis est. Ioannes. Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis? &c. donec ter me neget. Vbi primum, simplex reuelatio, scandalizabimini. Secundum, probatio per Prophetiam: *scriptum est enim: Percutiam passio-rem, & dispergentur oves.* Tertium, amplificatio: *Quando misi vos sine sacculo, & pera &c. Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladum.* Quartum, alia probatio: *Dico enim vobis, quoniam adhuc &c. Et cum iniquus reputatus est.* Cum sequente confessione. *Etenim ea, quæ sunt de me, sinem habent, id est**

complenda sunt prophetiæ de me factæ. Quintum, iactatio Petri: *Et si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam, &c. Tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire.* Sextum, repressio huius iactationis. *Amen dico tibi, quia antequam, &c. ter me negabis.* Septimum confortatio. *Cum surrexero, precedam vos in Galileam.* Considera dolorem CHRISTI præuidentis, se derelinquendum tali modo à suis carissimis.

In executione traditionis, habes primo 19 præmissam orationem. Secundo, ipsam traditionem. Præmittitur autem oratio propter tria: Primum est, quia traditio ipsa fuit immediatum, & intrinsecum principium Passionis, à quo tota pender. Ideo tanto negotio præmisit orationem, ut ei Pater assisteret. Secundum est, ut ostenderet Passionem animæ comitari Passionem corporis in summa tristitia. Tertium est, ut ex obedientia se hanc Passionem suscipere demonstraret. Oraturus ergo, primo vadit ad locum consuetum orationis. Vnde Matthæus & Marcus. *Et hymno dicto Matth. 26. exierunt in montem Oliveti. Tunc dixit illis 30. Iesus. Omnes vos scandalum patiemini, &c. Luc. 22. 39 Ex quo videtur, quod in itinere prædixit Mat. 26. 31 rit illis scandalum. Venit ergo in villam, Ioh. 18. 1. qua dicitur Gethsemani trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse, & discipuli eius.* Secundo, ubi peruenit ad locum, antequam oraret, quinque fecit. Primum, dixit Discipulis suis: *Sedete hic, Matth. 26. donec vadam, illuc. & orem. Matthæus & 36. Marcus. Secundum, Et assumit Petrum, & Marc. 14. Iacobum, & Ioannem secum. Tertium, 32. Matthæus. Caput contristari, & moestus esse. Matth. 26. Marc. Et caput pauere, & cadere. Quartum, 37. vterque, Et ait illis, tristis est anima mea Marc. 12. usque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate 33. mecum. Lucas. Orate, ne intretis in tentatio Luc. 22. 41 nem. Quintum, Matthæus & Marcus. Et cum processisset pusillum. Lucas. Et ipse auulsus est ab eo quantum iactus est lapidis. Vbi considera magnam Christi afflictionem, quam noluit ostendere omnibus discipulis, ne scandalizarentur, sed illis solum tribus, qui confirmati fuerunt in eius transfiguratione. Et attende quod hæc*

uisti-

tristitia semper afflixit eius cor, sed illam nunc ostendit, data occasione imminentis Passionis suae & mortis. Tertio, vide quod Christus nedom in corpore, sed etiam in corde, & hoc maxime passus est pro nobis. Quarto, vide quod subiecit se tadio, pauciori, & tristitia, quae est maxima humiliatio. Quinto, vide documentum datum nobis, de quo Iacobus. *Tristatur quis in vobis. oret*

Iacob. 5. 13.

20

Luc. 22. 41

Matth. 26. 39.

Mar. 14. 35

Luc. 22. 46

Marc. 14. 37.

Matth. 26. 40.

40.

Præmissio hoc præambulo orat. Vbi habes quatuor, & primo gestum corporis, quia genuflexit, inclinans faciem suam versus terram, in signum profundae humilitatis. Vnde Luc. *Ei positus genibus orabat.* Matth. *Procedit in faciem suam orans.* Mar. *Procidit super terram, & orabat.* Heu! vide Deum verum in terra prostratum, & orantem in maxima afflictione. Habes secundo: Quid petit: de quo Matth. *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Marc. *Orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora.* Et dixit: *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, sed non quod ego volo, sed quod tu.* Luc. *Pater si vis, transfer calicem istum à me, verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Tertio, in hac oratione habes modum, qui consistit in tribus. Primo, quod vere petit, non sicte, cupiebat enim secundum carnem. Secundo, in hoc, quod se remittit diuinae voluntati. Tertio, quod interruptit illam visitans discipulos. Vbi primo reprehendit omnes, dicens: *Quid dormitis? Secundo Petrum singulariter. Vnde Marc. & ait Petro-Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare mecum? & ad omnes Matthaeus Sic: non potuisti una hora vigilare mecum? Et Matthaeus & Marcus. Vigilate, & orate, ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Interrumpit autem illam bis: Vnde Matth. *Iterum secundo abiit & orauit; & venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati, & relictis iterum abiit, & orauit tertio.* Tertio, perseverantiam in eadem petitione vsque in finem, vt ait Matthaeus. *Et orauit tertio eundem sermonem, dicens. Idem & Marcus.*

Habes quarto, id quod refert Lucas, dicens: *Apparuit autem illi Angelus de caelo, confortans eum, & factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrens in terram.*

Vbi considera septem. Primum, quod orationes pure merentur diuinas visitationes. Secundum, quanta fuit humilitas Christi, qui voluit non a se, cum posset, sed à seruo suo confortari. Tertium, quanta eius tristitia, quae indiguit tali confortatione. Quartum, quod vere confortatus est, non apparenter tantum. Quintum, quod finis huius confortationis, non fuit lenimentum doloris, sed dilatio mortis, vt postferatias passionis, & Crucem ferre. Etenim eius tristitia fuit vsq; ad mortem exclusiue; ita quod si minimum gradum ultra processisset, illum necasset, quod ideo prohibuit ista confortatio. Sextum, quod hac apparitione confortatus, potuit prolixius orare, sicut fecit. Septimum, quod ista confortatio ita vigorauit eum, vt resistens voluntati carnis, non periret per talem violentiam, dum dixit: *Non mea voluntas sed tua fiat;* & ideo hac resistentia factus in agonia, id est pugna mentis & sensus, sanguine sudauit. Audiui à fide dignis, quod his temporis Viennae Austriae quidam pessimus facinorosus, audiens sententiam, qua condemnatus erat, vt torreretur in veru, emisit sudorem sanguineum in abundantia, ne putaretur ab aliquibus, quod iste sudor fuisset ei miraculo, sed naturaliter tanta tristitia causauit talem sudorem, ac tantum, vt decurreret vsque in terram. Ex quo ego traho, quod nudis genibus iaceret in terra, & ideo sanguis decurrit in terram, non super vestes, nisi forte dicas, quod tenens caput inclinatum, emitteret ex fronte sudorem immediate cadentem in terram. Ecce quantum anima peccatrix constitit Christo.

Post orationem, ipsa videlicet completa, venit primo ad discipulos suos, vt aiunt tres Euangelistae, & vt aiunt Matth. & Marc. dicit illis: *Dormite iam & requiescite,* inde (vt ait Marcus) sufficit: ac deum secundo vtunque; dixit: *Venit hora. Ecce filius hominis tradetur in manus*

p. cat.

peccatorum, surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est. Deinde Matthæus. Adhuc eo loquente, ecce Iudas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à Principibus Sacerdotum, &

Mar. 14. 43 Scribis; Ita Marc. & Luc. & Ioan Secundo.

Luc. 22. 47 venit ad inimicos, unde Ioannes subdit:

Ioh. 18. 4. Iesus itaque sciens omnia, &c. Non perdidit ex eis quemquam. Ita ergo habes aduentum Iudæ, & occursum Christi: in quo occursum Christus verbo iecit eos in terram, & iterum verbo subleuauit. Habes tertio modum, quo Iudas tradidit, de quo Marc.

Marc. 14. Dederat autem traditor eius signum eis, dicens; Quemcumque osculatus fuero, ipse est, &

Matth. 26. 49. tenete eum, & ducite eum, idem, & Matthæus. Rursus Matth. & confessum accedens ad Iesum, dixit; Ave Rabbi, & osculatus est eum, dixitque illi Iesus. Amice, ad quid venisti? Idem, Marc. Luc. vero, Et appropinquauit Iesu, ut oscularetur eum, Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo Filium hominis tradidisti? Quarto, habes comprehensionem, in qua primo est interrogatio discipulorum, de qua Lucas. Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine si percussimus in gladio? Habes postea comprehensionem, Matth. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Sic & Marc. Habes tertio percussione. Mat. & ecce unus ex his, &c. quia sic oportet fieri; sic Marc. Ioan. vero. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram; Erat autem nomen serui Malchus. Luc vero addit. Respondens autem Iesus, ait; Sinite usque huc, & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.

Luc. 22. 51. Habes quarto verba Christi. Luc. Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, &c. Et prestas tenebrarum. Sic Mat. & Marc. Habes quinto fugam discipulorum. Matth. & Marc. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.

Luc. 22. 52. Tandem habes completam traditionem, de qua Ioan. Cohors ergo, & Tribunus, & Ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum, &c. mori pro populo

Luc. 22. 53. Sed in itinere, sequebatur Iesum Simon Petrus, & alii discipulis, à longe tamen.

Tom. II. Bellintani.

Nam Luc. dicit. Petrus sequebatur eum, à Luc. 22. 55. longe, sic & Matth. Sed Marc. addit. Adole-scens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. Mar. 14. 15. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Ergo non tenuerunt Discipulos, nisi quia non sunt permisi; alioqui tenuissent, sicut hunc tenere voluerunt, qui tamen fugit, quia Christus torcular calcavit solus.

In hac traditione habes, quod ut Christus monstraret, se voluntarie dari in manus inimicorum. Primo, ipse tradidit se in Eucharistia Sacramento, etiam Iudæ. Secundo, reuelauit traditionem; imo dixit Iudæ. Quod facis, fac citius. Tertio, venit ad locum consuetum, quem Iudas nouerat. Quarto, orauit, & orans ostendit, hoc esse à Patre, & se libere voluntatem Patris facere. Quinto, prostravit Milites; & Iudæ secum, tunc enim fugere poterat, si voluisset. Sexto, dixit: An putas, quia non possum rogare Patrem, &c. Septimo, dixit: Ut impleverunt Scriptura. Et octauo dixit; quod hac erat hora, & potestas tenebrarum. Oblatus est ergo quia ipse voluit. Considera quantus amor Saluatoris, qui se pro nobis tradidit in manus peccatorum, & ex nimia humilitate voluit tradi per talem traditionem factam cum osculo, &c.

Secundum membrum est. Et condemnabunt eum morte. Vbi habes tria. Ipsam condemnationem, præcedentia illam, & sequentia.

Præcedentia sunt quinque. Et primum est præsentatio Christi ante Pontifices, de qua Ioan. Et adduxerunt eum ad Annam primū: Erat enim Socer Caipha, &c. Mori pro populo. Luc. Duxerunt ad domum Principis Sacerdotum. Matth. Vbi Scriba, & Senio res conuenerant. Secundum est interrogatio Pontificum. Ioan. Pontifex ergo interrogauit Iesum de Discipulis suis, &c. Si autem bene, quid me cadu? Matthæus vero. Princeps autem Sacerdotum, & omne concilium, &c. Rea dificare illud. Marcus. Summi vero Sacerdot. s, &c. Et non erat conuenientes testimonium illorum. Vbi aduerte, quod quia Christus dixerat. Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo. Ipsi conuersi sunt ad querens falsos. Tertium est silentium

Vuuu Christi.

Ioh. 18. 13. Luc. 22. 54. Matth. 26. 57. Ioh. 18. 19. Matth. 26. 59. Mac. 24. 55. Ioh. 18. 23.

Christi. Matth. Surgens Princeps Sacerdotū ait illi. Nihil respondes ad ea, quae isti aduersum te iustificauerunt? Iesus autē tacebat. Mar. Nihil respondit. Considera humilitatem, & prudentiam Christi: Nam iniquitas ipsa mentita est sibi. Hoc silentium est cōtra excusationem Adā, in qua loquendo peccauit. Quartū: Adiurationem Caiphā: Matth. Et Princeps Sacerdotū ait illi: Adiuuro te per Deum viuū, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei. Sic Marc. Quintū: Est responsio Christi. Mat. dicit illi Iesus; Tu dixisti. Mar. vero: Ego sum. Vterque: Veruntamen dico vobis: amodo videtis Filium hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus caeli. Vbi vides, quod non tacebat propter timorem mortis, sed ne videretur iactare se, dicens se Filium Dei; ideo expectauit adiurationē, in qua ostendit se reuereri nomē Dei. Sic capta hac occasione, vt illos cōuertat, minatur illis iudicium, in quo ipse veniet iudex, amplificans suā responsionem, in qua se Filium Dei fatetur.

Condēnatio sequitur. Mat. Tūc Princeps Sacerdotū seidit vestimenta sua, dicens. Blasphemaui, quid adhuc egemus tēstibus? Ecce nūc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondētes dixerunt: Reus est mortis. Mar. Sūmus autem Sacerdos, & c. Qui omnes condemnauerunt eum esse eum mortis.

Leuit. 7. 11. Hic vides, quare hostia imolabatur ad
 Jerem. 1. 14. latus altaris, quod respicit Aquilonē, à quo panditur omne malū, & per quē significatur aduersa; voluit quidē Deus imolari Filium suū à Pontificib. vt cognosceretur esse verū sacrificiū, sed ab Aquilione, nempe ab inimicis. Et cōsidera, quod Synagoga, quae tādū expectauerat Messiam, nunc illū eiecit extra vineam, & occidit illum. Vnde sunt rot querelae Christi per Prophetas contra populum & hereditatem suam.

Sequentia condemnationem. Mat. tunc expuerūt in facie eius, & c. Qui est qui repercutit: Mar. Et caeperunt quidā cōspuere, & c. Alapi eū cadebant. Luc. Et viri, qui tenebāt illū, illudēbāt ei, & c. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Vbi habes sex. Primo, Illusionem. Secundo, percussionem, Tertio, velum oculorū. Quarto, percussionem. Sexto, blasphemias dicentes: Pro-

phetiza, & c. Et alia multa blasphemauerunt. Hae deuote contemplare, & comparare.

Negationes Petri hic ponuntur à Mat. & Marc. Luc. vero & Ioanēs anteponunt. De quibus vide textum.

Quid refert Luc. Et vt factus est dies, conuenerūt seniores plebis, & c. ipsi enim audimus de ore eius: Potest dupliciter capi: primum, quod in mane conuenientes facerent illū ratificare, quae dixerat in nocte. Secundum, quod, quia Lucas non dixerat, quae in nocte euenerant, hic ad nouum conuentum ipsorum explicet, quod mihi magis probabile videtur ex more Euangelitarum.

TERTIA PARS.

Tertium membrū: Et tradent eum gen-
 tribus. Vbi plura: primum, conuentus eorū in mane. Mat. Mane autem factū, conuenerunt omnes Principes sacerdotū, & seniores populi, aduersus Iesum, vt eū morti traderent. Ita volentes executioni mandare eorū condemnationē, quam per Pilatū exequi voluerunt, vel quia ipsi non poterant simpliciter interficere quemquam, vt aiunt in Ioann. vel quia hoc nolebant fieri valde apparetur ad eius confusionē: vel quia per Crucem interficere non poterant, quod maxime expetebāt; vnde illae voces: Crucifige, crucifige. Secundū Mat. Et vitulum adduxerunt eū, & tradiderunt Pontio Pilato Praefidi. Mar. Et confestim mane conuenerunt omnes principes sacerdotū, & c. tradiderunt Pilato. Luc. Et surrogauerunt ei Iesum, & c. tradiderunt Pilato. Ioann. Adducunt ergo Iesum à Caipha in Pratorium; erat autem mane, & ipsi non introierunt in Pratorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha, id est azyma. Etenim secundum legem purificabantur in festis per ceremonias legis per conuersationem autem gentium, & alia huiusmodi, contaminabantur secundum legem. Tertium est, quod traditio ista habet pro fine crucifixionem, dicente Domino: Scitis quia post biduum, & c. tradetur, vt crucifigatur. Ideo considerandum est, quomodo tendit ad illam. Duo autē exprimuntur intermedia. Tradetur enim gentibus. (inquit) ad illud denudū, & flagellatū, & crucifigendum. Vnde in Luca: Traditur

Luc. 18. 32. *detur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum:* vt appereat connexio flagellationis ad Crucem; vnde illam cum Cruce coniungunt Matth. & Marc. ponentes eam post sententiam ad Crucem.

26. Hæc verò duo, illusio videlicet & flagellatio intermiscetur colloquio, in quo causa ista tractata est, quæ Cruce conclusa est. Actio autem ista continet principaliter illa duo, quæ processibus criminalibus communiter continentur, nempe offensionem & defensionem nam accusatur & impetitur Christus à Iudæis ex vna parte;

Mat. 27. 4. & ex alia iustificatur. Primum à Traditore: *Peccaui, tradens sanguinem iustum.*

Mat. 27. 19. Ab vxore Pilati: *Nihil tibi est iusto illi, & demum à Pilato.*

Offensio stat in duobus, videlicet in accusationibus & in postulationibus. De primis Marc. *Et accusabant eum summi Sacerdotes in multis.* De secundis Lucas: *At illi instabant vocibus magis, postulantes, vt crucifigeretur.* Defensio stat patiter in duobus. Nam accusationes purgantur, & postulationes repelluntur.

Incipitur à postulatione, quæ supponitur ex eo, quod *Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem, &c.* Vbi habes repulsam suæ petitionis & præterfensionis. Hic pone quod prætendebant crucifigere. Nam lex quoque per mortem intelligit Crucem: *Quando peccauerit homo, quod morte plestendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno: sed in eadem die sepelietur.*

Deut. 21. Proceditur postea per accusationes. Lucas: *Hunc inuenimus, &c.* purgatur accusatio Regni, per hoc, quod refert Ioannes: *Tu es Rex Iudæorum? à temetipso, &c.* Ideo Iudex: *Nullam inuenio in eo causam.*

Luc. 23. 2. Sic & Lucas. Iterum accusatio: *At illi inualescebant dicentes: Commouet populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa, vsque huc.* Purgatur per hoc, quod mittitur ad Herodem. Vbi nihil dignum morte actum est ei, quamvis ibi constanter accusent eum. Vnde Lucas: *Stabant autem, &c.*

Luc. 23. 6. *Yuuu 2*

constanter accusantes. Et per hoc quod ait Pilatus: *Obtulisti mihi hunc hominẽ, quasi auertentẽ populum; & ecce ego coram vobis interrogas, nullam causam inuenio in homine isto, ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes, nam, &c. actum est ei.*

Accusationes alias referunt Matthæus & Marcus. Nam Marcus ait: *Et accusabat eum summi Sacerdotes in multis* Purgantur silentio, quia non probabantur, & per se ipsi apparebant falsæ. Vnde Psalmus: *In surrexerunt in me testes iniqui; & mentita est iniquitas sibi* Ideo Matth. *Et cõ accusaretur à Principibus sacerdotũ, & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduersum te dicunt testimonia. Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Preses vehementer.*

Purgatis accusationibus Pilatus conatur liberare. Primum per optionem proposito Barabba. Vbi secunda postulatio, dixerunt: *Barabbam. Dicit Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? &c.*

Dixerunt omnes: *Crucifigatur. Ait illis Praeses: Quid enim malifecit? at illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.* Secundò verbis: *Iterum Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum: At illi succlamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim malifecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo illum: & dimittam.* Vbi habes tertiam postulationem. Nam instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur. Tertio, per flagella & ostensionem: *Eccce Homo, &c.* Vbi quarta postulatio: *Cũ ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.*

Istæ postulationes, cum multæ & variæ videantur diuersis occasionibus, ponuntur ab Euangelistis Matth. & Marc. post petitionem Barabbae. Lucas post eandem petitionem, & postquam locutus est eis, volens dimittere Iesum. Ioannes autem post ostensionem, ac deinde, quando adduxit Iesum foras, vt condemnaret, & dixit: *Eccce Rex vester: clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum.* Et probabile est, quod forte eandem intendant Euangelistæ, simul eas coaceruantes.

Yuuu 2

Quar.

Luc. 23. 14.

Marc. 15. 3.

Psal. 26. 12.

Mat. 27. 12.

Mat. 27.

Mat. 27.

Luc. 23. 20.

Ioh. 19. 6.

28. Quartum membrum fuit flagellatio, quam factam exprimunt Matth & Marc. Ioan. ista occasione conatus Pilati, nempe ut molliret corda Iudæorum. Ideo enim flagellatum ostendit dicens: *Ecce adduco, &c. ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam*; & ut sic videretur iustitiæ satisfecisse, si in aliquo deliquisset. Ideo Luc: *Emendatum dimittam; nullam causam mortis inueni* Mortis dicit non absolutæ: *Corripiam ergo illum, & dimittam.* Matth. & Marc. scribunt, illum post sententiã, quasi inter poenas crucis numerantes. Vnde Matth. *Iesum flagellatum tradidit ei, ut crucifigeretur.* Marc: *Et tradidit Iesum flagellu casum, ut crucifigeretur.*

Matth. 27.
26.
Marc. 15.
15.

De hac flagellatione fac deuotam contemplationem; quomodo innocens Iesus expoliatur proprijs vestimentis; quomodo virgineum illud corpus formatu à Spiritu Sancto apparet nudum; quomodo crudeliter ligatur ad columnam; quomodo atrociter flagellatur à pluribus sibi succedentibus; quomodo per flagella lacerentur carnes, discooperiantur ossa & interiora, & abundanter effunditur sanguis ille pretiosus, quo redempti sumus, ut merito diceret Propheta: *Non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus (& desiderauimus eum) despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus: unde nec reputauimus eum. Verò languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Contemplare quomodo sanguis colorabat flagella, saltabat per aërem, cadebat in terra, & in vestimentis flagellantium: contemplare crudelitatem ipsorum, dolorem; & constantiã Christi, compassionem amicorum, & maximè Matris. Nam flagellatio fuit extra Prætorium in foro ad aliquam columnam publicam, sustinentem fortè palatium. Contemplare quomodo Christus has percussiones & dolores sigillatim offerebat Patri pro peccatis tuis:

Isa. 53. 2.

Non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus (& desiderauimus eum) despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus: unde nec reputauimus eum. Verò languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Contemplare quomodo sanguis colorabat flagella, saltabat per aërem, cadebat in terra, & in vestimentis flagellantium: contemplare crudelitatem ipsorum, dolorem; & constantiã Christi, compassionem amicorum, & maximè Matris. Nam flagellatio fuit extra Prætorium in foro ad aliquam columnam publicam, sustinentem fortè palatium. Contemplare quomodo Christus has percussiones & dolores sigillatim offerebat Patri pro peccatis tuis:

Ecce decorticatio hostiæ comburendæ in altari.

Quintum membrum: *Et illudent ei Illusio insignior fuit post flagellatiõem; sed pluries etiam antè illusio fuit; puta quando apprehenderunt eum in orto; quando velabant faciẽ eius in domo Caiaphæ post condemnationem, vbi etiam conspuerunt eum. Sed hanc tertiam explicant Euangelistæ distinctè Et quando spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illudit indutum veste alba, circa quam factuam contemplationem. Vnde Matth. Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum in Prætorium, &c. percutiebant caput eius. Marc. Milites autem duxerunt eum in atriu Prætorij, & conuocant totam cohortem, &c. adorabant eum. Ioan. Et milites placentes coronam de spinis, &c. & dicit eis: Ecce homo.* Circa istam illusionem & ostensionem factuam contemplationem, ut libet, inducens ad cõpatiendum, quando Iudæi magis incrudescerant clamantes: *Crucifige, crucifige, &c.* Et sic, conclude istam partem.

TERTIA PARS,

Sextum membrum: *Postquam flagellatus fuerint, occidit.* Ista pars deuote contemplanda est. Vbi primum attende quod cætera omnia, quæ præcesserunt, fuerunt quædam præambula ad crucem, & quædam illius ornamenta. Tanta enim ac talis mors in cruce, debuit habere suas circumstantias, quæ illi conueniunt, conuenientes videlicet & poenas & innocentiam suam, & charitatẽ: quæ tria maximè in cruce fulserunt. Et quoniã ipsa crux mortem continet, illa præcedere crucem necesse fuit.

Ista autè crucifixio habet tria. Primum sententiam. Secundum iter ad locum supplicij, videlicet Caluarium. Tertium ipsum supplicium.

Sententiam præcedunt duo. Conatus adhuc Pilati, & Reatus; quæ simul vadunt. Peccat quidem cedens impietati & importunitati Iudæorum: qui cum vidissent illum resistentem rationibus, passionibus obruerunt, dicentes: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: omnis enim, qui se Regem*

Regem facit, contradicit *Caesari*. Cedit ergo: Vnde Ioan: *Cum audisset hos sermones, eduxit Iesum foras, &c. tribunali*. Conatur: *Eccè Rex vester*. Clamant illi: *Tolle, tolle, crucifige eum*. Iterum conatur: *Regem vestrum crucifigam?* Rursus illi: *Non habemus Regem nisi *Caesarem**. Hinc Matth: *Videns autem, quia nihil proficeret, &c. à sanguine iusti huius*. Vbi simul cedit & conatur. Et illi: *Sanguis, &c. Filios nostros*. Sic disponente Deo, vt apertè totus populus renunciaret Christo Messia & Deo. Vnde Daniel: *O cideatur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est*. Et Osee: *Dicent: Non est Rex nobis*. Non enim timemus Dominum, & Rex quid faciet nobis? Heu misera synagoga, quæ suum Regem ita pertinaciter abiicit, bonum & salutem suam conuertens in ruinam & exterminium. Vide in quantum profundum venit peccator, vt salutem contemnat. Dices & tu Christiane.

Matth. 9. 26

Matth. 10. 3

Matth. 27

Matth. 15

Luc. 23. 14

Matth. 27

Matth. 15

Matth. 10

Matth. 19. 17

Matth. 19. 17

In sententia habes primò liberationem Barabbæ. Vnde Matth: *Tunc dimisit illis Barabbam*. Secundò, rationem huius liberationis. Marc: *Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum, flagellatus, ut crucifigeretur*. Tertiò: Ipsam sententiam, de qua Luc: *Et Pilatus adiudicanti fieri petitionem eorum*. Vide quam sententiam: iudicauit enim, vt deberet fieri, quod petebant. Quartò: Executionem de qua Luc: *Iesum verò tradidit voluntati eorum*. Vide quomodo Euangelista expressit iniquitatem Iudicis, qui in iudicando & exequendo, condescendit voluntati aduersariorum.

In hac executione habes, quod dicunt Matth & Marc. videlicet, quod *exuerunt eum clamys, & induerunt eum vestimentis eius*. Et quod dicit Ioan: *Et baiulans sibi crucem: ita quod imposuerunt illi propriam crucem portare*. Habes deinde, quod dicunt omnes. Io: *Susciperunt autem Iesum, & eduxerunt*. Marc: *Et eduxerunt illum, ut crucifigerent eum*. Idem Matth.

Secundum. In itinere hæc eueniunt. Primò Matth: *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cirenæum nomine Simonem, hunc*

angariauerunt, ut tolleret crucem eius.

Marc: *Et angariauerunt prateruentem quempiam Simonem Cirenæum, venientem de Villa, Patrem Alexandri, & Rufi, ut tolleret crucem eius*. Luc: *Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam venientem de villa, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum*. Hic contemperate quòd Dominus Iesus ob lassitudinem non poterat ultra progredi, & idè non compatientes, sed vt festinantius crucifigerent, subleuauerunt eum. Vide ad quantam depressionem descendit Deus tuus, anima, quæ nunquam peccare cellas. Secundò Luc: *Sequebatur autem illum multa turba populi, &c. in arido quid fiet*. Vbi habes primò multitudinem populi sequentis, secundò plures mulieres plagentes super eum, tertio mirabilem constantiam Christi, per quam magis compatitur mulieribus & ciuitati, quam sibi. Idè conuersus ad illas dixit: *Filie Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros*. Explicans autem quare propter se ipsas flere debeant, addit: *Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beata, &c. operite nos*. Et rationem tantæ ruinæ illis imminentis subdit dicens: *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* videlicet, si ignis tribulationis ad eum exarscit in viridi ligno, in arido quid fiet? Lignum viride non est aptum combustioni propter humiditatem: sic Christo non debebatur mors propter innocentiam: Aridum est dispositum propter siccitatem: sic populus ille dispositus erat ad ruinam, quia aridus sine gratia Dei, propter scelera multa.

Contemplemur hic dolorem etiam mulierum deuotarum, sed potissimum matris insequentis, quia & ipsa postea stabat ante Crucem. Quis exprimat quantus dolor Virginis? Contemplemur etiam deuotionem Veronicæ, quæ abstergens vultum eius linteo diues facta fuit imagine Christi expressa in ipso linteo. Contemplemur quoque quòd hic ceciderit Christus, non valens ultra progredi, & quod appropinquans matri, amplexatus sit illam, & huiusmodi.

Vuuu 3

Tertiò:

35 Tertiò: Lucas. *Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.* Hoc factum est ad maiorem confusionem Christi, quam expressit Propheta dicens: *Isai. 53. 12. Et cum sceleratis deputatus est: quod & Christus expressit discipulis.* Quarto Mat. *Luc. 22. 37. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluaria locus.* Marc. *Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum Caluaria locus.*

36 Tertium. In supplicio, id est in crucifixione habes multa. Primum expoliatio, quia sic mos erat: vnde & milites diuiserunt vestimenta eius. Considera dolorem in abstractione vestium à corpore, cui ob sanguinem erant iam coniuncta. Considera nuditatem Agni immaculati. Considera paupertatem, qua nihil habuit huius mundi. Habemus tamen, quòd datum sit ei velum, quo præinctus est, ut mulieres absq; verecundia possent illum aspicere. Secundum Matth. *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum, & cum gustasset, noluit bibere.* Marc. *Et dabant ei bibere mirrhatum vinum, & non accepit.* Dabatur damnatis vinum ad confortandum, & potissimum mirrhinum vinum, ut magis confortaret, sed isti pessimi miscuerunt illud cum felle. Gustavit, primò ut amaricaret os & guttur, & ut nolens bibere, putaretur reculare propter amaritudinē non accepit, quia nec voluit confortari, nec voluit quod vinum peteret caput, vel putaretur petiisse caput, ne putarentur verba, quæ dicturus erat in cruce, à mente possessa à vino procedere, ita accepit amaritudinem, sed non vigorem. Tertiò: *Crucifixerunt eum.* Luc. *Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum, & latrones unum à dextris, & alterum à sinistris.* Cōtemplare dolorem in affigendo illum cum clavis Crucis; dolorem (inquam) in manibus, & in pedibus. Hic opus est deuotione magis quam narratione, &c.

Hic potes complere sermonem demonstrando figuram Crucifixi cum deuotione, & contemplatione, ut moris est.

37 Ad completam narrationem Passionis possunt vterius plura considerari, expressa in Euangelio. Primum est Ioan. *Scriptis*

autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum: *Jesus Nazarenus Rex Iudaorum, &c.* quod scripsi, scripsi. Secundum est: *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, &c.* miserunt sortem Marc. *Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.* Ioh. *Milites ergò cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam: erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. &c.* hæc fuerunt.

Tertium est primum verbum Christi. *Luc. Iesus autem dicebat: Pater dimittit illi, non enim sciunt, quid faciant.*

Quartum. Luc. *Et stabat populus sperans, & deridebant eum Principes cum eis dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus.* Irritò illa facta est primò ab his, qui stabant ante crucem. Secundò à prætorentibus. Marc. *Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, &c.* quia Filius Dei sum. Marc. *Et prætereuntes blasphemabant eum, &c.* ut videamus, & credamus. Tertiò à Militibus: Luc. *Illudebant autem ei, & milites, accedentes, & acetum offerrent ei, & dicentes: Si tu es Rex Iudaorum, saluum te fac.* Quarto à latronibus: Matth. *Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo improperebant ei.* Marc. *Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.* Luc. *Vnus autem de iis, qui pendebant, latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos, responde autem alter, &c.* Hodie mecum eris in Paradiso. Putant aliqui quòd simul duo latrones blasphemarent, sed alter tandem respicerit, sed vnus sufficit ad verificandum quod dicit Marth. *Idipsum autem & latrones ex consueto more loquendi. Bonus ergò latro primò reprehendit socium, dicens: Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, videlicet blasphemantium Christum.* Secundò, testatur iustitiam in ipsos factam: *Et nos quidem iusto, nam digna factus recipimus.* Tertiò: *Excusauit Christum: Hic vero nihil mali gessit.* Quarto orat.

rd orauit; & dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, dum veneris in Regnum tuum.

39 Et sic habetur secundum verbum, & dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. O bone Deus in Cruce fit sermo de Paradiso, & fit ad latronem poenitentem, cui promittitur societas in gloria cum Christo, & ita iam innuitur fructus Crucis.

40 Quintum. Stabant autem iuxta Crucem Iesu Mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum eius stantem, quem diligebat, dixit matri suae: Mulier ecce filius tuus: Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua; & ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Ita habemus tertium verbum Christi in Cruce, ubi prouidet custodem Matri, tanquam bonus filius; exaltat Ioannem ad filiationem adoptiuam Matris suae, & ita ad fraternitatem cum Christo, simulque facit illum familiarem Matri. Vnde accepit eam in suam, id est in custodiam.

41 Sextum. Continet quartum verbum Ioan. Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dixit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum: illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Istud verbum plenum est mysterio. Sitio, quidem corporaliter, sed cur de siti lamentatur, non de aliis poenis? quia sub hac siti corporali significabat sitim spirituale, qua adhuc desiderabat pati: hoc petit expressisse. Sciebat enim sibi paratum acetum, quod asperum est, & facit dolorem plagarum intensiorem: & ideo dixit. Sitio. ut & hoc pateretur. Voluit simul & scripturam impleri: Dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerunt me aceto. Fel (inquam) mixtum vino ante crucem, quasi cibum confortantem; acetum vero in cruce, quasi potum refrigerantem, per quae duo intelligitur tota Passio sub figura mensae, in qua omnes cibi amari. Ideo in Psal. contra ponit: Fias mensa eorum, coram ipsis in laqueum, & in retributionem, &c. Sic mensam mensae opponens.

42 Septimum, Matth. A sexta autem hora

tenebrae factae sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam. Idem Marc. Luc. verò: Erat autem fere hora sexta, & tenebrae factae sunt in uniuersam terram usque in horam nonam: & obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium. Ecce caeli demonstrantes se compati Factori suo.

43 Octauum, Matth. Es circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens: Heli, Helilamma sabbathani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Marc. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Heli, Helolamma, &c. Matth. Quidam autem illic stantes & audientes dicebant: Heliam vocat iste. Hi non erant Gentiles non intelligentes Hebraicam vocem.

Hic habes quintum verbum, in quo ad modum lamentationis more Prophetarum, maxime Psalmorum ostendit magnitudinem suae passionis, in qua nullum habuit vnquam refrigerium, sed pater ita fiducialiter agit in eo, ut in nullo parceret illi. Vnde ipse etiā in Propheta dicit: In me transierunt ira tua, & terrores tui conturbauerunt me. Hoc notatur per derelictionem, qua sic dereliquit, ut nunquam subleuaret a poenis, quas possibile esset ipsum pati.

44 Nonum, Matth. Et continuo currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere, ceteri vero dicebant: Sine videamus, an veniat Helias, liberans eum. Mar. Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite videamus, si veniat Helias ad deponendum eum. Tribus vicibus videmus acetum illi oblatum. Primo, ut dicit Luc. quando milites illud ebant ei, acetum offerentes. Secundo, quando ad vocem eius, Sitio, dederunt ei acetum. & Tertio nunc. Vnde dubium est, si pluries datum est ei acetum. erederem tamen vna vice tantum, quam sub diuersis occasionibus narrat Euangelista. Erant autem duae potiones distinctae, vini, & aceti. Primam respuit, vnde Marc. Et non accepit. Hanc accepit, vnde Ioan. Cum ergo accepisset Iesus acetum. Primam respuit propter dictas causas, hanc accepit ad augendum dolorem, & ne putaretur, quod primam respuisset tanquam amaram. Deci-

- Decimum. Ioann. *Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est.*
- 45 Hoc est sextum verbum, in quo Christus demonstravit impleta esse, quæ de illo dicta erant, & quod consummasset opus, quod dederat ei Pater ad perficiendum, & ita factam esse copiosam redemptionem, ita ut nihil omnino omittum esset.
- 46 Undecimum. Est septimum verbum: *Et clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hac dicens expiravit* Matth. *Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum.* Dicit iterum, quia voce magna dixerat. Heli, Heli, ita quod bis clamavit voce magna. Idem Marc. Qui se dixerat Filium Dei, dum viueret, perseueravit, & hoc dicere in Cruce, quod notauit Luc. Qui ponit primum, & vltimum verbum, & in primo dicit Christus. *Pater dimitte illi: & in vltimo: Pater in manus tuas.* Per istam commendationem sui Spiritus, sic se humilians, restitit superbiae Satanæ illum impugnantis in calcaneo vitæ suæ, id est in extremo.
- Luc. 4. 13. *Vnde Luc. Et consummata omni tentatione, Diabolus recessit ab illo, usque ad tempus.* Hoc igitur est tempus illud. Plurimis de causis debebat Pater sumere Spiritum Christi in manibus suis, sed & hanc voluit Christus addere, ut completa omni obedientia, per hanc humilitatem mereretur suscipi, & per hanc resistere Diabolo.
- 47 Dicit autem Ioannes, quod inclinato capite emisit Spiritum; quæ capitis inclinatio, sicut fuit effectus mortis, sic fuit signum obedientiæ.
- 48 Duodecimum, est commotio creaturarum ex hac morte: Et primò insensibilem. Matth. *Et ecce velum Templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum, & terra mota est, & petra scissæ sunt, & monumenta aperta sunt.* Secundò, rationalium. Luc. *Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculū istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.* Matth. *Centurio au-*

tem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso tremore, & his quæ fiebant, timerunt valde, dicentes: Verè Filius Dei erat iste. Luc. & Matth. Attribuunt conuersionem centurionis & turbæ, signis illis & tremorui. Marc. Autem dicit: *Videns autem centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset: ait: Verè hic homo, Filius Dei erat.* Vna ergò fuit ista causa, quæ clamare in Spiritus emissionem, non est naturalis. Aliæ causæ sunt ex ipsis signis, & per has percutientes pectora sua, reuertebantur.

Sed nos quot & quantas causas habemus percutiendi pectora nostra, & reuertendi; quòd Christus tanta sit passus pro nobis; quòd elementa compatiantur; quòd ingrati simus tanto beneficio; quòd illud pro nihilo perdamus; quòd non simus socii Passionum Christi; & infinita huiusmodi, quæ deberemus recogitare? *Recogitate ergo eum, qui salutem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes, nondum enim usque ad sanguinem resististis aduersus peccatum repugnantes.* Hic Paulus: *Et si Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam possumus est: exeamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portant; & per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum laborum confitentium nomini eius qui uiuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.*

IN SOLEMNISSIMO
FESTO PA-
SCHÆ.
CONCIO PRIMÆ.

Maria stabat ad monumentum
foris, usque, quia vidi Domi-
num, & dixit mihi.

IOAN. 20 IO.

ARGUMENTVM.

Exemplo Mariæ Magdalene docetur, perseverantem coronari. Confertur hæc Resurrectio cum Arca, que fuit in Iordane. Ad Christum sequendum invitatur, Imitatione. Ostenditur, in hac vita permanendum in vita Gratiæ, si qui in alia prætentunt vitam gloriæ, & ad id variis de causis efficaciter hortamur.

quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tuâ patientiam habe. Crede Deo, & recuperabis te. Serua timorem illius, & in illo veterasce. Qui enim aduersa sustinens, dicit: *Expectans Psal. 39. 1. expectaui Dominum* (hoc est enim sustinere sustentationes Dei.) Ita illi adharens, vt ab eo illum non separet tribulatio, angustia, fames, nuditas, periculum, persecutio. Ille recuperabitur ab eo, & crescet in nouissimo vita eius: sicut Dominus Iesus recuperatus est; & admirabile vitæ suæ accepit augmentum, transiens ex hoc mundo ad Patrem, ex loco humili ad incomprehensibilem altitudinem, vbi exaltatus sedet ad dexteram Dei Patris. Hoc itaque mysterium deuotè contemplerur, vt in nobis promissio illa Domini impleatur: *Iterum videbo vos* (nempe in Resurrectione) *& gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.*

Ioan. 16. 22

Primus punctus. Matth. 24. 13.

Maria se nobis offert prima, dicente sanctissimo Euangelista. *Maria stabat ad monumentum foris plorans.* Id vna proponens, quod huic Resurrectionis mysterio optimè quadrat, nempe, quod, Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Christus, qui vsque ab ineunte sua Incarnatione vsque ad Crucem laborauit, si ab ea agitatus a Iudeis tunc descendisset, opus illi commissum non perfecisset; non ad Sabbathum pertinisset requietionis; *Matt. 20.* non, vt prædixerat, die tertia à mortuis resurrexisset, non iam in gloria Patris sui diuinius suis appareret. *Stetit & mensus est, Hab. 3. 6.* *& emensus terram omnem sua operosissima functionis: Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi, & incuruati sunt colles mundi ab irineribus æternitatis eius.* Stetit (inquam) in via peccatorum, non ambulans cum eis, nec eorum cedens consilio, qui dicebant. *Descendat nunc de Cruce, & credemus ei.* Stetit, persistit, constetit in incepto, donec cursum metiretur omnem suorum laborum; totaque esset excursa vita, quam agere in terra decreuerat, vt iustus erat. Hæc est terra ab illo emensa; quo facta, iam non illi laborandum, vt hæreditatem capiat omnium gentium. Solo intuitu, possessionem recepit.

Matt. 27. 42.

Xxx omnes

LETISSIMUM, atque celeberrimum Dominicæ Resurrectionis mysterium ita primum replet nos gaudio, Christi gloriam nobis manifestans, vt simul deinde nos ad ea prouocet, quæ ampliori gaudio & dignos nos reddant & aptos. Quis enim non gaudeat Christum videns, qui pro nobis tanta passus est, iam gloria & honore coronatum? Iam oleo lætitiæ excellentissimè perfusum atque plenissimè? Iam de manibus impiorum creptum & de manu inferi, opere completo, quod dederat illi Pater, vt faceret, lætanter atque glorianter reuerti in domum Patris sui, cum magna substantia, quam suis sudoribus atque laboribus acquisiuit, maximaque ac nobilissima familia electorum, quos vehementissimis genuit doloribus parturientium? Quis rursus ad colendam virtutem non animeretur, atque ad fortiter in ea durandum, videns bonorum laborum gloriosum fructum, sanctorum dolorum copiosam mercedem, & animi Deo obtemperantis ineffabilem retributionem? Quæ, vt ea consideramus, Christum excellentissimè præstitisse, nos quoque prompto animo illum deuotè imitantes, feruenter fuerimus amplexati, vino nouo, quod lætificat cor hominis, madidi exultabimus, & delectabimur in salutari Dei nostri, lætitia inenarrabili, & glorificanda in caelis; Veluti si in aures nostras insonantem Sapientem continè audiamus: *Fili sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Omne*

Tom. II, Belliniani.

- omnes terminos terra. Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes sæculi, & incuruati sunt illi colles mundi: quoniã
- Psal. 71. 11.** adorauerunt eum omnes Reges terra, & omnes gentes illius seruituti se tradiderunt: Ab iueneribus æternitatis eius, vi videlicet gressuum eius, qui æterni, perpetui, permanentes, perseverantes, perdurantes fuerunt vsque in finem, virtute perpetuæ charitatis, qua dilexit nos vsque in finem, memor in sæculum Testamenti sui noui, &
- Ioan. 20. 1.** æterni, quod mandauit in mille generationes. Bene ergo Maria, postquam venit ad monumentum, & non inuento corpore, id nuntiavit Discipulis, postquam & illi putantes sublatum esse, abierunt ad semet ipsos, *stabat ipsa ad monumentum foris plorans.* Stabat ipsa ad monumentum, & recedentibus Discipulis ipsa non recedebat.
- Ioan. 20. 9.** Magni illi Apostoli Petrus, & Ioannes lustrato monumento, credentes sublatum corpus Iesu reuersi sunt in Ciuitatem. Mulier ista fortis, cuius procul est & de vltimis finibus pretium magnum, stat firma, firmiter perseverat, perseveranter quatit, donec inueniat, quem diligebat anima sua. Hæc, in Resurrectione Domini, quæ fructus est perseverantiæ, nos docet perseverantiam.
- 3** Hanc enim vnam nominat Ioannes tanquam magistrã perseverantiæ, quamuis non sola esset ad monumentum. Cumque
- Marc. 16. 1** dicat Marcus, quod *Maria Magdalena & Maria Iacobi, & Salome, valde mane vnã Sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam sole.* Non sola vidit deesse corpus Domini; nam Lucas de eisdem ait: *Et ingressæ, non inuenerunt corpus Domini.* Non sola vidit Angelos, subit ingente de eisdem mulieribus eodem Euangelista Luca: *Et ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti.* Non sola nuntiavit Discipulis quæ vidit, & audiuit, dicente Luca: *Et regressæ à monumento, nuntiauerunt hac omnia illis undecim, & ceteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cetera, quæ cum eis erant,*
- Matt. 28. 9** *quæ dicebant ad Apostolos hæc.* Neque sola vidit Dominum, cum de aliis quoque dicit sanctus Matthæus: *Ecce Iesus occurrit illis, dicens: Aucta. Illa autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.* Sola nobis est, vt magistrã huius virtutis perseverantiæ proponat, vt quæ ardentior Christum quaesierit, cæterisque fuerit veluti dux & exemplum, videns se pulchrum, Angelos audiens, Discipulis nuntians. Non enim sine causa scribit sanctus Marcus: *At illa excurrentes fugerunt de monumento, inuaserat enim eas tremor, & paor; & nemini quidquam dixerunt: timebant enim.* Multæ enim erant mulieres istæ, quibus omnibus ab Euangelistis Maria ista præponitur. Quam Angeli singulariter alloquuntur, quam Christus vltimæ singulariter, & propterea Ioannes illam solam nominat. Neque Euangelistarum asserit quisquam cæteras fuisse cum illa, quando *conuersa vidit Iesum stantem.* Et dixit ei Iesus, *Mulier quid ploras? Quapropter neque plorantem illam, vel cum illa cæteras plorantes narrat Euangelistæ. Sola plorat, prima quatit, singulariter ab Angelis audit. Mulier quid ploras? Vna ipsa respondit. Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Vnam alloquitur Christus. *Mulier quid ploras? quem quatit? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei. Domine, si tu sustulisti eum, Dico tibi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* Et non est exploratissimum ad eam solam Dominum dulce illud verbum dixisse. *Maria? Vnde & sola dixit. Rabboni Sola tangere aggressa est, sola iussa est. Vade ad fratres meos, & dicit. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Ergo & de illa sola verum est. *Venit Maria Magdalene annuntians Discipulis. Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.* Dixerint cætera, & ipsa cum illis, quod Angelos viderint, & sic loqueres audierint. Hæc denuntiat. *Quia vidi Dominum. Et hæc dixit mihi.* Propterea solã hanc Ioanēs commemorat. Cur enim & Marcus, qui aliarum quoque meminit, narrans quid illis dixerint Angeli; de hac sola tandẽ scribit: *Surgens autem mane prima Sabbathi apparuit primò Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septẽ demonia. Illa vadẽs nuntiavit his, qui cū eo fuerant, lugentibus & stentibus.* Et illa

illi audientes quia viueret. & visus esse ab ea non crediderunt. Ista ergo in primis proponitur, vt quæ ardentè amauit, diligenter quæsiuit, perseueranter requisit, lætè asperit, fideliter annuntiauit, vt effectus aptissimus Dominica Resurrectionis, quæ durare nos docet, & rebus nos feruare secundis: quando Deus absterget omnem lacrymam ab oculis nostris, & tunc non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quoniam prima abierunt secundis superuenientibus.

Arca dum stetit in medio Iordanis flumine, populo viam fecit, vt iret in terram promissionis, & in ciuitates habitationis. Transgressi tamen, non inde recesserunt, donec ascendente etiam Arca ipsa populum præcedebat. Primus Christus infixus est in limo profundi, pertransiens aquam intolerabilem, quoniam Deus Pater dedit eum in captiōnem dentibus hostium suorum, exurgentium in eum, & viuū deglutire molientium. Nobis hoc pacto munita est via, vt securi transeamus inundantes aquas tribulationum, laborum, persecutionum. Nihil est quod vltra timeamus. Timeant, qui tribulant: quoniam operuit aqua tribulantes nos. Latentur tribulati. *Iustum est enim apud Deum retribuere tribulationem iis, qui vos tribulant; vobis autē qui tribulamini, requiem nobiscū.* Hoc nos docet Arca testamenti, quin magis Mediator ipse noui testamenti: præcessit ipse nos, & falsa est Iudæa sanctificatio Dei, dum Tribus Iudæ, ex qua ortus est Dominus noster, prima inter medium aquarum sicco perrexit vestigio, & Dominus Iesus ascendens in Ierusalem, vbi tradendus erat atq; crucifigendus, præcedebat discipulos suos. Ipse lagenam aquæ baiulans est, de quo in figura dicebar: *Sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicite: Tempus meum prope est: apud te facio Pascha cum discipulis meis.* Aquam portantem sequi iubemur, vt sciamus quod facit Pascha, in quo Agnus immolatur, non solus, sed cum discipulis eius, vt immolato Agno ipso Dei, qui tollit peccata mundi, & ipsi tanquam Agni mittantur in medio luporum, sequentes vestigia Christi, qui passus est pro nobis,

nobis nihilominus relinquens exemplum, vt tollentes Crucem nostram illum ipsum sequamur Crucifixum. Ascendit demum *Ios. 4. 11.* de aqua, & ante populum ambulabat, resurrexit enim propter iustificationem nostram: vt quemadmodum ipse surrexit à *Rom. 4. 25.* mortuis per gloriam Patris; ita & nos in *6. 4.* nouitate vitæ ambulemus sectatores bonorum operum. Prima Arca intrauit in *Ios. 3. 15.* flumen, vltima de illo exiuit. Patimur nos *4. 11.* post Christum, vt non nisi vt Christiani Christi Discipuli patiamur, Christi Passionibus communicemur. Nos ante illum, quoniam momentaneum, & leue est tempus, & pondus tribulationis nostræ. Torcular calcavit ipsum, & pressuram habuit intolerabilem; & quoniam præcessurum erat, vt abiret ad parandum in cælis nobis locum, sua Passione nostras omnes comprehendit, & circumplexus est; vt totus effundendus sanguis suorum electorum esset sanguis Agni, vt quascunque persecutiones & labores quoscunque subitura esset Ecclesia, Christus in se ipso primus sustinisset, vt etiam propter hoc Saulo dicere posset: *Saule, quid me persequeris?* Non à fluuio recessit populus; sed arcam ibidem expectauit ascendentē, vt eam præcedentem sequeretur; nec tu aliter ex eas, quam illum videas exeuntem. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, ait Iacobus Apostolus: *Volo exiens de tribulatione, sed finem Domini aspiciens, qui non exiit inde Passiones de relinquens, donec earum omnis consummationis vidit finem. Sufine & tu, expectans Dominum; viriliter agens.* Vltimus ergo est, vt ante oculos nostros iugiter sit finis eius, quasi nunquam finiens, sed sine fine perseuerans in intima visione oculorum nostrorum; quandoquidem sic vltimus fuit, vt intra terminos Passionum suarum omnes nostras clauderet passiones. Tum demum post illum ambulamus, custodientes vias duras, dum ad veram & gloriosam Resurrectionem peruenimus.

Vide autem, si propterea nos primas ascendimus de Iordane, quoniam ex Cruce sua factum est suauè iugum, quod super nos tollere iubemur. Certū est enim quod

- Eccl. 12.** Sapiens dicit: *Timor Domini delabitur cor.* Alperum illi fuit, & graue, non præuenit gaudium, quod sibi proposuerat; exitum expectauit, finem operis prætolatus est, priusquam mercedem acciperet. Crux illi tota, Crux fuit; omnis Passio, Passio: Nos vero aliquando, & in via quiescimus; & in laboribus reparamur; & tum quoque, quando persecutionem patimur, gaudemus in tribulatione nedum patientes; sed & gloriantes, a Deo præueni in benedictionibus dulcedinis. Et huius diuersitatis hæc est ratio, quod exultauit ipse ad currendam viam, gradens in multitudine fortitudinis suæ; sunt enim crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas, & in humeris suis portat orbem Potentissimus. Quapropter tamen corpus suum dedit percutientibus, & genas suas vellentibus; & faciem suam non auertit ab increpantibus & conspuentibus, non propterea tamen confusus est: posuit enim faciem tanquam petram durissimam. At Elias, ut grandem metiatur viam semel, & iterum cibo restauratur Angelico. Populus in terra deserta, ambulans in via & inaquosa, mensa cœlesti sibi in deserto parata vsus est. Et portatus est super alas aquillarum, ductu, hortatu, & subsidio duorum illorum magnorum virorum Moyse & Aaron. Vt est fragilis humanitas nostra, sic indiget in laboribus sustentari. Ita Ruth antequam cõpleret opus de hordeo, quod collegerat, facit sibi polentam, & saturata est. **Quin & Paulus** Apostolus primo raptus est in Paradisum, & tum dixit de illo Christus. *Ego ostendam ei, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Et Apostoli Christum viderunt in claritate, illius dulcedinem prægustantes, priusquam in medio luporum mitterentur tanquam Agni. Et fidelium atque electorum omnium multitudo æque ad cœnam magnam conuocatur, atque ad laborandum in vinea. Et in sudore ipso vescimur pane nostro; & qui laborat manducat; & tollentes iugum Domini super se, inueniunt requiem animabus suis. Alioqui desideremus in via. Manifesta est vox illa **ps. 118. 111.** *psallentis, & concinentis: Hereditate acquisisti testimonia tua: quia exultatio cordis mei sunt.* Hereditate acquirere, est perpetuo possidere. Hoc quare? quia exultatio cordis mei sunt: exultatio ista est in custodiendis illis retributio multa; propter quam retributionem cor suum inclinad custodiendas ipsas. **Dicitur** iustificationes. Concinit & Sapiens dicens: *Timor Domini, scientia religiositas. Religiositas custodiet te: iustificabit cor: iucunditatem, atque gaudium dabit.* Non nuda scientia est religiositas scientiæ, sed timor Dei, sed pietas, sed cultura Dei, de qua infra Sapiens idem: *Execratio peccatori cultura Dei.* Vbi etiam ante dixerat: *In thesauris Sapientia intellexit Deus. Et scientia religiositas. execratio autem peccatoribus sapientia.* Ista ergo religiositas, & cultura Dei custodit cor, ut non recedat retro; iustificat, ut iustificetur adhuc, continue proficiens. *Quid ita?* quia iucunditatem dabit & gladium, mentem exhilarat, vires reficit, sensum emollit, animum nutrit, carnem frenat, spiritum accendit; & quo plus comedit, eo plus esurit, & quo plus bibit, eo plus sitit; ut quod summis labiis prægustauit, eo toris vintibus satiatur. Ecce quomodo Christus vltimus in arca exiit de Iordane, nos primi. Propterea quod tota die portauit pondus diei & ætus. Nos vero vix hora vna laboramus, in reliquo otiosi, vacantes, & ad auram ambulantes in meridie.
- Et certe si crucem nostram tollentes illum habemus sequi; si in via ipse substituerit aliquando, quomodo qui non ambulat, nos sequemur? Non de tempore questio nostra est. Sequela nostra locum non spectat, aut tempus. Sequeris, si imitaris. Quod imitari vis, id tibi sub oculis statuis, id consideras ut exemplum; dum exemplum est, opus illud in sua consideratione exerceatur. Quem imitandum tibi proponis, operantem attendis. Tibi ergo semper operatur, non quiescit; donec tu completo opere tuo denique requiescas. Incipit quies a te. Vltimus ergo ipse accendit de Iordane, quia factus est forma virtutis laboris atque patientiæ. O ratio potentissima ad imitandum inuitans, incitans, vigers!
- Sed quo vadit, sciamus necesse est, si sequi habemus. Magnalæus, quæ tribuit Scri-
ptura punitur.

prura Abraham patri nostro, & quam con-
 sideravit Apostolus dicens; *Fide qui voca-
 tur Abraham, obediuit in locum exire, quem
 accepturus erat in hereditatem; & exiit,
 nesciens quo iret.* Sic enim dixit illi Deus:
*Exi de terra tua, & veni in terram, quam
 monstrabo tibi.* Vides nondum monstratū
 illi locum, quod iturus esset. Magna res,
 nimirum terram, quam possidet, derelin-
 quere, & illam nescire tamen, quæ repro-
 mittitur. Sic pbata fides est maximi istius
 amici Dei. Sat illi fuit quod dixerit illi
 Deus: *Veni.* Non ait: *Vade in terram;* Sed:
Veni in terram, quam monstrabo tibi. Ve-
 ni, sequere me, veni mecum. Nam & ego
 vado, & cum veneris vbi sum ego, ibi o-
 stendam tibi, quod nunc polliceor. Dicens
 ergo: *Veni:* illum inuitavit, vt sequeretur
 se. Testatur hoc Propheta dicens: *Quis
 suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum,
 vt sequeretur se?* satis hoc fuit sancto viro.
 Maxima ratio illi fuit Dominum sequi, eo
 ire, quod iret Deus, vbi Deum inueniret.
 Non moras traxit Abraham, promptē se-
 quutus est. Propterea Dominus ipse auem
 illum nominauit, vt qui nō iret modō post
 Dominum, sed volaret magis *Vocans* (in-
 quit) *ab Oriente auem, & de terra longin-
 qua virum voluntatis mee*
 8. At nos quasi infirmi fuerimus in hac
 parte, ad certum vocamur locum. *Si quis
 mihi ministrat, me sequatur, vt vbi sū ego,
 illie & minister meus erit.* Propterea enim
 Resurrexit, vt videntes claritatem eius,
 sciamus, quō nos ducit, quō vocat, quō
 nos antecedit. *Præcur sor enim pro nobis in-
 troiuit in ipsum cælum* Fuit autē Abraham,
 simus ministri nos pedissequi per terram
 illius sequentes vestigia: non nos pigeat à
 magno viro superari: est enim pater fidei
 nostræ. In illo nos sumus benedicti. *Si Fi-
 lij eius fuerimus vrimus,* vt docet Aposto-
 lus, *Fily Dei* Veruntamen hoc dicamus
 ad gloriam nostram. De terra, cognatio-
 ne, & domo Patris sui vocauit Deus Abra-
 ham. Expressit quid relinqueret, sed ma-
 la nō proposuit in itinere sufferenda: quin
 potius cognatio illius comitata est secum.
 Sic enim scriptum est: *Tulit itaque Thare
 Abram filium suum, & Loth filium Aran.*

*filium filij sui, & Sarai nupurum suam uxo-
 re Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chal-
 daorum, vt irent in terra Chanaan, vone-
 rung; vsq; Haran, & habitauerunt ibi* Nō
 se valuit expedire sanctus vir, patre secum
 ambulante, cui vt obediens appareat, di-
 cit Scriptura, quōd Thare ipse tulit Abram
 filium suum, educens de Vr Chaldaeorum:
 & propterea in Haran moratus est vsque
 ad annos septuaginta quinque ætatis suæ.
 Nos verō quando vocamur, Crucem iu-
 bemur tollere, nedum relinquere patrem 24.
 & matrem, veram & odisse eos, adhuc
 autem, & animam ipsam nostram, &
 carnem crucifigere, illumque imitari, qui
 traditus est; illulus, flagellatus, & de-
 mum crucifixus; vt sic daret animam su-
 am redemptionem pro multis. Quis tam
 asperum iter aggrediatur, vias adeo du-
 ras & prauas semitas, nesciens quo vadat:
 Magna causa, quia gloria magna est se-
 qui Dominum, sed & ipse prænuatians
 Passiones suas, subiecit & posteriores glo-
 rias. *Eccē ascendimus Ierosolymam & filius
 hominis tradetur, flagellabitur, & cru-
 getur, & die tertia resurget* Proposito
 enim sibi gaudio sustinuit Crucem. Lo-
 cum istum vult nos scire. In ipsa vocatio-
 ne nobis illum demonstrat. Non dicit:
Veni in terram, quam monstrabo tibi, sed
 ait: *Si quis mihi ministrauerit, honorifi-
 eum Pater meus, qui est in cælu. Qui odit
 animam suam in hoc mundo, in vitam æter-
 nam custodit eam.*

Propterea ad hoc propositum elegit A-
 postolus, vt testes essent Resurrectionis
 eius. Sic enim Petrus ad fratres: *Oportet ex
 his viris, qui nobiscum sunt congregati in
 omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter
 nos Dominus Iesus, incipiens à baptisate
 Ioannis, vsque in diem, qua assumptus est à
 nobis, testem Resurrectionis eius nobiscū fieri
 vnum ex istis.* Vult vnum eligi, qui cum
 Christo fuerit, dum cum hominibus con-
 uersatus est, prædicans Euangelium, vt
 nouerit, quæ fecit Dominus, quæ dixit,
 & docuit. Sed hoc vnum tamen explicat,
 quōd sit testis Resurrectionis. Cætera
 viderit omnia, audieritq; in hunc finem,
 vt idoneus testis sit Resurrectionis eius,
 Hoc

Hoc vnum Petrus in prima concione sua post acceptum Spiritum Sanctum maxime contendit, quod Christus resurrexit.

Act. 2. 23. Hunc definito consilio, & prescientia Dei traditum; per manus iniquorum affligentes

24. interemisti, quem Deus suscitauit, solutis

25. inferni doloribus, iuxta quod impossibile erat

25. teneri illum ab eo Quod probat euidenter

per Dauidem, qui in Psalmis de illius Resurrectione locutus est. Et subdit denique:

Act. 10. 41. Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius nos omnes testes sumus. Et hos testes à Deo

prædestinatos asserit, vt certa esset atque indubitata Domini Iesu Resurrectio. Ardua est via, quâ ambulare iubemur; asperæ calles, quos transire nos oportet, nõ veluti per aëra quasi aues, quemadmodum Abraham volaturus sumus, sed per spinas & tribulos, per aspera & praua, per arctam viam, per duras semitas progredi necesse est, Christum sequentes crucifixum. Erat igitur demonstranda terra, ad quam pergitur; erat manifestanda merces tantorum laborum atque Passionum: erat aperienda porta, per quam intramus: erat scindendum velum, vt introspicere possemus, vbi Deus sedet super Cherubim gloria: erat ipsa gloria, quam expectamus, nobis patefacienda.

9. Ecce iam apertum est Cælum, iam Paradisum ingressus est latro, iam de lacu, in

Lus. 23. 43. quo non erat aqua vineti: educti sunt patres nostri. Et resurgens Christus ex mortuis, mortem iam cœpit morti tradere,

Zach. 9. 11. & notas fecit nobis vias vitæ, adimplens

Psal. 15. 11. latitiam nos cum vultu suo. O ratio bene viuendi. O causa perseuerandi. O impulsus perficiendi. Hic fructus est perseuerantia, hæc patientiæ merces, hæc requies laborantium. Non quieuit Deus ab operibus, donec compleret omnia. Igitur

Gen. 2. 1. 2. perf. celi sunt celi & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat. Et requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod pararat. Vide si à primo die, quo cœpit distinctè opus suum vsque ad complementum, requiem quæsiuit, si non singulis diebus impleuit opus suum. Completo opere, tum & non antea requieuit, neque com-

pleuisse dicitur quando operabatur. Vnã sunt completio & requietio. Compleuit dum laboras, compleuit post laborem tunc quiescis, opere completo. Vultis inuenire requiem animabus vestris? Inquam Christi tollite super vos. Non prius quiescas, quam compleueris opus; alioquin non erit tibi requies, sed labor & dolor. Dum tempus est operandi, qui non laboras, non manducat; & qui non manducat ex his est, de quibus scriptum est; *Famem patientur sicut canes, & circuibunt ciuitatem.*

An quiescit, qui famefcit? An quiescit, qui patitur? An quiescit, qui in circuitu ambulat? Qui recta procedit, terminum inuenit via: lux: vbi circuitus, ibi nullus terminus: & ided motus continuus, requies nulla. *Semper oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & fluctuat ad Aquilonem Lustans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.*

Etenim concentum celi quis dormire faciet? dormiat, vt requiescat, si potest, si id permittat sapientia, quæ dicit: *Gyrum celi circuiui sola.* Itã incessanter. *In circuitu impii ambulant, & nulla est requies.*

Et quod plus requiem quæsieris, plus laborabis. quia scriptum est: *Pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.*

In spiritu vehementi conterit naues Tharsis. Et stipula requiescet ante faciem venti? & leuis palea stabit, vbi commota sunt vniuersa? & fluida mens hominis ibi requiescet, vbi ibant aquæ & reuertebantur? Cur dixit ille: *Diuitia si affluant, nullo cor apponere? quia, si vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.* Affluentibus diuitiis atque fluentibus continuè, si cor apposueris, nulla erit illi requies, fluct, refluet, influet, confluet, & effluet. *Ergo dum tempus habemus, operemur:* quia tempus nunquam consistens, in successione consistit, & in perenni fluxu percurrit indefinenter. Hæc est rota, hic Iordanis, qui non est vquam reuersus retrorsum. Hoc tempus operandi, quia nunquam quiescendi. Vbi compleueris opus, vbi tempus desierit, vbi sabbatum superuenerit, tunc cessabis ab opere tunc requiesces.

10. Neque frustra Scriptura dicit: *Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Iordanem. Iordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleuerat.* Nam transmissio Iordane, ubi aduersa senferunt, facile retrò regredi uoluisent, quandoquidem & dux eorum Iosue vir magnus, ut uidit populum terga uertentem inimicis suis, Deum rogans dicebat: *Heu Domine Deus, quid uoluisti traducere populum istum Iordanem fluiuium, ut traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? Utinam, ut capimus, mansissemus trans Iordanem.* Si sic rogat dux, quid populus, si aduersa tetigissent? Voluit ergò aquarum abundantia & fluminis plenitudine Dominus populum coercere, nè illi ueniret in mentè cogitatio reuertendi. Facilis fuit transitus, siccante Domino Iordanis aquas; difficilima reuersio, quia cum ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humum calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum. Auxilium Domini est ad transitum Iordanis in terram promissionis; non adiuuat retrocedentes, sed obstat magis. Cur putas dicebat populus ille perfidus: *Constituamus nobis ducem & reuertamur in Egyptum?* Vbi Dominus ductor eius fuit, nullum erat reuersionis consilium. Cogitantes in Egyptum reuerti, necesse habent sibi ducem constitutere. Non Deus, non Moyses, non Aaron, non Iosue dux erit, qui reducat. Iam qui reuerti cogitat & discernit, Deo renuntiauit, Christo renuntiauit, Euangelio renuntiauit, renuntiauit Veritati. Quis erit illius dux? Num Iudas, qui factus est dux eorum, qui comprehenderunt Iesum? sed suspensus crepuit medius. Num diabolus, sicut populus, qui sequebatur Deos alienos? sed si id feceritis, sicut vnus de Principibus cadetis, de quo auditis: *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.* Num Core, cui Dathan & Abiron, & multi alij adhæserunt illi; sed dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & ueruerit substantia eorum, descenderuntque uiui in infernum. *Quem o homines retrocedentes uobis ducem constituetis,*

ut in Egyptum reuertamini? Quis erit dux uester? an mundus, qui totus positus est in maligno? sed iam iudicatus est, iam damnatus. Excemus de illo magis, *ne cum hoc mundo damnemur.* Video, video ducem uestrum, concupiscentiam uestram. Hæc est dux uester, ambulatis post prauitatem cordis uestris, cuius nouissima ducunt ad mortem. Sequamur Deum nostrum. Dominus solus populus ad destinatum. *Dominus solus* (inquit Sapiens) *sustinentibus se in uia ueritatis & iustitia.*

SECUNDA PARS.

Quis nõ videat resurgentem populum Christianum hodie, qui uiuentem Agnum, qui fuerat occisus, accepit in uisceribus suis, qui panem uiuum, qui de cœlo descendit, ut daret uitam mundo, deuotè recepit & manducauit; cum scriptum sit: *Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum.* Et: *Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinẽ, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die?* Hi profectò, quos Christus ui suæ carnis fideliter comedit, resuscitabit in nouissima die, nõ ultra morientur; habent enim uitam æternam; sicut & ipse Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors ultra non dominabitur ei. Propterea ut tunc illius resurrectionis fructum aliquis consequatur, uitam ipsam æternam illi seruire necesse est; nam qui habet uitam æternam, cum solus Christus resuscitabit in nouissimo die. Quoniam impij non resurgent in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum. Qui enim uitam æternam non habent, his resurrectione non erit ad uitam, quin magis sicut opes ponentur in inferno, ubi mors depascet eos. Non satis est ergò, si panem manduces uitæ, & Christum, qui uita nostra est, in te recipias; si illum euomas; si excidas à gratia; si non ultra Christus habitet in te, id quod euenit recedenti à mandatis Domini. Hic enim mortuus est, & nõ habet uitam æternam in se manentem; cum scriptum sit: *Si auerterit se iustus à iustitia sua, & se*

erit

erit iniquitatem secundum omnes abominaciones, quas operari solet impius, nunquid viuet? Omnes iustitiae eius, quas fecerat, non recordabuntur: in prauaricatione, qua prauaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Sicut enim si impius ab impietate recedat, & faciat iustitiam, vita viuit. Si contra iustus sit iustitiam derelinquat, & se tradat iniquitati, in iniquitate, quam operatus est, in ipsa morietur, id est, propter iniquitatem suam mortem inuenit. Quæ via Domini ita est aqua, vt si quis illam calumnietur, nõ pretereat ipse rationem: quæ illam iustificet, obiciat, sed eandem etiam paucioribus verbis repetat. Et dixistis (inquit per Prophetam) Non est aqua via Domini. Audite

Ezech. 17. Non est aqua via Domini. Audite

25. ergo domus Israel: Nunquid via mea non est

26. aqua, & non magis vestra praua sunt? cum

enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fe-

27. cerit iniquitatem, morietur in eis: in iniusti-

tia, quam operatus est, morietur. Et cū auer-

terit se impius ab impietate sua, quam ope-

ratu est, & fecerit iudicium, & iustitiã, ipse

animam suam uiuificabit. Vides Deũ eandem

suum viam repetentem absque alia

probarione, quod ita per se & euidenter

aqua sit ac iusta, vt non aliud opus sit,

quam illam præ oculis tenere, eamque

attentissime considerare.

12. Quæ nimirum nobis hoc tempore ob-

licienda est, fixoq; animo contemplanda,

partem putamus iam nunc perfecisse, quan-

do penitentes confugimus ad thronum

gratiæ, vbi per sacerdotum sententias ven-

iam cõsecuti sumus peccatorum nostro-

rum: vt vita viuente ad mensam Domini

accederemus, ibi comedentes, quæ no-

bis appositæ sunt, nempe carnem Christi,

quæ verè est cibus: vt vitam Christi resur-

surgentis in nobis accipiamus, cum illo

resurgentes. Sed summo studio cauendũ,

ne in aliam incidamus partem, rursus vi-

tam veterem repetentes, & ad vomitum

nostrum denuo reuertentes, vt inter im-

pios computemur, de quibus canit Psal-

mus: Non sic impij, non sic sed tanquam pul-

uis, quem proicit ventus à facie terræ. Idèd

non resurgent impij in iudicio, neq; peccato-

res in consilio iustorum. Iustum assimilauit

Psal. 1.4.

ligno plantato secus lacus aquarum,

ligno plantato secus lacus aquarum, suo tempore fructificanti, suum decorem conseruanti, ita vt neq; folium eius decidat; cui omnia succedat prospera. Impios verò pulueri comparat; pulueri (inquam) non in terra iacenti, sed quem proicit ventus à facie terræ. Puluis iste nec fructum edit, nec foliis ornatur, nec prospærum quidquam operatur: id est, quæ ab ipso procedunt, nec commodum habeat, nec decorem, neque successum; sed implet in sua substantia dispergiu. Vitam in se non habet, neq; eam cum deniq; recepturus est, quando generalis erit omnium resurrectio. Si enim impius in sua impietate mortuus est, nũm quando erit in ipsa impietate confirmatus; vita viuet? si hic, quando potest respicere & ad vitam reueri, mortuus est tamen in impietate sua, quid erit iam mortuus morte secunda, à qua resurgit nemo? Idèd non resurgent

Psal.

impj in iudicio. Coniungetur quidẽ ani-

ma corpori, quæ ratione omnes resurge-

mus: sed anima mortua in peccato (vobis)

non minus influet in corpus suum mortu-

qua mortua est, quam vitam naturalem,

qua viuit. Anima peccatrix à corpore se-

parata viuit, quia immortalis creata est:

mortua est alienata à vita Dei, & morti

deuoranti subiecta in æternum. Contra:

Corpus mortuum est quidem, quia exa-

nime est, nec per se viuit; sed cruciantem

mortem hæcenus non sentit. Hanc vt

sentiat & pariat, sensum habeat necesse

est & vitam: Hanc ab anima conseque-

tur. Ergo mortem acerbiorẽ accipiet

præcedente illa prima naturali; mortem

accipiet, quæ cruciabit in æternum, vbi

naturaliter moriens fuerit aliquando re-

surrecturũ. Ergo mors ista secunda, acer-

bior & diuturnior mortuũ magis reddet,

quam reddiderat prima illa mors. Si ergo

propter vitam, quæ dabitur ad mortem,

dicuntur etiã impij resurgere: non multo

magis propter hanc mortem, cui subser-

uiet illa vita, verum est, quod non resur-

gent impij in iudicio. Adiecit propterea

Psalmus: Neq; peccatores in consilio, id est

congregatione iustorum. Verè enim iusti,

ad plenam omnĩq; expertem mortis vitã

fun-

sunt resurrecturi. Ideo ligno viuenti comparari, quod vt ad honorem mittat radices suas, plantarum est fecus decursus aquarum, id est iuxtaquam viuarum, quæ nunq̄ deficit, vt viuat in æternum : viuat vero fructuosum, decorū, beatum. At verò sicut puluis à vento dispersus, per se non vitra colligi potest, vt simul coniungatur, vt de eo sicco homo formetur, & in cuius faciem inspiratur spiraculum vitæ. Ità verè, sicut dictum est: *Non resurgent impij in iudicio: sicut pulueri, proiecto à vento huc & illuc, repugnat naturaliter resurrectio.* Sic felix resurrectio longissimè ab impijs est elongata. Quod si potens est manus Domini, etiam à quatuor ventis puluerē colligere, de quo vt de limo terræ hominē restituat, cum id fiat virtute Dei, irascentis contra impium, & ided restituat, vt torqueat in æternū, non rectè assimilatus est impius pulueri ineptissimo ad resurrectionem, quandò momentanea ista eius restitauratio erat ad ruinam æternam?

13. Peccantem hominem pœna illa ex Dei decreto secuta est. *Maledicta terra in opere tuo: In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua: spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbã terræ. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertaris.*

18. O puluis mortui hominis! puluis fuit origo illius prima, puluis illius consummatio, sed puluis multus aqua fuit ille primus: formauit enim Deus hominem de limo terræ. Puluis iste vltimus siccus est, quem proicit ventus à facie terræ, aptus ille ad vitam. Et ided factus est homo in animam viuentem. Vltimus iste ineptus omninò ad resurrectionem. Iniquitas fecit hoc, ergò non resurgent impij in iudicio. Hæc ita se habent, si Adam primum attendamus, qui à Deo factus in animam viuentē, sese ipse à Deo recedens id fecit, quod dicit Apostolus:

19. *Corpus mortuum est propter peccatum.* Ab anima viuente in corpus mortuum propter peccatum recidit, sed bonum habemus nuncium Euangelizantis Pauli.

14. Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spi-

ritum viuificantem. Ille primus in anima peccauit, & mortuus est. Num qui de limo terræ, re mortua, formauit, nempe de puluere, non poterit de puluere rursus ad vitam excitare? An nõ scriptum est: *Mul-*

ti de his qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt? Dormiunt in terra puluere propter sententiam illam: *Donec reuertaris in terrã, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertaris.* Quid illud est, quod de limo terræ formauit Deus? homo. Dicit enim Veritas: *Formauit Deus hominem de limo terra.* Vnde illud ergò, quod ibi sequitur: *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ?* Faciem quidem habebat hominis, in quam inspiraret Deus spiraculum vitæ, habebat (inquam) hominis effigiem, hominis partem, quæ est corpus, quæ dicitur homo. Hunc hominem dicit reuersurum in terrã, de qua sumptus est: spiritus autè reuertetur in locum suū, nempe ad Deum, qui fecit illum. Ergò homo ille ex limo formatus, puluis denuò factus, quid mortuum est. Ergò in puluerē reuerti, obire est. Sic dormiunt homines in terræ puluere. Ergò tum quandò resurgent, euigilabunt: quia non est abbreviata manus Domini, quo minus in puluerem reuersi, ad animam viuentē denuò reuertantur. Sed pergit Daniel: *Alij in vitam æternam: alij in opprobrium, vt videat semper.* Noluit dicere, vt viuant semper, cum tamen videre non possint, nisi viuant. Sed quia ibi vita nõ intenditur, sed pœna; ided enim viuēt, vt crucientur, sensum potius, quo pœna sentitur, commemorauit, quàm vitam, qua viuatur. Sicut autè per opprobrium intellexit pœnam omnem Inferni; ita per visum intellexit sensum; quo pœna illa sentietur: quod torum erit, semper erit & in æternum.

Sed nunquid sic homo factus est primus in animam viuentem, vt nõ in eo verè esset etiam spiritus vitæ? Præditus nimirum fuit iustitia & sanctitate, quæ facit animam viuentem. Anima propriè, si seorsum illam accipias, vita magis est, quàm viuens; vita (inquam) corporis, qua corpus viuens est. Quod enim viuut, non seipso, sed alio viuut, quod est vita eius. Ergò ani-

ma vi-

Yyy

Tom. II. Belliniani.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

Dan. 12. 2.

Gen. 3. 19.

Gen. 2. 7. 8.

ma viuens, non seipsa uiuit. quia non sui, sed corporis vita est. sed alio, quod est vita eius; quod aliud maius illa est: sicut ipsa corpore suo maior est, quod uiuificat. Nihil autem præter Deū maius est illa: Deus ergo solus vita est animæ, qua est anima uiuēs. Viuebant ergo duo simul & Corpus Animæ, & Anima Deo; quin magis totus homo præditus erat vita Dei. An ergo, qui ex puluere mortis excitare potest id, quod ex puluere formatum est, mortuam animam non poterit ad vitam reuocare? Nō potest ipsa per se, quia non sibi vita est, sed a Deo factus est homo in animam uiuentem. Potest igitur a solo Deo denuo suscitari in Animam uiuentem. Quis hoc operatus est? qui venit in spiritum uiuificantem, nō uiuentem solum, sed uiuificantem. Iste est, quo excitante, iusti euigilabunt in vitam æternam. Sic excitabuntur, ut non videant modo, sed ut uiuant; & sic semper, ut vita fruantur æterna. En uiuentes isti.

Isa. 26. 19. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis, ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam. Audis dormientes in puluere excitari, ut expergiscantur? sed cur interfectos vocat? an non interfecti, quos occidit ille, qui fuit homicida à principio: cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum? Audis excitantem? expergiscimini. Quis mortuos vocat, nisi qui uiuentes potest facere? tu dormientē nō excitabis, nisi quē possis reddere uigilantem. Lazarum non uocauit, nisi qui erat & vita & resurrectio. Iste est, qui clamat: *Expergiscimini*: quia in iussu Dei resurgent mortui, & uocem Filij Dei, qui audierint, uiuent. Omnes quidem, qui in monumentis sunt, extremo tempore audient uocem Filij Dei; & audientes uiuent; & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ; qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Ergo & nunc, qui audiunt uocem Filij Dei, de puluere mortis excutiuntur, & euigilant. Hæc est uox Filij Dei: *Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere.*

Etiā nunc habitatur in puluere, si per puluerem mortis designatur pœna, cur

non & culpa? An non & mors animæ, eaq. in primis intentata est, quando dixit Deus: *Quocunque die comederis, morte morieris.* Cur ergo de morte solam corporis dixit: *Puluis es, & in puluerem reuerteris?* Non poterat (amabo uos) dicere: *Puluis fuisti, quia de terra sumptus es, in quam tua iniquitas te rursus reducet?* dixit: *Puluis es, ut, nedum originem suam reuocaret, ad mentem: sed tantum statum illi obiceret, in quem ceciderat.* Puluis es (inquit) mortuus es, non minus puluis es, nunc in morte ista peccati, quam in morte corporis sis futurus. Puluis es, quem profertur uentus à facie terræ: *Quare de terra uelleris, de mundo eiiceres, tanquam puluis proiiceris à facie terræ? Quia peccasti, quia morte mortuus es. Anima mortua, quo plus corpori coniungitur, eò plus facit mortuum: peior est mors eius, quam uita: plus potest sua morte corpus occidere, quam sua naturali uita uiuificare.* Puluis, puluis itaque nunc es, in puluere habitas, quia habitas in regione umbre mortis. Ergo expergiscimini qui habitatis in puluere. Audite, & uiuite. Hic est ros lucis, uerbum ueritatis, doctrina pietatis. *Conuertite uos, ut pluuia doctrina mea, fluat ut uis eloquium, quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina.* Sic dixit Moyses. Sic dicit Christus Propheta similis illi: *Herba ad pluuiam reuiescunt, ac ueluti resurgunt.* Puluis, ex quo factus est homo, limus erat, aqua infusus puluis. En ros pulueri committus, uindè iterum formatur. Verbum infusum animæ nostræ, potens est illam saluare, dixit Sanctus Iacobus: *Mortui audite uocem Filij Dei, suscipite uocem lucis, suscipite gustam uocis antelucani.* Sa. Rom. 11. 14. *Mane sur- gere.* Etiam Dominus surgens mane apparuit primò Magdalene, de qua eiecerat septem damonia. *Surgite, resurgite, expergiscimini. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus:* quia ros lucis, ros eius. Resurgit Christus mane diluculo, & apparet his, qui nolunt locum dare diabolo. Illi resurgit, qui dicit: *Mane astabo tibi, & uidebo, quoniam non Deus uolens iniquitatem tu es.*

17 Quamobrem verò loquens Iſaias de re-
 ſurrectione adiecit : *Et terram gigantum*
 19 *detrabes in ruinam?* quanam eſt terra gi-
 20 *gantium?* Pulvis terræ ſunt hi, quos extol-
 21 *lit ventus, vt deiciat & deſtruat:* hi non re-
 ſurgent in iudicio, ſed in ruinam detra-
 hentur. De Chriſto Simeon prophetauit:
 22 *Eccè poſtus eſt hic in ruinans, & in reſurre-*
 23 *ctionem multorum.* Euigilabunt omnes,
 ſed alii in vitam æternam, alii in oppro-
 brium, in ignominiam, in confuſionem;
 hoc eſt, in ruinam: reſurgent, vt cadant,
 deiciantur dum eleuabuntur, ruent in a-
 byſſum, deſcendent in infernum viuentes.
 24 Quid putas antè dixerat Propheta? *Mo-*
 25 *rientes non viuant, gigantes non reſurgant,*
 26 *propterea viſitasti, & contriuiſti eos, & per-*
 27 *didisti omnem memoriam eorum.* Superbi
 iniquè agentes, longè ſunt à reſurrectione
 iuſtorum; ſic conterentur & in puluerem
 redigentur, vt neq; eorum viuat aut ſuper-
 ſit memoria; proſus delebuntur; hoc eſt,
 detrahi in ruinam, in profundum laci. Ple-
 na mors per hæc intelligitur, qui nunc ob-
 turant aures ſuas, ne audiant legem & vo-
 cem Filii Dei. Hoc quidem illis euenit et-
 iam in præſenti, vt conterantur, & ſiant
 tanquam puluis; cuius ne memoria quidè
 ſuper eſt. Sed id maximè tunc erit, quando
 detraherentur in ruinam æternam, quò plus
 gloriauerint ſe proceræ ſtatura, quò ad-
 mentem ſublimis, vt gigantes, eò magis
 erunt in opprobrio, vt videant ſemper.
 Modò etiam eſt, qui ſtultus apparuit, poſt-
 quam eleuatus eſt in ſublime. Id tunc erit
 30 maximè, quando & qui ſimilis eſſe voluit
 31 *Altifſimo, in profundum laci detrahetur.*
 Gigantes non reſurgant.
 18 Ros, imber, aqua puluerem prohibet,
 nè de terra eleuetur, & à vento proiciatur:
 oculi ſublimis humiliantur, cor noſtrum
 contineat ſe, nè in diuerſa diſpergatur.
 Chriſto non ſatis fuit, pulueri huic noſtro
 aquam ſuam benedictam immiſcere, ſan-
 guinè adiecit. Morte ſua congregauit nos,
 nedum diſpergi non permittit, ſed vnà nos
 colligit. Vatrium illud auditiſt ſingula-
 32 *re: Ieſus moriturus erat non tantum pro ge-*
 33 *nte, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congre-*
 34 *garet in vnum.* Effuſus eſt ipſe ſicut aqua,

vt congregarentur aquæ in locum vnum,
 vt nos, qui effuſi eramus, diſſecti, diſſuncti,
 diſperſi, in vnum colligeremur. Sed quid
 timor fecit diſcipulorum Chriſti? Prædi-
 xit ipſe: *Veni hora, vt diſpergamini vnus-*
 35 *quisque in propria, & me ſolum relinquat.* Ioan. 16. 32
 Si ſic timor, quid amor? quid ſollicitudo
 rerum terrenarum? à voluptatibus vita
 cuntes quid? voluntatis volantis volubili-
 tas quid? ſpiritus vbi vult ſpirat. Ventus
 36 iſte eſt, qui puluerem proicit atq; diſper-
 git; vt diſpergatur vnusquisque in propria;
 vt omnes quærant quæ ſua ſunt. Qui cum
 Chriſto non colligit, ſpargit. Sua quæ-
 37 re, eſt diſpergi; amor ſui ventus eſt, qui vbi à
 Deo ſciunctus eſt, vbi legem eius poſtha-
 bet, quæ directam viam oſtendit, per de-
 uia quæque diſpergitur, quæ omnia cum
 inania ſint, non implentia, non obſeruan-
 tia, quæ promittunt, huc illucq; impellunt
 animum, vt nulla ſit quies, vt ambulet per
 loca inaquoſa, vbi ſiccus eſt puluis, quem
 proicit ventus, & requiem non inueniat,
 dicens ſemper: *Reuertar in locum, vnde*
 38 *exiui.* Iam hoc, quod ardentè expecti, non
 ſtat promiſſis; repetam quæ dimiſi; ſed ſi
 neque repetita placebunt, ad alia me con-
 uertam: quæ nimirum, propterea quodd
 inania ſunt, ſe quærentem illudunt, vt nul-
 lum fructum capiat ex eis: qui quoniam
 citò & inconſultè credit, credit (inquam)
 mendaciis, leuis eſt corde, tanquam pul-
 uis; vt diſpergatur, ſemper proiciatur, &
 euaneſcat. O puluis, qui obnubilat mun-
 dum vniuerſum. An iſta mentis diſperſio
 mors non eſt? ſi ibi mors, vbi diſtinctio eſt
 animæ à corpore, quid vbi diuiſa eſt anima
 à ſeipſa? *Diuiſum eſt cor eorum, nunc in-*
 39 *ſeribunt:* ſcribit Propheta: Vbi ex vno ho-
 mine duæ iſtæ partes diuiduntur, corpus,
 & anima, mors eſt corporis. Et non erit a-
 nima mortua, vbi infinita diſpergitur,
 vbi puluis facta eſt, non collectus, ſed pro-
 iectus: ô mors! ô homo verè conuerſus in
 puluerem mortis: reuertere, reuertere ad
 Dominum Deum tuum. Ipſe eſt enim vita
 tua, & longitudo dierum tuorum. Veni ad
 40 Chriſtum, qui factus eſt in ſpiritum viuifi-
 cantem; qui eſt reſurrectio & vita. Ioan. 11. 25.
 Iſta ergò eſt reſurrectio noſtra, vt in
 19
 Y y y 2 vnum

Ioan. 16. 32

Ioan. 3. 8.

Luc. 11. 23.

Luc. 11. 14.

Oſea 10. 2.

Deut. 30. 20

1. Cor. 15.

45.

Ioan. 11. 25.

19

vnum colligamur, & collecti à Spiritu Christi viuificemur: Spiritus mundi ventus est, proiciens, disiungens, dispergens, vt homo non sibi ipsi adit, cum seiplo cōiunctus non sit; sed sit à semetipso nimium elongatus. Qui fame peribat, qui, teste Patre suo, mortuus erat adolescentior filius, ad se reuersus, de reuersione ad Patrē capit cogitare. Tu te tibi prius vnitas, vt vnus cum Deo spiritus efficiaris. *Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum:* in te collectus, Deo coniungere.

Luc. 15. 17. Audite confitentem: *Vnam petii à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius.* Vnam rem, vnum quod est necessarium, id vnum, quod segregat me à multitudine vanitatis, & operantium iniquitatem. Vnum istud petii, quod est non proici à facie terræ, sed habitare in domo Domini. Quod est abscondi à creaturis. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo. In die malorum abscondit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me.* Quid est exaltare, nisi suscitare? eleuare in petra, in re solida, vnita, forti? Ergo hæc est resurrectio nostra, separari à plurimis, in quibus est turbatio; & vni Deo coniungi, vbi est vita & pax. *Quam magna*

Psal. 30. 20. multitudo dulcedinis tue, Domine, quam abscondisti iumentibus te. Abscondes eos in abscondito faciei tue, à conturbatione hominum: proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Vides turbari homines erga plurima? Vides plurima ipsa sibi contradicere, sicut emptores faciunt, quorum dicit quilibet: Quod ego profero, alia omnia antecellit. Venies ad me, & bene tibi erit, melior est acquisitio mea; omnia, quæ desiderantur ab aliis, his non valent comparari. Sic creatura omnes, humana concupiscentiæ, deceptæ illecebra, contradictione linguarum grauant corda hominum vanitate, & mendacio; & sic conturbata sunt omnia, inquieta, tribulationem, & dolorem inferentia. Viuitur ergo solum in abscondito, vbi facies est Domini, abstrahens à conturbatione hominum. Propterea soli Mariæ, dum ab aliis segregata est, apparuit Christus vita no-

stra, qui viuus viuam fecit & latam: vt iam non fieret, sed gauderet; & gauderet in Domino, & exultaret in Iesu salutari suo. Mariæ à viuente visitata, confortata, & confirmata, ceteras mulieres ita confortauit, vt dignæ fierent, quibus Iesus occurreret, dicens: *Aueti.* Et accederent ipsæ, & tenerent pedes eius. Pedes ergo & nos Resurgentis teneamus: sic enim ascendens ad Patrem suum & Patrem nostrum, trahet nos post se, & vna cum illo resurgentes, secum quoque ad Patrem ascendamus. Quod nobis ipse concedat. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

De victoria Christi contra diabolum, de qua nobis latandum est. Tangitur malitia diaboli, qui comparatur cum Rege Hai, in morte sua. Propter triumphantem Christi gloriam, & propter mundi salutem latandum in hac die. Gloria Christi nos damnat, si ipsius vias, & præcepta non sequimur.

RECTE quæ foris stat, ploratur, quæ introspicit, videt Angelos. Nam quæ exterius sunt, affligunt; lætificat interiora. Abscondita erat in Deo vita Christi, dum esset ipse in manibus impiorum; sicut & nostra, dum laboramus, abscondita est cum Christo in Deo. Quæ ergo foris stant, ea solum, quæ parent aspicientes, ab oculis suis lachrymas non valent abstergere, nec illorum potest cessare vox à ploratu. Tristes erant Apostoli de nece sui Domini, qui mortem suam prædicens, dixerat illis: *Plorabitis & stebitis vos, mundus autem gaudet, vos vero contristabimini.* Id probauit euentus. Nam in cena audientes, quod vnus ex illis eum traditurus esset, contristati sunt valde, & in hortu erant oculi eorum grauari præ tristitia. Ergo

Ergo in tota Passione Domini tristitia fuit
 illis magna, & continuus dolor cordibus
 illorum. Propterea & de Maria dicitur,
 quod viso Iesu rediituo, vadens nuntiavit
 his, qui cum eo fuerant lugentibus & flen-
 tibus. Hoc totum, quia foris stabant, ex-
 teriora duntaxat considerantes. Dauid ve-
 ro, qui petit in habitare in domo Domini,
 ut videat voluntatem Domini, docet inter-
 riora, quae latebant, ubi apparuerint, exul-
 tatione replere. *Amplius me inquit leti-
 tia cum vultu tuo.* Et Paulus: *Cum appa-
 ruerit Christus vita vestra, tunc & vos ap-
 parebitis cum ipso in gloria.* Et Dominus im-
 pte discipulis contristatis: *Iterum videbo
 vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium ve-
 strum nemo tollet a vobis.* Gaudium ergo
 nostrum impletum ut sit, introeamus usque
 ad interiora velaminis, reuelata facie glo-
 riam Domini speculantes. Propterea enim
 scissum est velum a summo usque deorsum.
 Propterea Mariae exterius tangeret, ta-
 ctu scereto vere latificante donata est, au-
 diens: *Vade ad fratres meos, ut dic eis: Ascen-
 do ad Patrem meum & Patrem vestrum,
 Deum meum & Deum vestrum.*
 Puto, quod permiserit Deus molestiam
 illam populo, confusionem atque tristitiam,
 quam passus est, terga vertens hostibus suis
 habitatoribus urbis Hai, ut amplior esset
 eorum letitia, quae victoriam, quam de il-
 lis mox habuerunt, subsecuta est. Vide con-
 tristatos atque contritos: *Perimus cor
 populi, & instar aquae liquefactum est.* Iosue
 vero scidit vestimenta sua, & pronus cecidit
 in terram coram arca Domini, usque ad
 vesperam tam ipsi, quam omnes senes Israel,
 miseruntque puluerem super capita sua: Sed
 relata victoria timor omnis abcessit, quin
 & ante bellum expiato exercitu a scelere
 anathematis, dixit Dominus ad Iosue: *Ne
 timeas, neque formides. Tolle tecum omnem
 multitudinem pugnatorum, & consurgens
 ascende in oppidum Hai. Ecce tradidi in ma-
 nu tua regem eius, & populum, urbemque
 & terram.* Primo congressu, tria millia ta-
 tummodo miserat pugnatorum, qui qui-
 dem non propter paucitatem suam, sed
 propter iniquitatem & auaritiam Achan,
 cesserunt hostibus, & ceciderunt ex eis

triginta sex. Sed in secundo aggressu to-
 tum applicuit exercitum, ut appareat in-
 tentio Domini, quod in fuga vult esse pau-
 cos, vniuersos autem in victoria. Velle leti-
 tiam victoriae nostrae sic esse comunem,
 ut nemo nostrum exors sit letitia, sed
 gaudeamus & exulemus. Et quo gaudium
 istud maius sit & delectantis, a Passione
 nos reuocat ad Resurrectionem, a lachry-
 mis ad exultationem. Primus, qui legitur
 in Scriptura suspensus in patibulo, est Rex
 Hai, quem reliquis omnibus interfectis,
 apprehenderunt viuentem & obtulerunt
 Iosue, quem suspensum in patibulo usque
 ad vesperam & Solis occalum. Praecipit-
 que Iosue, & deposuerunt cadaver eius de
 cruce, proiecitque in ipso introitu ciuitatis,
 congesto super eum magno aeterno la-
 pidum. Et ratio est, quia ille primus trans-
 misit Iordane direxit acie contra popu-
 lum. De Rege, & populo Iericho nihil
 modilegitur, nam ubi pugnarum non est,
 sed cadentibus muris Iericho, populus qui
 totam circuibat ciuitatem in illam ingres-
 sus, omnes interemit. At Rex Hai egressus
 de ciuitate cum exercitu, direxit acie con-
 tra Iosue. Hic est hostis & aduersarius no-
 ster diabolus, quem Dominus noster su-
 perauit, affigens illum cruci, dum de illo
 in Cruce triumphauit. Haec vna ratio gau-
 dendii. Vnde & extincto Pharaone cum om-
 ni eius exercitu in mari rubro, cecinit
 populus: *Cantemus Domino glorioso. Equi,
 & ascensorem proiecit in mare.* Haud secus
 acto in crucem Aman, de quo dixerat He-
 ster: *Hostis & inimicus noster pessimus, iste
 est Aman.* Iudaeis noua lux oriri visa est,
 gaudium, honor, & tripudium. Et apud o-
 mnes populus, vrbes atque prouincias mi-
 ra exultatio, epulae atque conuiuia, & fe-
 stus dies, intantum ut plures alterius gen-
 tis & sectae, eorum religioni & caeremoniis
 iungeretur. Hic fructus Crucis, quod per
 eam calcamus leonem & draconem; ut
 qui in ligno vincebat, in ligno quoque
 vinceretur. O quale gaudium esset nobis,
 si hoc tantum beneficium clare dispiceremus.
 Ut sciret populus gratiam Dei, qui
 illi subiciebat omnes Reges terra promissa,
 etiam post longissimum iter, per loca
 Yyyy 3 deserta,

Hes. 4. 1.

deserta sicut illos fugere ab hostibus iuit. Ita permittit populum suum omnem, qui erat in Regno Assueti, publicato vbique edicto exterminii eorum, neci fuisse delinatum. Vnde ait Scriptura: *Mardocheus scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti. Et in platea media ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui. In omnibus quoque, prouincis, oppidis ac locis, ad qua crudele Regis dogma peruenerat, planctus ingens erat, ieiunium ululatus, & fletus, sacco & cinere multis prostrato uentibus. Latet nos in miseria nostra, inuidia diaboli, causa vera plorandi. Maria cognoscens, quid perdidit in morte Iesu, plorans plorabat, & lachryma eius in maxillis eius. Vnde laeta, quem quarebat, inuenit. Propterea non letamur nos eiectione diabolo, non gaudemus liberari tantis malis, & de tantis erepti periculis. Qui malum non cognoscit, de illius absentia non gaudet, propterea quod neque de illius presentia dolet. Dolor, si cesset causa sua, gaudium adducit. Plorans Maria de Christi absentia, videns iam illum gaudio repleta est.*

37 Ecce ergo, cur de victoria contra diabolum non letamur, quia nec illius malitiam nouimus, nec qua mala in nos inuexit, ea neque perpendimus neque consideramus. Vis malitiam discernere? Cogita, quod totum suum studium est in bonis persequendis, in hominibus interficiendis, in Christo insidiando, in resistendo Deo. Vt semel a Deo recessit, nunquam cessat se illius consiliis opponere; & quibus in rebus potest, in his omnibus illum offendere. Vnum de quatuor difficilibus, qua Sapiens discutit, est via colubri super petram. Ratio difficultatis, quia nescitur via, qua incedant quatuor illa, quandoquidem nulla illis statuta est via, & quocumque uoluerint, libere progrediuntur. Ita enim Sapiens loquitur: *Tria sunt difficilia mihi, quartum penitus ignoro. Viam aquila in caelo; viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.* Coluber in petra, & quo uult vadit, & signum sui iuneris nullum relinquit. Si cognouisset Eua, quo tendebat serpens, ve-

Pro. 30. 19.

18.

19.

Gen 3. 4.

titi ligni esum persuadens, persuasa non fuisset ab eo. Verum iam non factum est perpicuum atque planissimum, quo pergit hostis iste noster pessimus; etiam super petram ausus est serpere, Christum Dominum nostrum aggredi non timuit. Auctor ipse illius necis fuit. Ipse in Iudam introiuit, & Iudæi cum gentibus conuenerunt aduersus Dominum Christum, qua hora illa fuit potestas tenebrarum. Omnis illorum persecutio conatus fuit diaboli. Nam semen illi fuerunt serpentis, cuius caput ut contereretur, accessit ad calcaneum insidians, a quo conculcatus est atque contritus. En quanta malitia diaboli, qui ausus est mittere manus suas in Christum Dominum. Scimus, quod ubi filius mulieris, quem deuorare cogitabat, ad thronum Dei raptus est, abiit facere prælium cum reliquis de femine eiusdem mulieris, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Etiam proiectus de caelo, etiam superatus a Christo, etiam a muliere contritus, non cessat furor suo actus, contra seruos Dei totis pugnare viribus. Quis ergo non letetur, videns frustratam illius rabiem; videns ademptam illi potestatem; videns illum eiectionem foras, spoliis spoliatum & armis, in quibus confidebat; ubi resurrectio est, ibi gaudium de superato hoste, de proiecto dracone, de principe huius mundi eiectione foras, de triumphatis potestatibus acris huius.

Latet anguis in herba; at vero in petra latere non potest. In Christo deleta est eius malitia. Petra autem erat Christus: qui etiam positus est in monumento, quod erat exitum de petra. Si petra fuisset Heua, locum diabolo non dedisset, perforare non ualet petram, ut in illam, immisso prius capite, totus ingrediatur. Propterea ad nihilum ualuit aduersus Christum, non habuit ubi caput suum immitteret; inaccessit super petram, non stetit in petra, totus extra illam. Simus & nos petra, in uobis nolite locum dare diabolus. Tentet quantumlibet exterius, clausum sit cubiculum interius. Ad suam uoluntatem egrediatur diabolus ante pedes Christi, id non nisi contorto capite dabitur illi. Quid timemus ergo?

go? & nos sumus de corpore Christi. Simus & pedes, vbi caput est ipse. Egredietur diabolus ante pedes istos, egredietur fugiens ante pedes istos, timēs ab illis contēti. Ergo resistite diabolo, & fugiet à vobis. Gaudete in Domino semper. iterum dico, gaudete. Gaudium etenim Domini est fortitudo vestra.

5 Ille in ligno victus, cur sepultus, vel proiectus in introitu ciuitatis, congesto super eum magno acervo lapidum? Veniat ad portam vt liber, ibi iaceat, non pateat illi aditus in illam; sit ibi extinctus, mortuus, & sepultus. Ambulauerit supra petra Christum, habens potestatem crucifigere illū: at nunc contritus acervo magno lapidum operiatur. Nos ipsi tanquam lapides viui, mortuum subiiciamus, mortuum restringamus, cocreamus. Hai dicta est vrbs illa, vbi regnabat, ab acervo lapidum congesto super eum. Nam Hai acervus est. Ita viuamus, vt diabolus nomen accipiat ab euentu, à victoria nostra. Sicut prædictum est, quod Christus vocaretur Emmanuel, non quod ita nominatus sit, sed quia vere fuit nobiscum Deus. Sic diabolus confidetur iuxta id, quod proiectus est, quod victus est, quod contritus est, qui ante pedes Christi, qui sunt veri Christiani, egreditur fugatus & ciectus. Quid ad nos, quod nō sit potestas super terram, quæ compareret ei? hoc non ad terrorem nostrum sit, sed ad gloriam magis, quando Deus potestatem talem dedit hominibus, & virtutem calcandi super serpētes & scorpiones, & nihil tamen noceant nobis. Quid resurrectio, nisi mortis destructio? Mors enim mortis, vita est; & vita immortalis, plena est destructio mortis. Mortuus dominatur mors. Si ergo Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors profecto illi non dominabitur. Hoc vero alia ratione fieri non poterat, nisi is destrueretur, qui habebat mortis imperium, id est, diabolus. Ecce impletum desiderium nostrum: Christus enim mortem moriendo destruxit, & vitam resurgēdo reparauit. Ergo per mortem (vt ait Apostolus) destruxit eum, qui habebat mortis imperium, & liberauit eos, qui timore mortis per totam vitam

obnoxii erant seruituti. Audi Propheta hoc idem insonantem: *Ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Et egredietur Diabolus ante pedes eius.* Vides primam fugientem mortem? vides post eam fugatum Diabolum, qui mortis habet imperium? Sic, sic Diabolum cogitemus, vt superatum, vt conculcatū, vt fugatum; atq; ita liberati per vitam resurgentem, ab occidente morte nihil vltra timeamus, nemini seruiamus, præter vni Deo vero. O quæ gloria nostra, quæ lætitia, si hostem & aduersarium nostrum conculcaremus!

SECVNDA PARS.

6 PARTA victoria contra Iabin Regē Chanaan. Delbora, cuius ductu Barac Dux populi bellum iniit, & victoriam obtinuit, laudans Dominum, cecinit canticum, in quo nedum exultauit, quod subactus est hostis, sed quia gloria erat victoribus & lætitia. Noua bella elegit Dominus, & portas hostium subuertit. Cor meum diligit Princeps Israel. Qui propria voluntate obrulistis vos discrimini, benedicite Domino. Quanta ergo gaudendi causa in Christo Iesu Domino nostro, qui vicit mundum, & fortem superauit, & dedit nobis victoriam? Vbi duplex apparet ratio gaudendi. Altera, gloria Christi. Altera, salus mundi. Pro Christi gloria lætandum. Primum, quia dignus est. Dominus enim virtutum ipse est Rex gloriae. Quod si propter nos indutus est sacco, vt non apparet gloria eius, vt inter homines videretur in terra, & cum illis conuersaretur: num tandem non debuit conficidi sacco, vt circumdatus dispiceretur lætitia & gloria? Quid appetit Diabolus in cælo? id nimirum, quod & homini suggestit, nempe similitudinem Dei. Ruinam expertus ipse, vt & hominem præcipitaret, per ascensum scorpionis illum molitus est eleuare, vnde erectus & ipse, corruit præceps. *Super astra cæli (inquit) exaltabo solium meum, sicut ero Altissimo.* En sua quoque suggestio. *Eritis sicut Dii, scientes bonum, & malum.* Aperte factū est prælium magnū in cælo: Michaël

Michaël quippe & Angeli eius, praliabantur cum dracone. Et draco pugnabat, & Angeli eius. Vnde pralium hoc: Quia voluit Angelus iste apostata fieri, sicut Deus. Ecce aduersarius superbi clamans in puna.

Psal. 88. 7. Quis vt Deus? Quis similis erit Deo, etiam in filiis Dei? Pugnabit ergo contra appetentē fieri sicut Deus. Vnde propterea fortitus est nomen Michaëlis. Quod ex tribus particulis constitutum, in Min, significat, Quis; in Cha, sicut; in El, Deus. Vel si ex duabus, in Micha significatur humilitas; in El Dei: vt etiam in Micha percussio sive percutiens, in El Dei vel Deus. Vt præterquam quod hoc nomine significatur, *Quis vt Deus*, significetur etiam, humilitas Dei. Et percussio Dei, sive percutiens Deus. Quis enim contra superbiam, nisi humilitas dimicaret? Quæ humilitas esset Dei, Deo, videlicet humilians, & subiecta, contra diuinam altitudinem appetentem. Hac Deus percussit superbos, humilians eos, vsque ad terram. Et vera humilitas superbiam percussit percussione Dei, vt Deus ipse percutiens sit. Et humilis Michaël percutiens & impugnans eum, qui moliebatur esse sicut Deus. Ideo Diabolus & Angeli eius, non preualuerunt, neque inuentus est amplius locus eorum in cælo, & proiectus est draco ille magnus in terram. Aperta pugna fuit ista; nam aperte appetita est similitudo Dei. Et aperte monstratum est, rapinam hanc æqualitatis Dei; neminem committere posse, vt ad hoc se putet quis pertingere, esse se æqualem Deo. Et factū, est, quod dicitur: *Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum eius vsque ad collum. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorū eius, venientib; vt turbo ad dispergendum me.* Præfens affuit Princeps iste, non contentus suo Principatu, appetens & Altissimo fieri æqualis, ornatus magnificentia, & gloria substantiæ suæ: sed percussio capite eius, nudatus est à pedibus vsque ad collum, vt nihil integrum in eo remaneret, contractus in capite, nudatus in corpore. Sic omnis principatus eius, & bellatorum eius, maledictus est: sic increpauit superbos, & maledicti sunt, declinantes à mandatis eius.

Proiectus draco in terram, non ideo quicuit; sed qui traxit in terra terram partem stellarum, putauit desertam facere omnem terram, aggressus Patrem orbis terrarum, non aperto Marte illum inuadens, sed per mulierem se illi insinuare conatus. Eandem similitudinem obiciens, quam appetentes, socij illius fierent rumarū. Visus est obtinere quod voluit, sed non completum pralium hæctenus esse Deus declarauit, vt paratam iam victoriam, in pace essent quæ possideret. Bellum caprum est: *Inimicitias panam inter te, & mulierem; & semen tuum, & semen illius.* Non erit finis, sicut fuit principium. Nam vt tu inuidias mulierem in principio decepisti: Ipsa calcaneo tuo, in fine videlicet, conteret caput tuum. Ecce restauratum bellum. Draco in terram proiectus est. Homo de terra tenuis, instigante superbo, superbe putauit fieri sicut Deus. Venit iam in terram ille, qui est imago Dei inuisibilis, & prudentia sua percussit superbū. Non irruit clamans: *Quis vt Deus?* Sed egenus factus, apparuit in forma serui, non Altissimi; & in similitudine carnis peccati, qua humilitate prudenter percussit superbum. Verus Michaël, id est humilitas Dei, & percutiens Deus, & confringens capita inimicorum. In cælo fortitudine, in terra humilitate atque prudentia percussit superbum. Sed quod admirabile est: Fortitudine pugnaturus, non dignatus est ipse per se cum illo committere, misit ministros suos, potentes virtute; sic enim fortior apparuit ipse, qui adeo fortes habet bellatores. Humilitate pugnaturus, venit ipse; sic enim maior ostenditur humilitas; non mediocri humilitate cum superbissimo hoste volumus dimicare, sed cum summa, vt propterea maior esset atque fortior percussio eius. Quæ humilitas, vt esset profundissima, ita cooperuit splendorem gloriæ Dei atque figuram substantiæ eius, vt non appareret tantum in similitudinem hominum factus, & in habitu, & veste conuersus inuentus vt homo, sed esset nouissimus virorum, opprobrium hominum & abiectio plebis. Vnde necesse fuit, prudentiā esse cum humilitate coniunctam; vt qui fraude sua hominem

deturbauerat, caperetur; nesciens, qui cum committeret bellum, non valens superbus tantam Dei humilitatem excogitare.

8 Pugnaturus Iosue cum Rege Hai, vbi omnem adhibuit virtutem, applicans totum exercitum, ibi infirmitatem simulauit, ibi fugam inuit, fingens se contra hostes non posse. Vbi amplior humilitas, ibi maxima fortitudo. Tria millia pugnantium terga verterunt, confidentes in virtute sua, facile superantur. Et ceciderunt per prona fugientes, qui non muniti Dei praesidio, ascendere voluerunt. Haec fuit functio verbi Dei, hoc munus, hoc opus sibi demandatum a Patre, quo consummato, non debuit resumere gloriam suam; contra Dei imaginem facta fuerat offensio ipsa: se se vindicare disposuit, vt id prestaret, similitudinem assumpsit hominis peccatoris, quem Diabolus iam subegerat, vt non dubitaret cum illo congredi. Nunc itaque apparet sicut est; vt ei ceteremus: *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine. Dextera tua, Domine, percussit inimicum, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos.*

9 Primos illos aduersarios, Pharaonem & exercitum eius, offensione magnæ potentiae suæ per signa atque prodigia deposuit, humiliavit, atque contriuit. Illos quoque qui primi in caelo ausi sunt resistere illi, seque constituit aduersarios suos, deposuit de sede, vt derelinquerent suum principatum & domicilium, vt eorum non inueniretur amplius locus in caelo. Et hoc quoque in multitudine gloriæ suæ: vbi dextera eius magnificata est in fortitudine, extremos tandem hostes, & primi fuerunt, per hominem, qui factus fuerat ad imaginem & similitudinem Dei, nouo belandi more prostravit mirabiliter.

10 Vidit se Diabolus de caelo cecidisse occasione similitudinis Dei, quæ appetierat arroganter; contra illam exarsit crudeliter, quam consequi non potuit, & pro qua præceps ruit, eam odit ardentissime, & vexare tentat & polluere. Haud secus atque Amnon erga Thamar se gerens, quam violauit amans ac dentissime, tepulit inuerecunde, cum opprobrio & contemptu. Hoc solum interest, quod Amnon ad suam voluntatem abusus est Thamar. Diabolus inaniter violare tentauit diuinam pulchritudinem & figuram: a qua de caelo repulsus odit eam, persequitur, & deturpare conatur. Vidit illam impressam in homine, Polluam (inquit) illam, hominem contaminabo; & conpurcabo, & vt ipsa quoque in Deo est, & Deus est, inhonorabo, afficiam contumelia, dum qui ad illam factus est homo, superbe oprans & expetens, illi constituitur aduersarius inimicus, atque rebellis. Quid ergo imago Dei inuisibilis factura erat, vt in multitudine gloriæ suæ deponeret aduersarios suos? Vbi Diabolus per imaginem istam creatam a se pollutam, incretam polluere conatus est; ipsa increta imago per hanc creatam, quam purificauit & pulcherrimam fecit, se se incretam mirabiliter honorauit & glorificauit. Et quos operata mortis caligine secreto superauit, hos excussa morte per Resurrectionem in multitudine gloriæ suæ deposuit aduersarios suos. An non dignus erga quem glorificemus? pro quo gaudeamus & exultemus?

Dignus erat ex se, quia Filius Dei. An vero non meruit quoque suis laboribus, ac sua humilitate glorificari? An qui paruulus factus est, non fuit congruum, vt esset magnus? Qui formam serui accepit, non debuit Princeps constitui vniuersæ terræ? Qui traditus est in manus iniquorum, non fuit consentaneum, vt munus illi daret orbis vniuersus? Qui cum esset Deus, factus est homo, non congruenter ita ostendit, vt iam non cognosceremus secundum carnem, gloriam illius speculantes? Patri obediens immolatus est Agnus, ergo vicit leo de Tribu Iuda; vt leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum, gradus feliciter. Patri illum oportuit, quia voluit, & iure intrauit in gloriam suam. Pleni sunt Psalmi precibus suis, quas in afflictione positus fundebat ad Patrem. Exaudita sunt preces eius. Laudat, & gratias agit, lætatur, & consolatur, & nos ad collaudandum & collaudandum inuitat. Fede-
runt manus meas, & pedes meos, & cinerauerunt omnia ossa mea. Tu autem Domine, ne elongaueris, auxilium tuum à me.

11 Dignus erat ex se, quia Filius Dei. An vero non meruit quoque suis laboribus, ac sua humilitate glorificari? An qui paruulus factus est, non fuit congruum, vt esset magnus? Qui formam serui accepit, non debuit Princeps constitui vniuersæ terræ? Qui traditus est in manus iniquorum, non fuit consentaneum, vt munus illi daret orbis vniuersus? Qui cum esset Deus, factus est homo, non congruenter ita ostendit, vt iam non cognosceremus secundum carnem, gloriam illius speculantes? Patri obediens immolatus est Agnus, ergo vicit leo de Tribu Iuda; vt leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum, gradus feliciter. Patri illum oportuit, quia voluit, & iure intrauit in gloriam suam. Pleni sunt Psalmi precibus suis, quas in afflictione positus fundebat ad Patrem. Exaudita sunt preces eius. Laudat, & gratias agit, lætatur, & consolatur, & nos ad collaudandum & collaudandum inuitat. Fede-
runt manus meas, & pedes meos, & cinerauerunt omnia ossa mea. Tu autem Domine, ne elongaueris, auxilium tuum à me.

ad defensionem meam aspice. Erue à frama
Deus animam meam, & de manu canis
nicam meam. Salua me ex ore leonis, & à
cornibus unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis, & in
medio Ecclesia laudabo te. Qui timetis Do-
minum laudate eum; vniuersum semen Ia-
cob glorificate eum. Apud te laus mea in Ec-
clesia magna. Reminiscetur, & conuertetur
ad Dominum vniuersi sine terra. Sed
dum letantur eius causa, ipsi salutem con-
sequuntur; vt hæc sit tertia gaudendi ra-
tio, quoniam gloria eius plena est terra.
Videbat à Patre recessisse, & quod ipse me

Psal. 21. 1. solum reliquisset. Vnde clamabam, **Deus,**
Psal. 138. 18. *Deus meus, quare me dereliquisti?* Sed exur-
Psal. 87. 4. rexi, & adhuc sum tecum. *Repleta est malis*
Psal. 138. 18. *anima mea, factus sum sicut homo sine adi-
Psal. 118. 17.* *torio, sicut vulnerati dormientes in sepulchris,*
Psal. 21. 31. *quorum non es memor amplius, & ipsi de ma-
nu tua repulsi sunt.* Sed tandem exurrexi,
& adhuc tecum sum. Viuet anima mea, &
laudabit te. Neque solus laudabo eum. Et
anima mea illi viuet, & semen meum ser-
uiet ipsi. Nos, nos sumus semen Christi,
quos in doloribus suæ mortis parturiunt.
Deum viuunt excitatus à mortuis, congregat
dispersos Israel, filios Dei, qui erant dis-
persi, vt pro illius gloria & pro nostra, gloriantes
laudemus Dominum. Iam quæ la-
tuit imago Dei, satis reuelata est. Iam Dia-
bolus, qui similis esse appetiuit Altissimo,
se frustratum vidit.

12 Nos ergo imaginem istam Dei, qua de-
nuo creati sumus secundum imaginem
Creatoris, attentius contemplemur, vt illi
conformemur, vt illi adhareamus, vt eam
tangamus, cum illa continue coniuncti.
*Maria existimans, quia hortulanus esset, di-
xit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi,
ubi posuisti eum.* Ecce imago Dei non plene
adhuc reuelata. Post hæc duobus ex di-
scipulis ambulantiibus ostensus est in alia
effigie. Postea piscantibus illis, steterit Iesus
in littore, non tamen cognouerunt disci-
puli, quia Iesus est. Vides imaginem Dei,
non plene reuelatam adhuc? Quid vero
illud est, quod cognoscens illum Maria, &
amoris igne succensa corruens, vt teneret
pedes eius, audiuit: *Noli me tangere, non-*

dum enim ascendi ad Patrem meum? Quid
(inquam) causa est, vt tangere non valeat,
quia nondum ad Patrem ascendit? An
vbi ascenderit, & se elongauerit, tangere
permittetur? Presentem non datur; Absen-
tē tangere cōcedetur. Præsens erat corpo-
ri, cordi nondū plene. Ascensio ad Patrem, cō-
pletio est operis à Patre sibi iniuncti. Exiit
à Patre (inquit) & venit in mundū, iterū re-
linquo mundū, & vado ad Patrem. Ad quid
in mundū venit? *Descendi de celo, nō vt faci-
ciam voluntatem meam, sed voluntatem*
eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.
Raphaël, vbi duxit & reduxit Tobiam, cō-
pleta sua functione, dixit: *Tempus est vt*
revertar ad eum, qui me misit. Ita Dominus
non nisi completo opere ad Patrem reuer-
sus est, vbi sedens ad dexteram eius, veluti
requiesceret ab omni opere suo, quod pa-
trarat. Tunc tangamus, illique coniungamur,
& sessionis. Apostolum audiamus: *Deus,*
qui diues est in misericordia, propter nimiam
charitatem suam, quæ dilexit nos, & cum is-
semus mortui peccatis, conuiuificauit nos in
*Christo (cuius gratia estis saluati) & con-
suscitauit, & consedere fecit in celestibus in*
Christo Iesu. Vbi tres gradus habes ab Ap-
ostolo; Vitam, Resurrectionem, Sessionem.
Primum gradum habuit Lazarus
resuscitatus; viuificatus est enim, non ad
vitam tamen immortalem, quæ designa-
tur per hoc, quod ait Paulus, *conresuscita-*
ritur. Tertius est, sedere in celestibus
per requiem æternam. Per vitam resurgi-
mus à peccatis, vt viuamus. Per resurre-
ctionem, alimoniam consequimur immor-
talitatis, configurati claritati Christi. Ses-
sio, gloria est, quam in celestibus expe-
ctamus. Maria, quæ mortuum quærebatur,
vium aspexit veluti hortulanum; vocata
ab illo, non hortulanum præterea cogita-
uit, sed *Rabboni,* Magistru videlicet, sic vi-
uentem tamē, quasi hortulanus esset, mu-
tata nō vita, sed persona. Nā & discipuli ab
eo iam resuscitato, quærentes, Domine si
in tempore hoc restitues Regnū Israel; in-
nuūt se non plene adhuc mysterium intel-
ligere resurrectionis. Neque enim Maria
transire

transire potuit à mortuo ad viucentem, immortaliter & gloriose. Si enim cognouisset statum gloria eius, non sic importuna corruisset, vt tangeret ex morte pedes eius. Erigit propterea ipse illius mentem ad gloriam suam, ad Patris æqualitatem, ad suam Diuinitatem per hoc, quod dicit; *ad Patrem ascendere.*

13. Qua in cōsideratione, vt diutius teneat illam, dicit ei: *Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum. Deum meum & Deum vestrum.* Qui ergo sic viucentem credit Christum, vt gloriosus uiuat in sæcula, & post illum ambulat in nouitate vitæ, apprehendens iusticiam, quæ perpetua est immortalis; hic cum illo conresuscitatus est. Propterea Christus cum apparuisset Ioanni, dixit illi: *Ego sum primus & nouissimus, & uiuus, & sui mortuus.* & ecce sum uiuens in sæcula sæculorum.

18. Iste nihilominus spe cū illo quoque confeder in cœlestibus. Nam sicut conresuscitauit nos Deus cum Christo, ita & confedere fecit cum illo in cœlestibus. *Qui uicerit* (inquit) *dabo et sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & eon/sedi cum Patre meo in throno eius.* Gradus ergo sunt, quemadmodum in re, ita in fide & in spe. Quo in gradu fuens cum Christo, in eo adhærebit illi. Simul cum illo aut uiuus, aut immortalis, aut gloriosus. Nondum ad id uenerat Maria, vt gloriose uiuentem intellexeret; propterea à tactu prohibita est.

O error mortalium insipientium, qui in gradu inferiori existentes, sublimem Christum uel audent tangere uel putant. *Quis arbitretur Iosue nisi magna fide pre-ditum, Soli præcepisse ac Luna? Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra Vallem Aialon. Steteruntq; Sol & Luna.* Induratus erat Iosue fortitudine non hominis, sed Dei. Et securus est à tergo potentes, inquit Sapiens. Vnde non in iracundia eius impeditus est Sol: & vna dies facta est quasi duo. Inuocauit Altissimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit ille magnus & sanctus Deus. Vides cum Iosue coniunctum Deum? adhaesit illi Iosue, in illo confidit, potentiam

eius considerauit, & securus est à tergo potentes, potentia Dei imitatus, & inuocans illam. Et exaudiuit illum. Locutus est Iosue, operatus est Dominus: quantū confidit, tantum obtinuit. Nam & in intentione erant coniuncti. Sic enim iustus erat, vt perderet inimicos illos Dei. Tu uero quis es? quid petis? quid putas? Quod dixit Iesus Maria: *Noli me tangere.* Nondum enim ascendi ad Patrem meum. Hoc est quod dixit petentibus sedere ad dexteram & sinistra suam. *Nescitis quid petatis.* Hoc Matth. 20. est q; Moysi roganti: *Ostende mihi faciem: 22.* Ipse respondit: *Non uidebit me homo, & uiuet. Exod. 33. 13* Quid quaerentibus discipulis: *Domine si in 20.* tempore hoc resitues Regnū Israel? respon-dit: *Non est uestrum, nosse tempora, uel momenta, que Pater posuit in sua potestate.* Hoc est quod multis accidit, de quibus ait Iacobus: *Petitū, & nō accipitū, ed quōd m-lac. 5. 3.* lē petitū, vt in cōcupiscentiis uestris insumatis. Propterea monet Sapiens: *Sentite de Sap. 1. 1. 2.* Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quonia inuenitur ab his, qui non tentat illum; apparet autē eis, qui fidem habent in illū. Apparet (inquam) qui modō Luc. 24. 14 fidem habēt in illum. Sic duobus euntibus in Emaus, vt credebant, apparuit. Ita & Maria, quæ fidei mensuram tangens, vt uoluit excedere, ita prohibita est.

Discamus ergo nos pro modico nostro Deo adherere, & quod iustum est, petere, uel quod uideatur honestum. Ne te putes paruulū uas habentem, totū in te pelagus recepturum. Quia magis dilatemur, ampliora quæramus, ad perfectiora feramur. Retulit iam nobis uerba Domini Iesu: *Ascendo ad Patrem meum & Patrem uestrū, Deum meum & Deum uestrum.* Si Pater clemens, si Deus potens: Patrem habemus in cœlis, fratrem nostrum iuxta illum, qui homo est & Deus, Deus Pater cum Christo nos resuscitauit, conresuscitauit, & confedere fecit in cœlestibus, in Christo Iesu; quid adhuc terrena exoptamus? *Si con/surrexistis cum Christo, que sursum sunt Col. 3. 1.* quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, que sursum sunt sapite, non que super terram. Illuc aspirent homines, ubi uiuent corda eorum in sæculum sæculi. Amen.

MORALE.

15. **S**ap. 1. 3. **S**i probata virtus corripit insipientes; vt scriptum est in libro sapientiæ; quid quæso vehementius, quam Christi resurrectio corripit insipientiam nostram? An non illius maxima virtus per resurrectionem probata est? Iustus iudex bene operantibus reddit mercedem suam: clemens Pater pie postulantibus postulata concedit. Directa via ad ciuitatem ducit habitationis legitime certantes; parua victoria ipsos ornat palma, pace latificat, glorificatq; triumpho. Resurrectio Christi, merces laborum eius est, precum exauditiõ, semitarum terminus, & gloriosa bellorum suorum abundantiã; victoria Erat per se Christi virtus probata, quia vnde quaq; sancta, iustificata, ordinata apparebat & immaculata. Vnde confidenter dicebat:
- Ioh. 8. 46.** *Quæ ex vobis arguet me de peccato: Signa mirabilia, quæ ad hominum sospitatem & vtilitatem operabarur, testes erant locupletes suæ virtutis & iustitiæ. Vnde erant*
- Ioh. 8. 16.** *illa argumenta: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Si non esset hic à Deo,*
- Ioh. 18. 30.** *non poterat facere quidquam: sed conati sunt inimici eius in Passione hanc tantam, tamque claram virtutem obscurare, dicentes Pilato: Si non esset malefactor, non tibi tradidissimus eum. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori. Ergo resurrectio maculas has omnes aboleuit. Si resurrexit, dignus non erat morte, sed sanctus, innocens impollurus. Angelicos habet testes sua innocentia. Sanctum vocauit illum Propheta, quandò illius prædixit resurrectionem. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem; notas mihi fecisti vias vite.*
- Psal. 15. 10.** *Præcepit Moyses populo: Eriges in gente: lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius, Iordane transmissio: vt introeas terram, quam*
- Deut. 27. 2.** *Dominus Deus dabit tibi, & edificabit tibi altare Domino Deo tuo, & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo; immolabisq; hostias pacificas. Nunquid Christus Dominus non est altare istud magnum, simulq;*

holocaustum oblatum super eo in sua Passione? Nunquid candore calcis leuigatus non est in sua resurrectione? Cur sic dealbatus? Vt in illo appareat scriptura legis, quoniam in sua resurrectione tota in eo apparuit scripta Lex, omnis iustitia visa est in eo, qui sic legem omnem impleuit. Hacq; ratione probata est eius virtus. Facta scriptura hac in sancto altari, primum quidem benedixit Iosue populo Israël. Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta, quæ scripta erant in legis volumine. Lata fuit & data lex in deserto, scripta in lapidibus leuigatis; Iordane transmissio, in terra promissionis; Sanguis Christi, testamentum quod est lex, confirmauit. Resurrectio Christi, vbi apparent Angeli in vestibus albis, legem exarat planè ac lucidè, vt omnibus sit manifesta. *Resurrexit enim propter iustificationem nostram*

Quid scriptæ benedictiones, nisi certa quædam expectatio futuræ beatitudinis, si legem obserues, quandò qui legem impleuit, gloria & honore coronatus est? Quis itidem scriptæ maledictiones? vehemens increpatio insipientium, qui legem nõ custodiunt. Ideo venit spiritus, arguens iudum de peccato, de iustitia, & de iudicio. Quare de peccato? *Quia non crediderunt in me, ait Dominus.* Non credentibus, sed scandalu parientibus in eius passione, condescendit Christus, placidè locutus est, sed postquam resurrexit, qui nõ credit, iam iudicatus est. Quare de iustitia? *quia ego ad Patrem vado.* Vides instum sua iustitia exaltatum? Vides quanta sit iustitiæ virtus, quæ iustum glorificat: & iustitiam derelinquit? Quare de iudicio? *Quia Princeps huius mundi iam iudicatus est.* Si in resurrectione data est Christo omnis potestas in caelo & in terra. Ergo vltimus nõ est potestas tenebrarum. Ergo factu est iudiciu mundi, & is foras eiectus est, qui ante erat Princeps mundi. Et iudicatum tamen & damnatu tu sequeris?

O ergo quam verum est: *Probata virtus corripit insipientes: Quinam insipientes sunt? sapientia vacui, qui abiiciunt timorem Domini, in quo initium est & plenitudo*

tudo sapientiar. Hos non corripit probata
 virtus Christi: hos non redarguit resurre-
 ctio: non condemnat gloria Christi: Ex-
 11. 10. 38. plurimum tantum Filii Dei, vni perfecti, quem
 vixit Spiritus Sanctus non ad mensuram,
 non te punget, non te compunget, non te
 10. 35. 6 ad virtutem prouocabit: Heu, domus Re-
 chabitarum non bibit vinum, domum nō
 edificauit, sementem non seuit, vineam
 non plantauit, nec habuit, sed habitauit in
 tabernaculis, quia sic præceperat illis eo-
 rum pater. Hoc exemplo redarguit per Ie-
 remiam Deus populum suum. Et quid ad
 Christum, exemplum Rechabitarum? Ho-
 mo illis præcepit: Deus hic est ille, qui im-
 perat. Artissimam vitam ducebant illi.
 Sed quæ illa ad passionem Christi? Nobis
 tam ardua non præcipiuntur. Et Rechab-
 itæ obediētes fuerunt. Et nos rebelles,
 inobediētes, peruiaces sumus? Merito
 10. 37. 18. illis à Deo promissio facta est. Pro eo, quod
 obedistis præcepto Ionadab patris vestri, &
 custodistis omnia mandata eius, & fecistis
 vniuersa, quæ præcepit vobis. Propterea hæc
 dicit Dominus Deus Israel. Non deficiet vir
 de stirpe Ionadab filii Rechab, stans in con-
 spectu meo: unctis diebus. En obediētium
 retributio; in iustitiæ merces; en a labo-
 ribus resurrectio. Contra verò: Hæc dicit
 17. Dominus exercituum, Deus Israel. Ecce ego
 adducam super Iudam, & super omnes habi-
 tatores Ierusalem vniuersam afflictionem,
 quam locutus sum aduersus illos: eo quod
 locutus sum ad illos, & non audierunt: vo-
 caui illos, & non responderunt mihi. Christi
 resurrectio, quæ est obediētiæ fructus at-
 que virtutis, virtutem probat, & excitat il-
 lius præmium. At insipiens putat resurge-
 re, non præuia morte. sperat sine labore
 mercedem, gloriam sine virtute, & adhæ-
 rens terra ad caelum vsque posse peringere.
 10. 15. Insipiens tu, quod seminas, non vniifica-
 tur, nisi prius moriatur. Si autem mortuum
 fuerit, multum fructum afferet. Et velles tu
 12. 24. in deserto vineas, domos, lac, & mel: trās,
 transi prius per desertum. Iter expedias, la-
 13. 5. borem perface. Et introibis in terram, quā
 iurauit Dominus se daturum. Iurauit in-
 10. 9. 4 quam securus es. Iurauit Dominus, & non
 poenitebit eum. Certa te manet merces, si non

deficias. Hoc te docet resurrectio Christi.
 Hoc rursus te docet Christi resurrectio, Eccles. 3. 3.
 quod tempus est occidendi, & tempus san-
 nandi: tempus destruendi, & tempus ædi-
 ficandi: tempus flendi, & tempus ridendi:
 tempus plangendi; & tempus saltandi:
 tempus belli, & tempus pacis. Christus
 non dixit Mariæ. Noli me tangere, nondum
 enim ascendi ad Patrem meum? Ne tem-
 pus præuenias. Erit enim tempus cū tan-
 gere possis, tempus illud nondum aduenit.
 Nunc nobis tempus est occidendi, flendi;
 plangendi, destruendi, dimicandi. Veniet
 tempus, quale non fuit, tempus sanandi,
 ædificandi, ridendi, saltandi, & tempus pa-
 cis. Christus non præuenit passionem, non
 retardauit. Cum tempus fructuum appro-
 21. 34. pinquasset, misit Pater familias filium suum,
 ut acciperet de fructu vineæ. Tempus meum
 propè est inquit. Apud te facio Pascha. Matt. 27.
 Tertia die resurrexit à mortuis non prius,
 18. aut post, ut certa esset mors & vita. Vanum
 est nobis autē lucem surgere. Nouissimè
 veniunt virgines faruæ dicentes, Domine,
 Domine, aperi nobis. Qui seminant in la-
 25. 11. crymu, in exultatione metent. Et tu vis me-
 125. 5. tere quod non seminasti? colligere quod
 non sparsisti? mercedem accipere, quam
 non meruisti? Duritatem, & austeritatem
 Matih. 25.
 otiosus ille Domino impingebat talento-
 24. rum distributorum, quod mereret, vbi nō
 seminasset, sed falso. Seminat, qui talenta
 distribuit. At nos vellemus etiam sine o-
 pere comedere de ligno vitæ. Erat ista cō-
 ditio hominis instituta, non lapsi adhuc.
 Protulit terra herbam virentem, & lignum
 Gen. 1. 12.
 pomiferum faciens fructum. Nondum ta-
 Genes. 2. 5.
 men pluerat Dominus super terram, nec ho-
 mo erat, qui operaretur terrā, sed fons ascen-
 debat à terra, irrigans vniuersam superfi-
 ciem terræ. Sed transgressor factus audiuit:
 In sudore vultus tui vesceris pane tuo. La-
 Gen. 3. 19.
 boremus, colamus, seramus, tempore e-
 Gal. 6. 9.
 nim suo metemus, non deficientes. Audite
 querelam illam psallentis: Deus meus cla-
 Psal. 21. 3.
 mabo per diem, & non exaudies, & nocte;
 & non ad insipientiam mihi. Insipienter
 agerem, volens exaudiri sine prece; sed
 clamor meus die ac nocte ascendit ad te.
 Quamobrem ergo non exaudis? Ergo
 iultè

iuste doleo quod dereliquisti me.

19. Et non est magna illorum insipientia, qui impossibilia moliantur? Qui contra stultum calcitrant? Qui malefacientes bonum expectant? Qui de spinis vvas se arbitrantur posse colligere, & de tribulis ficus? later nunc eorum insipientia. Sed insipientia eorum (inquit Apostolus) manifesta erit omnibus. Putabar se Saul prudenter agere dum ad mortem persequeretur David, sed nesciebat se à Deo reprobatum, Davidem in Regnum susceptum. Et q. nō est, *Esth. 13. 9.* qui Dei voluntati resistere possit; conatur tamen, sed sicut stultē & iniuste, ita & frustra. Etiam Pharaō se cogitavit sapienter facere, si populū opprimeret Domini. *Venite* (inquit) *sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur. Et si ingruerit cōtra nos bellum, addatur inimicū nostrū.* Sed exitus declaravit vanitatem sensus sui, & insipientiam consilii sui. Et q. (vt dicit Isaias) sapientes consilium Pharaonis dederunt consiliū insipiens. Sed ad Saulem reuertamur, qui ore suo confessus est insipientiam suam: vbi prius tamen se arbitrabatur gerere sapienter. *Apparet* (inquit) *quod stultē egerim, & ignorauerim multa nimis.* O stulti & tardi corde, qui calliditatem pretenditis serpentis, patebit suo tempore insipientia vestra. An non stultus videtur, qui sementem iacit, veluti quod bonum est & utile, perdens? an non sapiens, qui cōgregat in horreum? Sed tempore messis apparet, q. qui non seminavit, stultē egit. En quā sapienter apparet Christus in resurrectione, qui veluti David stulticiam finxit. En quā stultē se gessit serpens, qui erat callidior cunctis animantibus. *Venite* (inquit Sapiens) *opprimamus iustum, ne forte is sit, qui calcaneo suo confringet capita inimicorum suorum.* Sed vna & insidiatur & conculcatur. Dum Christum insediatur, à Christo debellatur. Dum mortis imperium ipse extollit, mortis imperium Christus ab eo tollit. Sic est omnis, qui diligit, & operatur iniquitatē. Ergo probata virtus corripit insipientes. Christi resurrectio arguit insipientia, qui se persecuti sunt. *Scio, quia per ignorantiam fecistis.* Sed gloria resurrectionis, oculos illuminauit insipientium.
- 2. Tim. 3. 9.*
- Exod. 1. 10.*
- Isai. 19. 11.*
- 1. Reg. 26. 10.*
- 1. Reg. 21. 13.*
- Sap. 2. 10.*
- Sap. 1. 3.*
- Act. 3. 17.*

*Oculum, qui subsannat patrem & despici-
cis partem matris sua, effodiant eum corui, im-
do torrentibus, & comedant eum filii aquila.*
Oculos sublimes carpit Sapiens, qui & superiores contemnunt, & despiciunt aequales suos. Oculi sunt in alta erecti, qui, vt sunt oculi, dicunt se esse sapientes atq. videntes. Sed corui, & aquile volucres vilis acutissimi erunt illos: vera sapientia arguit horum superbiorum insipientiam: oculis meretur priuari, qui cæcus multam sibi attribuit prudentiam. *Nunc dicitur, Luc. 9. 4. quia videmus: Peccatum ergo vestrum manet.* Lumen vite, lux resurrectionis hos insipientes coarguit, obtenebrat, verē insipientes ostendit. Videre speculam hoc sine macula, & vestram deprehendens Luc. 11. 4. insipientiam. Quandō Christus de sua Passione loquebatur, discipuli non intelligebant, quæ dicebantur. Quandō mulieres annuntiant illis Christi resurrectionem, vilisunt ante illos deliramenta. Et vera fuerunt tamen omnia, & omnia sapientia plena. Christi aperta resurrectio omnia declarauit. Inspiciamus illam, & erimus sapientes.

FERIA II. PASCHÆ.

CONCIO PRIMA.

Vna Sabbati valdē diluculo, vsque. & abiit secum mirans, quod factum fuerat.

LUC. 24. 1.

ARGUMENTVM.

Ostenditur necessitas Resurrectionis Christi variis rationibus, & præcipue ad nos in fide tuendos. Ostenditur quā apta figura fuerit Ioseph Patriarcha ad Christum præsignandum. Hortamur, vt renuntiemus operibus mortuis peccati, vt vita gloria frui possimus.

SACRIS

SACRIS his diebus Resurrectioni Domini consecratis, circa letam ipsam festiuamque Resurrectionem mens fidelium, sicut & sancta Ecclesia letè festiueque versatur. Et postquam illum vere surrexisse audiimus, atque Mariæ Magdalena apparuisse; iam quid ad eam confirmandam dixerint Angeli, qualisve fuerit discipulorum dispositio erga mysterium hoc, ut sic pateat quonam modo ista benedicta Resurrectio patefacta fuerit & credita, intelligamus. Neque enim frustra sapiens inter difficilia captu vel intellectu, primam posuit viam Aquilæ in cælo; quæ in tanta aëris latitudine & vastitate, quo illum fert suus naturalis instinctus, altè volat aëra perliquida, nec quisquam est hominum, qui quò pergere velit, possit præconicere, aut ab ea confectum iter valeat designare. Aquila nostra Christus est, qui resurgens, iam non pedibus ambulat super terram, sed quasi volans à voluntate portatur, quocunque vadit. Neque valuit quisquam præuidere, quam viam hoc itinere tenere voluisset. Quis enim putasset, quòd vni mulieri se prius voluisset demonstrare, quam Apostolis? quòd duobus discipulis euntibus per viam ante Apostolos expectantes? quòd non Petro, & Ioanni, quando cucurrerunt ad sepulchrum, atque in illud introierunt? sed soli Petro postmodum seorsum ab aliis? Ergò sicut Aquila prouocans pullos suos ad volandum, & super eos volitans; erigit Dominus mentes nostras ad tanti tamque gloriosi mysterij intentam contemplationem.

De qua Resurrectione duo potissimum videntur consideranda. Primum est, quòd Christus verè in se resurrexit; quòd facit ad stabiliendam fidem nostram. Secundum est, quòd in nobis quoque, videlicet in credentium multitudine resurrexit; quòd facit ad componendos mores nostros. Primum igitur, videatur Resurrectionis Dominicæ certitudo ac firmitas. Videtur enim Dominus hoc in ea declaranda, videtur & Ecclesia in ea prædicanda, hominibusque proponenda, maxime

spectare, opus nimirum certis indicis, irrefragabilibusque testimoniis confirmandum ac sustentandum. Erat per se resurrectio mortuorum procul à sensibus nostris, & à consuetò naturæ cursu; ut qui naturam sequuntur, rerumque supernaturalium imprudentes sunt, eam prorsus impossibilem iudicarent. Vadè & quidam Paulum audientes Athenis in Areopago de resurrectione mortuorum dissentem irridebāt. Verè enim omni virtuti naturæ impossibile est, quæ semel corrupta sunt, ea prorsus restaurari, & redire. Quin & inter Iudæos credentes diuinam potentiam, & sacram scripturam acceptantes, in qua certa fit de resurrectione mortuorum mentio, erat Sadducæorum hæresis, qui dicunt non esse resurrectionem, super quo articulo tentauerunt Christum, casum proponentes, in quo septem fratres eandem mulierem habuerant uxorem secundum legem; quibus dixit ipse; *Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei.*

Ibique per scripturas docet esse resurrectionem mortuorum. Vidisse verò hominem tanta passum, tam crudeliter interemptum, cumque mox rediuiuum credere, sanum, integrum, immortalem, gloriosum, res erat operosa, mentique humanæ admodum laboriosa. Passum fuisse, & crucifixum, & mortuum, neque Iudæi negabant, neque pagani, qui potius stultitiam arbitrabantur, quòd mortuus prædicaretur, & quòd in mortuum credere oporteret ad vitam æternam adipiscendam. De resurrectione poterat dubitari. Hanc impugnabant Iudæi, pagani irridebant. Ablata resurrectione, langueret prædicatio, fides titubabat; *Si resurrectio mortuorum non est, inanis est prædicatio nostra, inanis est fides nostra.* Inquit Apostolus.

Quanta tamen sit eius necessitas, manifestum est. Nam quis in mortuum credat? Quis ab eo, qui vitam non habet in se, vitam expectat? Quis ex charitate mortuum arbitretur, cui mors dominatur? Necessitatem potius diceretur illum occidisse, quam charitatem illum impulisse, ut animam per se suam ipse poneret, ut eam iterum

Act. 17. 32.

Matt. 22. 26.

Marc. 12. 18.

Luc. 20. 27.

1. Cor. 15. 14.

Ioan. 10. 18.

- iterum fumeret. Populum illum primum credere oportuit, tantam esse Dei virtutem, ut mortuos suscitaret. Erat quippe in Ægypto veluti mortuus, non minus quam adolescentior filius missus in villam, ut pasceret porcos, ubi etiam fame laborabat extrema; de quo propterea dixit Pater:
- Luc 15. 32.** *Mortuus erat, & reuixit.* Hanc propterea virtutem præstendit Deus apparens in flamma ignis de medio rubi. Vbi videns Moyses quod rubus arderet, & non combureretur dixit: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Quod sit ignis in spinis, & spinæ non comburantur; visio profectò magna est: nam facile spinæ propter eorum subtilitatem comburuntur. Sed visio ista maior certe est, propter id, quod significabat, quod videlicet sustineret Deus, sua præsentia atque protectione, populum infirmum in fornace ferrea Ægypti, & non consumeretur in eius flamma atq; oppressione. Sepe circumdederat vineam suam ex spinis contexta; quantam flammam contra eam excitauit Ægyptus, eam dissipare non valuit, & ita non destruxere sepe eius: sed erat ipsa sepes ignita, virtus pungens, insuperabilis. Vnde alibi postea dixit: *Ego ero eis murus ignis.* Omnipotens sermo tuus Domine, de caelo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminii terram proficiuit, & stans repleuit omnia morte. Sermo omnipotens, nunquid non est verbum virtutis, in quo, & non in solo pane viuit homo? Vixit in hoc populus, dum mortuis propter ipsum primogenitus Ægypti, dimissus est de feruitute. Rubus est, quem si tangas, pungit; Ignitus est, ut comburat aduersarios, & suos protegat.
- Exod. 12. 29.** Scriptum est enim: *Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se.* Hebræa volunt clypeum de Deo dici; non de sermone. Sed eodem recidit. Sermo Dei ignitus est, actiuus, potens. per illum Deus quasi clypeus protegit in se sperantes. Hic est rubus ignitus, in quo ignis significat virtutem protegendi. An ista non est resurrectio quædam? eruisi animam meam ex inferno inferiori. Canebat, quia non esset permissus in illum cadere; sed populus

iam ceciderat in infernum hunc inferiorem, propter afflictionem amaram nimis, qua premebatur. Et inde mirabiliter eductus est resurgens. Flamma comburens montes, rubum non consumpsit. Extrema oppressio populum non destruxit. Sed sermo ignitus, ut hunc protegeret, opprimens ipsos dure flagellauit.

Hoc voluit Deus intelligi, ut crederent, ut sperarent, se posse liberari. Addidit propterea nomen suum Deus. Nam interrogante Moysen ac dicente: *Eccè, ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus Patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, quod est nomen eius; quid dicam eis.* Dixit Deus ad Moysen. *Ego sum qui sum, auti. Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. Dixitque iterum Deus ad Moysen. Sic dices filiis Israel. Dominus Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem, & generationem.* Quis non miretur sapientiam Scripturarum? Virtutem suam hic Deus, qua etiam posuit à mortuis suscitare, intendit declarare, ut credat populus se à Deo tantæ virtutis liberandum; propterea se vocat Deum Abraham, Isaac, & Iacob, quo nomine, teste Mattheo 23. ipso Deo Christo, probatur resurrectio, ut quod rubus ardens signo signabat, hoc idem significaret nomen sua significatione. Hoc ut euidentiùs esset, se nomine essendi potius nominat. *Existens sum, & hoc à me ipso, qui ceteris propterea sum existendi causa, ut semel, sic & iterum, & sæpe possum ego, quæ non sunt, facere ut sint, & quæ destructa sunt, restaurare, atque adeo mortuos suscitare.* Quod cum facturus sim cum patribus vestris, quos ego suo tempore à mortuis excitabo, & vobiscum modò, qui estis filii eorum, faciam, educens vos de tantis malis, & de morte potissimum, qua vobis intentat Pharaos, occidens infantes vestros, quibus interemptis, & vos deniq; omnes deficiatis, ut ultra non sitis super terram. Quod ut certius credatis, mirò illum ad vos, qui de morte illa liberatus est; quem propterea Moysen volui appellari, ut illius iam præsentia perpetua me-

moria certi sitis, me præstiturum, quod vobis promisi. Sexcentis in scripturis Deus appellatur, Deus Abraham, Isaac, & Jacob.

Christus autem primam hanc sumpsit appellationem, quæ de rubo facta est. Dixit enim ut refert Marcus. *De mortuis quod resurgant, non legis in libro Moysi, super rubum, quomodo dixit illi Deus, inquiens: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob?* Tunc ergo potissimum se Deus mortuos suscitantem declaravit, quando populum suum a morte illa tremenda erat liberaturus, & allerturus in libertatem. Quamobrem & ab Ezechiele noua quadam generatio appellatur liberatio illa. *Quando natus es; & in die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus.* Principium enim populi fuit in terra Chanaan, ubi habitauerunt patres eorum, antequam descenderent in Ægyptum. Et quoniam vitia secum traxerunt Chananæorum, dicit quod umbilicus eius non est præcisus, nec omnino separati moribus a Chananæis. Quod subdit: *Proislaes super faciem terra in abiectione animæ tuæ in die, qua natus es.* Intendit afflictionem, qua oppressa est in Ægypto; quo tempore veluti nascebatur erescens. Et quoniam non permisit eam interfici, ut moliebatur Pharaon, subdit: *Transiens per te, vidi te conculcari in sanguine tuo.* Et dixi tibi: *Vive.* Dixi (inquam) tibi *In sanguine tuo vive.* Alludit ad infantes, qui nascuntur, sanguine ac turpibus humoribus infecti. Confusio enim & opprobrium, quod populus patiebatur in Ægypto, hic est sanguis, in quo conculcabatur. Exprimat deinde Propheta, quomodo multiplicata fuit Synagoga, quomodo liberata, & quomodo cum Deo desponsata, quando videlicet legem ab eo accepit, promittens illam obseruare. Si autem Resurrectio est regeneratio, ut loquitur Christus, cur non resurrexit populus iste, quando noua generatione Deus illum produxit, ut esset populus suus? Ergo tum merito Deus se nomine illo appellavit, quo mortuorum probatur atque demonstratur Resurrectio.

Quando verò Christus vnquam suam

Tom. II. Bellmans.

Resurrectionem commemoravit, nisi ubi de sua Passione loquebatur? Neque enim resurgit, qui non prius cadit aut descendit. Nunquid qui dormit, non adiciet, ut resurgat? inquit Psalmista. Quinimo temporis vinculo coniungebat vtraque. *Tradedent gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.* Non vadit vna sine altera. Qui ad ima non venit, ad alta non vadit. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit: qui ascendit, ipse est, & qui descendit. Sic enim habet Apostolus: *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terra? Qui descendit, ipse est, & qui ascendit.* Quemadmodum itaque re coniuncta sunt, ita eorum commemoratione non separantur. Ita simul vtraque cogitatione etiam comprehendimus, ne tribulationibus frangamur eorum fructum intenta menta prospicientes. Pro populo suo primitus hoc Deum præstitisse vidimus, de Resurrectione loquentem, quando eos fuerat de malis erepturus. Pro nobis idem facit. Christus Resurrectionem cordibus nostris fixam esse vult, ut etiam in ventre cæti simus, cum Ionas peremus euomens, & in lucem denique crumpendos, siue erepturos, dicentes: *Ad extrema montium descendi, terra venter conclusit me in æternum. Et subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.* Profundum tangit, ad quod ceciderat, dum ait. *Ad extrema montium descendi;* nempe ubi radices habent, qui non minus descendunt subter terram, quam super eandem ascendunt. Difficultatem resurgendi tangit, dicens. *Terra venter conclusit me, quasi terra quidam sit carcer venter clausus, in quo ipse fuisset conclusus, adeo ut ibi debuerit esse in æternum.* Erat & locus corruptionis, quo debuit ipse corrumpi, nempe venter cæti, ubi quæ mandunt, corrumpunt per digestionem omnia. Sed cum his omnibus subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Hoc præstat Christi Resurrectio. Scientibus nobis, quod si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & Resurrectionis, si fuerimus socii Passionis,

A a a a a

fionis,

fionis, erimus & consolationis.

7 Hæc est causa quamobrem in Psalmis suas, & tribulationes & consolationes, ita renuntiat, ut non de nobis minus, quam de seipso loqui apertum sit. Voluit enim ea ratione suam Ecclesiam instruere, ut sciret se, ut est corpus Christi, capiti suo esse configurandam, illud secutura cum in aduersitatibus, tum in prosperitatibus, quibus in rebus aded esset cum illo coniuncta, ut verba, eas res sonantia, æque de vno atque de altero vera esse comprobarentur. Quo demum fieret, ut nostrum vnusquisque his eisdem verbis se se videret instructum, quam ratione vitam suam componeret, vbi se vidisset verbis illis delineatum. In hunc finem tertium Psalmum explicemus: *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me.* Vbi tria facit: Narrans primum, quid illi aduenerit. Secundò, quid in futurum facturus sit. Tertio, inde trahit generalem conclusionem pro populo Dei. In primo tribulationes suas commemorans, dicit, multos contra illum insurrexisse, tanquam qui non à Deo protegendus esset atque saluandus; eamque tribulationem morti, quam somnum vocat, assimilat. De qua tamen Deus illum rogantem eripuit.

Psalm. 3. 1. Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? Cum admiratione exorditur narrationem suam, qua quæ mala patitur exponit. Domine, ad te effundo sermonem & precem meam. Te compello, cuius providentiæ videtur aduersari, quod iusti ab iniquis male habeantur. Tu solus petitioni meæ vales satisfacere, tu solus meam soluere quæstionem. Nolo cum hominibus quaestum facere, ne forte scandalizem eos, nec ab eis tamè quidquam consequar emolumentum. Domine, quæ causa est, quamobrem multiplicati sunt, qui tribulant me? Fultra iste si peccasset, causam quaereret suæ tribulationis, quæ causa iam esset manifesta. Vox igitur ista, vox iusti est, qui ab iniquis, quorum maximus numerus est, impetitur, qui ad suam tribulationem amplificandam per querimoniam illam pronuntiat, multosque esse se insectantes, eosque sic pernicaces, ut audeant

dicere: *Non est salus ipsi in Deo eius.* Mala ista duo frequentissima sunt, videlicet quod multi sunt honorum persecutores, & putantes Deum non esse illorum protectorem. Primum est, quia multi sunt mali, ut ex toto patet mundi cursu; & Christus dixit, quod multi ambulat per viam perditionis. Isti ut mali sunt, oderunt iustum, quia (inquiunt) *inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris*: & audet persequi, quod à Deo arbitrentur illum derelictum. Sic Sennacherib Ezechia insulcabat, quod in Deo confideret; sic dicens per nuntios suos populo. *Non vobis tribuas fiduciam Ezechias super Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus.* Sic impius apud Sapientem: *Circumueniamus iustum, qui Filium Dei se nominat. Si enim verus est Filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum.* Sic Iudæi ad Crucem Domini: *Confidit in Deo, liberet illum nunc si vult.* Sic in Psalmo de dicitur: *Insidiatur, ut rapiat pauperem. Dixit enim in corde suo; oblitus est Deus. Avertit faciem suam, ne videat in finem.* Non putat impius, quod Deus sit iustorum protector, tutor pupillorum, custos viduarum, quod erigat elisos, & viuificet mortuos. Audent persequi probos, quasi à Deo derelictos, dicunt enim: *Non est salus ipsi in Deo eius.* Propterea necessaria est Resurrectio, qua ostenditur vana impiorum presumptio; Idè sequitur: *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Susceptor, quia erigit ab oppressione: gloria, quia adiutor: operanti enim bonum, gloria debetur. Adiutori ergò nostro debetur gloria. Exaltans caput meum, quoniam sic eripit ut etiam glorificet. Tribulationem deinde somnum nominat. *Ego dormivi, & somnum cepi.* Per somnum mortem intelligi, & per mortem magnas tribulationes in diuinis litteris manifestum est. Repetio illa, Dormivi, & somnum cepi, rem exaggerat. Maxima igitur est eius tribulatio, quod multi in eum insurgentes, nec iudicia DEI timentes inuaduntur in illum; à qua tamen ereptum se facit, subdens: *Et exurrexi. Excitatus sum* (inquit)

Inquit, à somno illo mortis, & exterminij: quoniam Dominus, qui est susceptor meus, suscepit me.

8 Vt ad secundum transeamus, sciendum quod Hebrais est, suscipiet me, quibus futurum tempus interdum quandam significat consuetudinem illius actus, vel debitum, quod comprehendit omne tempus, præteritum videlicet, præsens & futurum. Sicut quando Abimelech dixit ad Abraham: *Qua non debuisti facere, fecisti nobis.* Hebraea lectio habet, quod non fiet, fecisti nobis. Vnde etiam potest trahi mysterium ab eo, quod dixit Deus: *Ego sum qui sum.* Sic dices. *Qui est, misit me ad vos.* Quoniam in Hebraeo sic habetur. *Ero qui ero.* Sic dices. *Ero, misit me ad vos.* Vt intelligatur per futurum comprehensum omne tempus, quo significatur aternitas, quæ omni tempori coexistit. Per hoc ergo, quod dicit, suscipiet, innuit, quod Deus illi semper præsto adest, suscipiens à somno tribulationis. Noster interpretis dixit, in præterito *suscepit*, accomodans locutionem communi loquendi modo, & Christo potissimum, qui à mortuis excitatus est à Patre. Sed dum dicitur *suscepit*: semmo aptatur & Ecclesie quoque, & cuique fidelium, quibus Deus semper adest, vt eruat à malis. Atque ita quod dicitur: *Dormiui, & somnum cepi*; non de Christi morte solùm intelligitur, sed de omni angustia Ecclesie & fidelium, à qua Deus in se sperantes eripit semper.

9 Quo fit, & intelligitur, quod Christus in Psalmis de sua morte agens, & de sua Resurrectione, vna simul complectitur suorum afflictiones, & liberationem ab eis, ita nos certiores faciens atque nos à malis eruendos esse, atque ipse ereptus est à Deo, qui suscitauit illum à mortuis, & exaltauit dextera sua: Propterea Paulus talera suam tribulationem commemorans, qua dicit: *Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt taderet nos etiam viuere subitit.* Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitauit mortuos, & de tantis periculis nos eripuit, in quo speramus; quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus &

uobis in oratione pro nobis. Quibus in verbis tria licet considerare: Primum est, quod Apostolus tribulationem suam mortem prope deputat: dicit enim: *Ita vt taderet nos etiam viuere.* Et responsum mortis habuimus. Sic proxime ad nos accessit mors, quasi illam videremus, & nos alloquentem audiremus: quo factum est, vt iam certo sciremus, ab ea nos tribulatione humanitus egredi non posse, sicut nemo perse potest seipsum à mortuis excitare, ac propterea in solo Deo esset fiducia nostra. Secundum est, quod mortuos suscitare, & è periculis tantis liberare vna coniungit. In solo (inquit) Deo fideremus, qui suscitauit mortuos, & de tantis periculis nos eripit: Vt innuat, quod cum tribulatio illa sit mortis imago, ab illa erueret, est à mortuis suscitare. Tertium est, quod ereptionem hanc à periculis ad tempora omnia distendit. Eripuit, & eruit, & adhuc eripiet, quo tertio isto comprobatur, quod sumpsimus ab Hebrais, videlicet quod futurum illud, suscipiet, tempus omne concludit. Duo vero præcedentia demonstrant, per mortem tribulationem maximam designari, ac propterea liberationem ab ea, quandam esse veram Resurrectionem. Ex quibus demum sequitur quod vna Christus, & suam Passionem, mortemque, & angustias nostras, atque molestias eisdem verbis Psalmi comprehendit, simulque & suam à mortuis suscitationem, & nostram à periculis, & malis ereptionem. Vnde certi essemus atque nos à Deo liberandos, atque ipse liberatus fuit, vt cum illo dicere valeamus: *Non timebo milli apopuli circumdanti me.* Certissimum enim habeo præsidium orationem: nam voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo; propterea & nunc rogo. *Exurge, saluum me fac Deus meus,* neque vt antefacere consueuisti: *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisisti.* Quæ confirmat Apostolus, dicens: *Deus vero & Dominum suscitauit, & nos suscitabit.* Nescitis quod corpora vestra membra sunt Christi? Nuncquid diuisus est Christus, vt inter diuisiones Deus transiens vnâ suscitaret,

Aaaaa 2 altera

Gen. 20.9

Exod. 3.14.

1 Cor. 1.8.

Psal. 3.7.

1. Cor. 6.14.

1 Cor. 1.13.

Eph. 4. 8. altera demissis ab sit. *Vnus Dominus, una fides.* Ergo si corpora nostra membra sunt Christi, sine nobis Christus à morte non redibit ad vitam; sed qui illum suscitauit, & nos suscitabit.

10 Psal. 3. 9. Sed iam ad tertium, quod est conclusio generalis. *Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.* Quod Domini sit salus, iam demonstratum est cõtra aduersarios, dicentes: *Non est salus ipsi in Deo eius.* Ergo in quacunq; aduersitate non est desperanda salus, quando quidem non hominum est, qui sæpe fallunt, qui non semper possunt, nec præsto sunt auxiliaturi;

Psal. 110. 4. sed Domini est, qui potens est & misericors, qui non dormitabit, neque dormiet, qui est protectio nostra super manum dexteram nostram; valens ipse, quod non valemus ipsi cum omnibus viribus nostris. Ergo tandem super populum tuum benedictio tua: maledicent illi, & tu benedicis; *Qui Num. 23 8*

Psal. 108. 28 *insurgunt aduersum me, confundentur; seruus autem tuus letabitur.* Adducat Balac Balaam ad maledicendum, & frustra conabitur, & dicere cogetur: *Quomodo maledicam, cui non male dixit Deus? Doleat Balac: Ut malediceres inimicis meis vocauite, & tu è contrario benedictio? Tantum potest benedictio Domini, vt mala in bona conuertantur, vt inimicitia fiat gratia, vt persecutio sit victoria, vt ipsamet mors cedat in vitam.* Sis tu populus Dei, sis tu membrum Christi: aduersetur tibi sine causa,

Psal. 2. 19 *& Christus dicit: Odi habuerunt me gratis, id est, immerito, tunc sta in gradu tuo, tunc inuenies viuentem cum mortuis, Angelos in sepulchro, in umbra mortis lumen vite, & gaudium in tribulatione. Sed videamus, quomodo in fructu multo proli sua Christus sit resuscitatus.*

SECUNDA PARS.

11 *Quis non miretur, quod Moyses benedicens Ioseph dicat: Qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazarai inter fratres suos.* Quis quæso est qui apparuit, & in rubo dicat: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: quo nomine vt veritas explicauit, probata est resurrectio mortuo-*

rum. Non est enim Deus mortuorum, sed viuorum: omnes enim viuunt ei. Mortui sunt quantumcunque in se ipsi: Deo viuunt omnes. Sed quare non Deum se omnium vocat, sed Deum dundaxat Abraham, Isaac, & Iacob: quia speciali modo isti viuunt ei, quoniam illos suscitatus est ad vitam æternam. Si autem vis scire quis sit Nazarus, vade cum mulieribus ad sepulchrum, & inuenies Angelum dicentem: *Is qui crucifixus, surrexit, non est hic.* Qui apparuit in rubo, vbi Resurrectionem præostendit, seq; solus est, qui potest mortuos viuificare, iste Deus Patris venit super caput Nazaraei. Sed cur, quæso, & Ioseph vocat, & Nazaraei? si de Nazaraeo est quæstio, audi sanctum Matthæum Euangelistam: *Veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazarus vocabitur.* Scias nihilominus illos secundum legem dici Nazaraeos, qui se Deo per votum consecrassent, quorum consecratio potissimè erat in capite, quod radi non poterat. *Omni (inquit) tempore, separationis sua nouacula non transibit per caput eius, vsque ad completam diem, quo Domino consecratur. Sanctus erit cruentus casarie capitis eius, & infra. Si mortuus fuerit subito quisquam coram eo, pollicetur caput consecrationis eius.* Nazar Hebræis est separare. Quæ Domino separabantur, Sancta vocabantur; propterea Nazarus Sanctus dicitur. *Vnus inuenitur Nazarus perpetuus, qui ab ortu suo vsque ad obitum, Domino esset consecratus Samson, dicente Angelo ad matrem eius: Concepit, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula; erit enim Nazarus Dei ab infantia sua, & ex matris utero.* Quod vero Samson Domini fuerit figura, maxime in Resurrectione, omnibus persuasissimum est. Vt merito auctor Resurrectionis, qui apparuit in rubo, veniat in vertice istius Nazaraei Domino consecrati. In capite (inquam) vbi potissimè erat consecratio. Qui quamuis ex eo quod conceptus est in Nazareth, ibidemque habitauit, eam vocans ipsamet patriam suam, ex eo tamen in primis erat & à Prophetis vocatus Nazarus,

raus, quoniam Sanctus erat, Domino cō-
 feceratus & separatus: vt nihil aliud præter
 ea, quæ Dei sunt, ageret. Pro qua re car-
 sanem quoque Nazarenorum non conser-
 uauit. Id quod satis aperte innuit Euange-
 Mat. 2. 23. lista Matthæus, dicens, quod per Prophe-
 tas vocatus fuerat Nazareus, quod profes-
 sio expressum non habemus nisi in Iacob
 Gen. 49. 26. & Moysē benedicentibus Ioseph, sed
 Sanctum futurum Dominum Prophetam
 Gen. 33. 16. omnes confitentur. Qui tamen vt sic & ab
 aliis diceretur, habitauit in Nazareth. Nā
 si patria spectetur, Nazarenus potius di-
 cetur, quo nomine etiam Pilatus, & im-
 mundi illum spiritus appellarunt. Angelus
 verò, vt cum Moysē conueniat, qui Naza-
 reum vocat, cum Deum notat auctorem
 vitæ & Resurrectionis simul & Nazare-
 num vocat, & illum resurrexisse testatur.
 Mar. 1. 24. Cui consonat figura Samsonis Resurre-
 ctionem Domini, sua virtute & fortitudi-
 ne præfigurantis, qui Samson solus scribitur
 perpetuus fuisse Nazareus.
 12. Illustra verò mysteria explicabimus, in-
 quirentes, quam obrem ista Prophetia Iac-
 cob videlicet & Moysi facta sunt in be-
 nedictione Ioseph, non autem Iuda, de cuius
 Tribu ortus est Dominus noster. Vbi
 primū meminerimus, quod in rubo Deus
 iuberet Moysi vt dicat, Deus patrum vestro-
 rum, Deus Abraham. Ratio? Quare enim
 se dicit prius Deum patrum populi? Vt
 Resurrectionem Patrum ad filios exten-
 dat, tum vt notet, quod quemadmodum
 patres suscitabit, æquè & filios, tum vt
 notet, quod in hoc suscitavit patres, quod
 semen eorum multiplicat. De patre, filium
 erudiente, dicit Sapiens: *Mortuus est Pa-
 ter eius, & quasi non est mortuus*: similem
 enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit,
 & lætatus est in illo. In obitu suo non est
 contristatus. *Gratum cadens in terram,*
 Cor. 15. *moriens, visus est*: vt docet Apostolus,
 viuificatur autem non in se, sed in fructu,
 quem multum affert, quam vitam Apo-
 stolus vocat Resurrectionem. Mortui er-
 go Patres populi, quasi non sunt mortui
 viuentes in filiis suis, qui similes sunt illis,
 dum conuertantur corda patrum in filios
 & filiorum ad Patres. Hoc modo & Chri-

stus resurrexit, iuxta quod scripsit Iſaias:
*De angustia, & de iudicio sublatu est: ge-
 nerationem eius quis enarrabit? quia ab-*
scissus est de terra viuentium. Quia (in-
 quit) mortuus est, idè de angustia per
 resurrectionem liberatus est, non autem
 in se solo, sed in prole eius, quæ tanta erit,
 vt non possit enumerari. Ad quod decla-
 randum post subdit: *Si posuerit pro pecca-*
to animam suam, videbit semen longeuum
 Iste sunt gentes benedictæ in semine Abra-
 hæ, in quibus ipse Abraham excellentissi-
 me resuscitauit. Si enim tanquam mor-
 tuus viuificatus est, quando ob senectutē
 erat corpus velut emortuum, & emortua
 simul vultu Saræ, genuit tamen Isaac, in
 quo vocatum est illi semen, num nō mul-
 to magis excitatus est à mortuis, quando
 verè mortuo ipso sic multiplicatum est se-
 men eius, vt in eo benedicerentur omnes
 nationes terræ? Apostolum audiamus.
Abraham est pater omnium nostrum (sicut
scriptum est) patrem multarum gentium
posui te ante Deum, cui credidisti, qui
uiuificat mortuos.

Num ergo & Christus non resurrexit
 in multitudine credentium, in qua viuunt
 & regnat? Resurrectionem sui in seipso
 prædixit Iacob benedicens Iuda: *Requie-*
scens accubisti, vt Leo, & quasi leona, quis
suscitabit eum? Resurrectionem in gene-
 ratione sua inenarrabili, & prole innume-
 rabili vaticinium præostendit in benedi-
 ctione Ioseph. Illa, quia verè fuit in cor-
 pore, quod realiter ex Iuda processit, & de
 femore eius, Iudæ ipsi tribuitur, ex cuius
 semine corporaliter ortus est Dominus
 Iesus. Hæc secunda fit per spirituales ge-
 nerationem, qua Christus granum mor-
 tuum reuiuiscens, multum fructum affert.
 Merito itaq; ad aliam Tribum transferetur.
 Ex qua multitudo ista filiorum, in qua re-
 surgit Christus, non venit corporaliter.
 At quare adhuc electus est Ioseph? O di-
 uinā Sapiaentia scripturarum. Filij isti tunc
 generantur, quando fiunt iusti. Inuenias
 mihi modò vnū ex duodecim filiis Iacob,
 vnde sunt duodecim tribus, qui in Scriptu-
 ra iustus sit appellatus præter Ioseph. Audi
 Salomonem in libro Sapiaentia de Sapiaen-
 tia: *Hæc*

- Sap. 10. 11.** *tia: Hac venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, descenditq; cum illo in foueam, & quis aliorum fratrum specimen, a què iustitia fuit atq; Ioseph?* Accusauit fratres apud partem, de crimine pessimo, quod odio haberet iniquitatem, patienter fert se à fratribus vendi. In seruitute fidelis fuit Deo, fidelis Domino suo. En quomodo probatur iustus; Fuit Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens, habitauitq; in domo Domini sui qui optimè nouerat Dominum esse cum eo. *Benedixitq; Dominus domui Ægyptij propter Ioseph.* An
- 39. 7.** non iustus, qui recusatit stuprum uxoris
- 45. 1.** Domini sui? An non iustus, qui clementer indulgit fratribus suis, qui vendiderant illum, & illis familiarique eorum diligenter prouidit? Nil tale de aliis leges. Castimoniam specimen valdè ad hoc mysteriū facit, quæ hominem Angelis similem facit. Vnde quia in Resurrectione neq; nubent, neque nubentur, erunt similes Angelis Dei, vt meritò cum de spiritali Resurrectione agitur, ille ex duodecim eligatur, qui inter fratres suos, atque præ omnibus illis castitate præfulsit. Vnde habet Prophetia; *Veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos:* quasi dicat: Super verticem illius, qui solus inter fratres suos vel maximè fuit Nazaræus.
- Num 6. 4.** Quomodo autem fuit Ioseph Nazaræus, quando mos & lex Nazaræorū nondum erat in vsu apud homines? Nazaræis maximè vinum, vna & quicquid ex vinea fuisset, inhihebatur & hoc seuerè, adeò vt dicat lex: *Quidquid ex vinea esse potest ab vna passa vsq; ad acinum, non comedent.* At
- Prou. 20. 1.** Salomon dicit: *Luxuriosa res est vinum:* &
- Eph. 5. 18.** Apostolus dicit, in vino esse luxuriā. Castitas virginalis Ecclesiæ Christi seruabatur. At apparet tamen castimoniam in Nazaræis potissimum emicare debere, sic strictim à vino prohibentur. Et vnde Samson Nazaræus ille insignis consecrationem amisit capitis sui, nisi ex castimoniam despectu? Castissimus ergò Ioseph meritò ante etiam Nazaræorum institutionem Nazaræus vocatur à Jacob, quæ laus nulli aliorum fratrum tribuitur, quando

Num 6. 4.

Prou. 20. 1.

Eph. 5. 18.

Iud. 16. 1.

Gen. 49. 26.

ex eis plurimi de opposito castitatis arguuntur. Nam dicit Scriptura, quòd Ioseph erat cum filiis Balæ, & Zelæ uxorum patris sui, & accusauit fratres suos crimine pessimo. Ecce Nazaræus inter fratres suos, castus inter incestuosos. Poterat hic Scriptura dicere, & accusauit eos. Sed dixit. Accusauit fratres suos, quia fortè erant & alij fratres in eodem crimine, præter filios ancillarum. Sed maximè, vt sibi mutuo concinerent Scripturæ, quarum vna dicit. Accusauit fratres suos, quibuscum erat. Altera. Super verticem Nazaræi inter fratres suos. Neq; volo pretereire, quod duo insigniores inter ceteros omnes, Ruben & Iuda de fornicatione culpantur. De Ruben enim scribitur: *Abij Ruben, & dormiuit cum Balæ concubina Patris sui, quod illum minimè lauit.* Pro quo sic punitus est, vt in benedictione filiorum dixerit Iacob: *Ruben primogenitus meus: effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* Iudam verò concubuisse cum Thamar nuru sua, quæ scortum arbitrabatur, Scriptura etiam narrat. Nec adduci possum, vt vacare purem mysteriò, quòd narratio dictæ fornicationis Iudæ interrumpat seriem historiae Ioseph. Quo fit, vt post narratum in castum Iudæ, immediatè subiiciatur castimonia Ioseph. Videantur capite Gen 37. in quo inchoatur historia Ioseph 38. in quo est narratio fornicationis Iudæ, & scelerum suorum filiorum, & 39. in quo reditur ad historiam Ioseph, & ponitur illius castitas singularis. An non videtur Christus transire à Iuda, à quo ortus est in se corporaliter, ad Ioseph, à quo ortus est in filiis suis actibus spiritualiter?

Sed in Ioseph dispiciamus Resurrectionem quādam, qui morti appropinquant, dicentibus fratribus suis: *Venite, occidamus eum.* An non mors seruitus mortis grauior, cui à fratribus traditus est? An non mors calumnia mulieris aduulteræ infamantis innocentem? An non mors diuturnus carcer, & ingrata obliuio pinceris, vnde carceris miseria ulterius ad annos vsque duos producta est? Non leuiore mortis ista, quam illa quas Apostolus passus

passus est, qui idcirco se fuisse scribit in
 Cor. 11. mortibus frequentes. Si autem mortes sunt
 hae, non erit ab eis ereptio, & erectio, Re-
 surrectio: Resurrexit ergo Ioseph, quando
 Sapientia in vinculis non dereliquit illum:
 donec afferret illi sceptrum Regni, & potē-
 tiam aduersus eos, qui eum deprimebant,
 & dedit illi claritatem æternam, Pharaone
 illum constituente super vniuersam terram
 Aegypti, danteq; illi annulum quem tulit
 de manu sua, illumq; vocante lingua Aegy-
 ptiaca Saluatorem mundi. Merito qui re-
 surrexit, & exaltatus est in multorum sa-
 lutem populorum, adeo vt vocaretur Sal-
 uator mundi, veri Saluatoris mundi figura
 est, cuius salus, extensa vsque ad extre-
 mum terræ, est illius Resurrectio in gene-
 ratione ventura, factus Pater futuri sæcu-
 li. Hoc enim in primis figura ista specta-
 re videtur. Vbi nomen Ioseph, quod aug-
 mentum significat, effectum nominis.
 Nam sic est ipse auctus, vt duæ ex eo Tri-
 bus constituerent Ephraim & Manasse.
 Et Prophetia intentio infinitam istam
 prolem, in qua viuunt Christus & regnat,
 spectare videtur: eam enim sic concludit
 Gen. 35. 17. Moyses: Quasi primogeniti tauri pulchri-
 tudo eius: cornua rhinocerotis cornua
 illius, in ipsis ventilabit Gentes vsque ad
 terminos terræ. Hæ sunt multitudines
 Ephraim, & hæc millia Manasse. Taurus
 fortis ad pugnandum & generandum. Pul-
 chritudo ergo Christi, qua resurgens splen-
 det, est ad subiugandum gentes, vsque ad
 extremum terræ: quas dum subiicit, ge-
 nerat, vt sint filij eius. Sicut erant filij
 Ioseph Ephraim, & Manasse, & illorum
 Tribus. Ideo dicit, hæc, nempe Gentes il-
 lus virtute subactæ, sunt multitudines
 Ephraim, & millia Manasse. Quæ magna
 illius fortitudo assimilatur rhinoceroti
 vnicorni. Quam Apostolus, vt habea-
 19. mus, rogat, vt det Deus illuminatos ocu-
 20. los cordis nostri, vt sciamus quæ sit su-
 21. pereminens magnitudo virtutis eius in
 22. nos, qui credimus secundum operatio-
 nem potentia virtutis eius, quam opera-
 tus est in Christo, suscitans illum a mortuis,
 & constituens ad dexteram suam in cæle-
 stibus, supra omnem principatum & pote-

statem, & virtutem, & dominationem, & omnia
 subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit
 caput super omnem Ecclesiam. En fortitu-
 do illa, qua suscitatus est Christus. Et ex-
 altatus, subiicit omnes gentes sub pedibus
 illas sibi asserens in populum, qui est Ec-
 clesia & generatio ventura, & populus
 acquisitionis, id est acquisitus, & genera-
 tus ab eo in hac singulari sua regeneratio-
 ne, qua ipse formatus est in fidelium cor-
 dibus. En ratio singularis, cur in hac re-
 surrectione Christus per Ioseph est figura-
 tus. Supra cuius caput venit qui apparuit
 in rubo, vbi se suscitatorum declarauit sic-
 ut Patrum ita & filiorum.

Quid putas, Moyses vult videre visio-
 nem istam magnam? quid putas, intelli-
 gens ibi adesse presentem Deum abscon-
 dit faciem suam, non audent aspicere con-
 tra Deum? quid putas, iubetur soluere cal-
 ceamenta de pedibus suis? Magna visio ista
 est, in qua videtur à fine vsque ad finem;
 à principio, in quo mortuus est homo, ad
 finem vsque: vbi mortua mors erit, &
 plene restituta vita, qua homo in sui ini-
 tio fuerat destitutus. Magna visio, quana
 videre debent omnes: quoniam ad omnes
 pertinet, qui mortui indigemus resur-
 rectione. Magna, in qua agitur de summa
 rerum, quæ est mors & vita; mors omnis,
 vita omnis, & temporalis, & æterna. Ma-
 gna, vbi abscondit Moyses faciem suam,
 quæ lex ad tantam claritatem non dedu-
 cebat. Magna, ad quam maxima cum re-
 uerentia debemus accedere; his contenti
 mysterijs, quæ Deus nobis reuelare dis-
 posuit. Solue homo, qui accedere concu-
 piscis, morticina pedum tuorum, brutalia
 sensuum tuorum, vino pede ac nudo
 tange terram, quæ sancta est, vt sis parti-
 ceps veræ Resurrectionis. Mens iam re-
 surgat torpida. Moyses pascebat oves Ie-
 thro foceri sui: dimisit hanc passionem, v-
 bi de resurrectione & liberatione populi,
 audiuit arcana verba. Vbi factus est mi-
 nister huius liberationis. Hoc est quod
 facere debetis, si mors vobis est odio, de-
 siderio vita, abnegari impietatem, & secu-
 laria desideria atq; negotia.

Paulus Apostolus, si bene intellexistis,
 scribit,

scribit eadem virtute Deum in nobis operari, qua operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis. *Qua* verò id ratione: omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Caput illum constituit, dum nos sub illius subiecit pedibus. Cuius erit ipse caput sine corpore. Quodnam erit corpus sine capite: eadem ergo, quæ caput constituit, format corpus; & quæ corpus subiecit, caput exultat, ut sit vnum corpus & vnus spiritus. Et eorum corpus simul & occidat, & oriatur; moriatur, & viuatur; cadat, & resurgat. Mortuus est Christus, & mortuus est peccato, ut & nos cum illo commortui simus & hoc peccato. Resurrexit Christus, ut & nos simul viuamus, cum illo ambulantes in nouitate vitæ. Mortuus est in seipso pro nobis tamen, ut & nos cum illo moriamur, quod cum facimus, moritur ille in nobis. Vixit in seipso resurgens, & hoc etiam pro nobis, ut & nos cum illo viuamus; quod cum facimus resurgit ipse in nobis, & viuat. Hæc est resurrectio prima. *Propterea* se nobis viuentem declarauit, ut iam non simus mortui, sed cum viuente viuamus. Resurrectio ipsa sua, spontanea fuit; Dicebat enim: *Pono animam meam, ut iterum sumam eam.* Illum licet suscitauerit Pater, ipse tamē a se sumpsit iterum animam suam, quam a se posuerat & deposuerat. Et nos quoque, debemus animas sumere; Virtuti diuina nos suscitanti assentiri. Audio enim illum in Ezechiele: *Cum auerterit se impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam uiuificabit.* Creans, non requisit a nobis, num esse vellemus; propterea, quod ubi non erat esse, neque erat & velle. At mortuos nos excitaturus, clamat: *Audite, & uiuite; nam qui audierint uiuent.* Ergo audiamus & viuamus: *Qui iustus est, vita uiuet.*

17 Nos, nos ipsi, nos ipsos aut occidimus aut uiuificamus. Illud sine Deo, istud cum Deo, & à Deo. *Apposuit tibi aquam & ignem: ad quodcunque uolueris, porrige manum tuam:* ait Sapiens. Tu, tu ipse porrige manum ad quod vis, ad ignem comburentem, vel ad aquam refrigerantem.

Ante hominem vita & mors malum, quod placuit ei, dabitur illi. Hæc & tibi placebit mors? & non magis vita? placeat tibi vita, uelis uiuere, & dabitur tibi quod vis. Qui apparuit in rubo Deus, qui suscitauit mortuos, ueniat super caput Ioseph, & super verticem Nazarei. Benedictio Domini super caput iusti. Virtus potentia suscitantis super verticem Nazarei. Sis iustus, sis Nazareus, & erit tibi vita. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uetus. Caro corrumpit, in se corruptibilis est. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: si secundum carnem uixeritis, moriemini. Propterea qui apparuit in rubo, suscitans mortuos, est super caput Ioseph iusti, qui non secundum carnem uixit, sed carnem mortificauit. Ille est Nazareus, qui abstinet à uino carnem suam, quod est res luxuriosa.

O mors in carnem tua est potentia, in rem corruptibilem est regnum tuum. Propterea dominatio tua in generatione & generationem; quoniam homo caro est; uiuens secundum carnem, carnem nutriens & fouens, & præbens illi concupiscentias suas. Si mortes fuerint pater Ioseph, an non magis hominum culpa: Quare fratres oderant, nec poterant ei quidquam pacificè loqui, quia plus carnis amabatur à patre, quia illius somnia eius exaltationem portendebant. Diabolus propterea iustos odit, quia illos uidet à Deo esse dilectos; quoniam inuidet eorum exaltationi, & hæc est causa, quam obrem necem ac mortem illorum meditatatur. Tu, tu homo attende tibi. Tibi à Deo promissa est exaltatio, tibi resurrectio, tibi gloria; non in somnis, non in umbra aut in figura; aperte audisti: *Si quis mihi ministrauerit honorificabitur.* *Beati pauperes, quoniam ipsorum est Regnum caelorum. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.* Inimicus tuus tabescit inuidia, & ardet, querit hunc tuum ascensum impedire, mittens in circuitum ueterem, expolians tunica talari & polymita, deprimens ad terram, uirtutibus spolians. Tu, tu, caue ab hoc inimico tuo,

no, rebuſq; te ſerua ſecundis. Ioseph pa-
 riens contra odium, contra amorem, pru-
 dens, mortem culpa ſuperavit, nec ſcelere
 offenſus, nec delectus concupiſcentia. Tu
 dimica à dextris & à ſiniſtris. Sis Naza-
 reus, vtab occasione abſcondaris, vtab
 illecebra elongeris, vino te temperas; quin
 magis à vino, & ab omni quod inebriare
 potest abſtineas: Hoc est, illi cuitare, que
 illicitum ad peccandum. Quod si etiam ce-
 cideris in peccatum, surge velociter, nè
 in illo delecteris, quoniam ipsa peccati ſe-
 quitia maximè reſurrectionem impugnat.
 Scriptum est enim: *Qui exultant in malis,
 conſeſcunt in malo.* Proverbium est autem:
*Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam
 cum ſenuerit, non recedet ab ea.* Quid est,
 non recedet ab ea? non reſurget, non vi-
 uet, morietur in peccato ſuo. Mulieres in-
 trocuentes in monumentum, viderunt iu-
 uenem ſedentem in dextris, coopertū ſtola
 candida. Iuuenis est, qui vetustatem ab-
 icit peccati. O Ioseph iuuenis, quin magis
 adoleſcens, verè coopertus ſtola can-
 dida virginitatis & puritatis, vt Angelus.
 O mulieres, iustum est, vt vos confortio
 gaudeatis iuuenis celeſtis, ad delendam
 infamiam ſexus veſtri, quam contraxit à
 muliere, que moleſta erat adoleſcenti Io-
 ſeph, ſtuprum reſuſcitant. Pallium infelix
 illa abſtulit à Ioseph, qui veſtem perdidit,
 ac perderet caſtitem. Angelus ille veſter
 coopertus est ſtola candida, que est Ange-
 lica Puritas, quam ſi apprehendatis, nec
 fugiet iuuenis, nec manebit expoliatus. O
 vinam tale haberent & viri conſortium
 & mulieres; angelicè viuerent, & quid-
 uis porius perderent, quam virtutem, quā
 iuſtitiam, quam caſtitem. Ioseph, & po-
 pilus regionem Gabaon ſatius arbitrati
 ſunt perdere, quam religionem iuramen-
 ti, quod præſtiterant, quamuis impruden-
 ter. Heu nec quidquam volumus perde-
 re, neq; etiam ipſis rebus noſtris contenti
 ſumus, ad alienam ſubſtantiam aspira-
 mus, non ementes aromata ad vngendum
 Ieſum, ſed aliorum bona vſurpantes ad fo-
 uendam carnem noſtram, ad demulcendū
 mentem, ad ſequendam, & nutriendam
 concupiſcentiam; procul propterea à re-

Tom. II. Bellintani.

reſurrectione, morti appropinquantes. Nos
 ergo magis ſapientes has mulieres imita-
 tes, noſtra præbeamus in obſequium Chri-
 ſti, vt cum muliere forti rideamus in die
 nouiſſimo, reſuſcitati ad vitam æternam,
 quam nobis concedat, &c. Amen.

Pro. 31. 25

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

*Exemplum Marie Magdalene proponi-
 tur ad perſeuerandum in hono & ad
 ſuperandas viriliter difficultates. In
 hoc Euangelio, quidquid moraliter
 conſiderari poteſt, perpenditur. Inue-
 hitur in fine contra peccatores.*

NON ſine diuini numinis cō-
 ſilio atq; prouidentia factum
 videtur, quod Salomonis
 Prouerbia monitione con-
 cluderentur vnius mulieris,
 ac mulieris in communi expreſſa laude.
 Dicuntur quidem verba Lamuelis, qui
 communiter intelligitur Salomon, qui ta-
 men ſic illa deſcribit, vt à matre illi pro-
 nuntiata. Dicuntur autem viſio, id est ora-
 culum diuinum, ne propterea quod à mu-
 liere profecta ſunt, parui à nobis fieret aut
 contemnerentur. Qui ergo in ſuis pro-
 uerbis hominum ſtatus omnes inſtituit,
 hic in fine matris eruditionem ſubiungit,
 cuius occasione poſtea mulier in commu-
 ni laudatur, dum dicitur: *Mulierem fortem
 quis inueniet? procul & de vltimis ſinibus
 pretii eius* Quæ propterea ſatis congruit
 hodierno myſterio; Vbi completa vita
 mortali Domini Ieſu, noua inchoatur, &
 ex eo poſſimum, quod in ſecundo docu-
 mento prohibetur vinum dari regibus,
 morientibus autè iubetur ppinari. Quod
 ſecundum myſticum ſenſum docet, prin-
 cipibus, qui Chriſtum crucifixerunt, alla-
 tum vinum, quod latet cor hominis,
 quod tamen propinatum est morientibus
 & mulieribus, & diſcipulis. Illi audito,
 quod

Pro. 31. 1.

Pro. 31 10.

Bbbbb

quod Dominus surrexisset, magno sunt timore affecti. Hi verò, qui amaro erant animo, gauisi sunt maxime. Et de qua muliere vera est laus illa, si non de istis vera est, de quibus scribit Lucas Euangelista: *Vna sabbati valdè diluculo venerunt mulieres ad monumentum.* Si ergò non dubitauit Salomon Sapientissimus matris monita sedulò suscipere, atque vt mulieris ea describere, num aut pudel: ita pigebit, tam laudare mulieris exemp^a sequi; cuius laus in his potissimum fulget mulieribus; quæ nobis hodiè & ad consolationem proponuntur & ad instructionem. Hoc itaq; vt præstemus, diligenter attendamus, quid de illis scriptum sit.

2. Vsa Domini morte, & quomodo corpus eius traditum fuisse sepulturæ, illico emerunt aromata, vt venientes vgerent illud. Sed quoniam festo die sabbati prohibebantur, sabbato quidem siluerunt, id est quieuerunt, quo præteritò, mox vt illis licuit, nempè *prima sabbati valdè diluculo, venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata.* Quo docemur exemplo, vt non tardemus conuerti ad Dominum, eaq; in illius prestare obsequium, quæ ad nos pertinent, siue ex cõmunilege, siue ex functione speciali aut occasione. Salomon erga proximũ quoq; hoc iubet præstare: quanto igitur magis erga Deum?
- Prou. 3. 28. Ne dicas (inquit) amico tuo: vade & reuertere: cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Suo tempore quæq; facienda sunt, & tũ maxime, quando, si differas opus, non perficitur congruenter. Iosue capturus atque deleturus oppidum Hai, sicut diuersa in loca exercitum distribuit, ita quid illorum quisque facere debuisset, & quo tempore, præcepit omnibus. Ij vero potissimum, qui in insidiis latebant, dato signo, surgere habuerunt, quando populus Hai persequens, qui fugere seungebant, existet è ciuitate rotus, & ab ea recessisset. Leua itaque
- Ios 18. 18. Iosue (sic à Domino iussus) clypeum contra urbem Hai, & insidiæ, quæ latebant, 19. surrexerunt confestim, & pergentes ad ciuitatem, ceperunt & succenderunt eam.*
- 1. Cor. 5. 14. Indigenti nõ est subsidium differendum, sed mox deferendum: caritas vrget nos,*

cur differas: an quia piget dare: sed *hilarem dator è diligit Deus.* Vbi dilatio sine ratione est, ad quid illa? sed Deus maxime promptos nostros exoptat animos.

Ratio postulandi exitũ de Ægypto hæc fuit populo, vt viam trium dierum pergerent in solitudinem, & sacrificarent Domino Deo suo. Et voluit tamen sibi Phasè immolari in ipsomet Ægypto. Simul atq; Noè de arca exiuit, ædificauit altare, & obtulit holocausta. Christus resurgens mane, apparuit Mariæ Magdalene. Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia. Ergò sapientem audiamus: *Initiũ sapientiæ, timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, cum electis foemina graditur, & cum iustis, & fidelibus agnoscur.* Docet enim timorem Domini, qui vera sapientia est ipsaq; virtus, deberi citò, quantum possibile est, haberi, ac si in matris ventre inchoaret: progressus autem illius datur electis foeminis. Nam foemineus sexus mollior, defectiue magis aptus. At inter foeminas quoque aliquæ sunt viratæ, inter alias electæ, quæ fortitudinem induentes constanter agunt, togantes cum Iudith; *Confirma me, Domine Deus, in hac hora.* Agnoscitur tandem, quia non deficit, sed vsq; in finem durat cum iustis & fidelibus. Fideles in scriptura dicuntur, qui permanent & non deficiunt. Cum his ergò, qui in iustitia firmi sunt, suum vigorem ostendit atque virtutem. Videtis itaque eiusmodi esse timorem Domini, vt debeat tempestiue coli atque exerceri. Hoc docent suo exemplo mulieres, quæ *mandè diluculo venerunt ad monumentum.*

Quæ vt erant electæ, etiam docent in eodem timore Domini nos habere progressum. Graditur enim cum electis foeminis Veniunt ad monumentum, & non inuento corpore, id renuntiant discipulis, qui comites illuc venientes, illũ non inueniunt, sed rursus abierunt ad semetipsos. Non sic reuertentes mulieres susceptum omittunt negotium, & idè Angelos vident, qui dicunt illum viuere. Vides timorem Domini gradi cum electis foeminis? Vides inter illas mulierem fortem, quæ sic virili-

viriliter perseverat, ut digna habeatur, cui appareat Christus? Deponamus fragilitatem, confirmemus infirmitatem, debilitatem vigoremus. Scriptum est enim: *Seror nostra parua est, & vbera non habet. Quid facimus sorori nostre, in die qua alloquenda est? Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea. Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrina.* Anima parua est, quia tenella, & debilis. Vbera non habet ad nutriendum opus, ne deficiat, tamen alloquenda est, non semper teneri, aliquando oportet dure scire, crescere, proficere, grandescere. Non despicitur debile principium, expecta tu, ut nubilus sit, ut viro, Deo videlicet, possit coniungi. Hoc ut fiat, quid opus est illi? Murus, & ostium, veluti principium boni obstant, ne quis ingrediatur ad dissipandum id, quod iam factum est. At verò si parua est, debilis est murus & demissus; fragile est ostium, ut facile confringatur. Quid ergo? super murum adificemus propugnacula ad repellendos hostes; ostium, nouis additis tabulis, fortificetur. Sint propugnacula argentea, ut decorem induant, & fortitudinem. Cedrinae sint tabulae, magna, grossae, fortes. *Fortitudo & decor sit indumentum eius, byssus & purpura vestis illius, ut sit cum pulchritudine & potestate magna, ut hostes repellat longius, pacemque ferat protinus.* Iam tranterat Iosue cum populo Iordanem. Iam dissolutum erat cor Chananaeorum timentium introitum filiorum Israel: tunc princeps exercitus Domini, quem Michaëlem putamus, apparuit Iosue euaginatam tenens gladium. Ad quid, nisi vt animam accenderet ipsius, sciens sibi auxilium adesse caeleste? ergo confortetur cor nostrum, viriliter agentes in obsequio Christi, aderit ipse, ut valeamus in virtutibus progressum facere.

Ad hoc habemus Sapientis documenta dicentis: *Omne opus corruptibile, in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo.* Omne opus electum iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. Opus corruptibile, est opus carnis; de quo Paulus: *Manifesta sunt autem opera*

carnis, qua sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, venesicia, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixa, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrietas, comessationes, & haec similia. Opera ista corruptibilia sunt, quoniam aliquando deficient vna cum operatore. Verum, nonne & corruptibile est opus virtutis, quod coeptum intermititur? Si iustus auertus à iustitia, ad iniquitatem se conuerterit, quid illi prodest bonum initium? Si Deus factis operibus suis vsque ad quintum diem cessasset, homine non formato, qualis esset mundus iste? Num diceretur igitur: *Perfecti sunt caeli & terra, & omnis ornatu eorum?* Quae utilitas, si fundamenta iacias domus, & ibi sistas, non vltra progrediens? Quid si plantata arbore, & modico tempore enutrita, ante fructum illam succidas? si succideris, succideris. Si definis, deficiet tu ipse. Si opus bonum intermititis, te ipsum ad locum malum mittis. At opus electum iustificabitur. Apparebit sua iustitia, ut iustum probabitur; & qui illud fuerit operatus, honorabitur in illo. *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt:* inquit Iacobus. Ecce probamus sedulitatem harum mulierum, ecce illas ipsas honoramus nos; honorauit & Christus, honorauerunt & Angeli, honorat Euangelium, Ecclesia, populus omnis Christianorum. *Honorabitur* (inquit) *in illo.* In virtute, in iustitia, in opere iustificato honoratur operator; non in sanguine, non in diuitiis, non in egregie gestis secundum carnem; in opere iustificato. *Gloria & honor* (inquit Apostolus) *omni operanti bonum.* Ergo bene sequitur Sapiens: *Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur.* Beatus non est, qui sapientiam aggreditur modò; sed qui in illa morabitur, moras in illa traxerit, qui intenta mente illius iustitiam meditatur, attendens videlicet, quam iusta, quam decens, quam rationabilis sit: quoniam qui sapientiae videt pulchritudinem & pretium, illam conseruare studet & conatur. Ex quo fit, quod pergens, dicit Sapiens: *Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens, vadens post illam*

Gen. 2. 1.

Iac. 5. 11.

Rom. 2. 10.

Eccl. 14. 22.

23.

Bbbbb z

illam quasi inuestigator. Vt qui rei nouit pretiositatem atque præstantiam, ita ad illam consequendam studium adhibet. O si sciremus sapientia, quæ est vera virtus, valorem, decorem, vigorem, quid vrillius essemus compotes, non præstaremus? *Beatus*

24. *ergo qui excogitat vias illius. Et quid additur? Et in viis illius consistens: qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens.* (Analogicè loquitur) quasi persona aliqua sit sapientia, cuius studiosus querit illam, vias illius inuestigans, & vt ad illius venerit domum, ibi sistens, respicit per fenestras, vt illam videat, & ad ianuas intentus, illam audit loquentem; & oculo & aure cupiens haurire sapientiam. In quo vt proficiat semper, inde vt non recedat, ibidem constituit sibi tabernaculum, Petri instar, qui dicebat: *Bonum est nos hic esse, faciamus hic tabernacula.* Idem pergit Sapiens: *Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palmam* (quo sustentetur tabernaculum) *statuet casulam suam* (id est tabernaculum) *ad manus illius* (id est ad latus.) Iam fructum audiamus huius perseverantia: *Et requiescens in casula illius bona per auum;*

26. *statuet filios suos sub tegmine illius; & sub ramis eius morabitur: protegetur sub tegmine illius à femore, & in gloria eius requiescet.* Per quæ omnia intelligit, bona magna à Sapientia proficisci, quæ & per filios intelliguntur, quasi fructus sapientia, intelligiturque protectio & gloria permanens. Quod Sapiens verbis, moribus mulieres istæ sanctæ nos docuerunt, quærentes ipsam Dei Sapientiam Christum.

6. *Sed heu focordia & oscitantia nostra! Stupet Sapientia, vnde veniat mulier fortis, imò si inueniatur. Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus pretium eius.* In sexu muliebri, qui mollis est, debilis, & inualidus, magnum nimirum, si vna ex tot millibus fortis inueniatur. Sed inuenta, pretii est inestimabilis, æque ac rara, quæ procul ac de ultimis finibus afferuntur. Sed non admirabilior longe res, quod etiam inter viros pauci reperiantur fortes? multi debiles, focordes plurimi, errantium atque deficientium innumera-

bilis multitudo? Virum (inquit Salomon) *de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.* Num ergo minus mirabile est, quod ex multis viris paucissimi inueniantur, quam quod ex multis mulieribus aliquæ inueniantur fortes, viratæ, veræ virtutis? Vbi beatus est vir, qui in sapientia morabitur; imò qui illam querat, quæ sit illius inuestigator? Parcant nobis Petrus & Ioannes, qui à mulieribus prauenti & moniti cucurrerunt quidem ad sepulchrum; sed mox non inuento corpore Domini, iterum abierunt ad semetipsos. Homines, qui aliis erant feruentiores à mulieribus superantur, quæ incessanter quærentes, quod quærebant, ad voluntatem inuenerunt. O qui in terrenis soliti estis, sapientiam querite, Christus sit vobis cordi, salutem meditamini. Estote fortes, constantes estote; causam auferte formidinis & infirmitatis. Vna transgressio Achan totum populū infirmauit, in mente prostrauit. Superati ab hostibus propter illam, sic mente consternati sunt, vt scriptura dicat: *Pertimuit cor populi, & in superbia aqua liquefactum est.* Vitiū vitians corumpit, inflectit, eneruat, emollit, vt quæ affimiletur timidum hominis cor. Virtus vires addit, virilitatem donat, viros vere facit, & viratæ quoque facit mulieres. Vnde adolescens Dauid & puer, & fortis factus, & audax, vt non timeret gigantem, vt illum audacter aggredere? Dominus erat cum illo, virtutes virum faciunt viribus præditum atque pollentem. Multa infirmitas vbi dominatur iniquitas? propterea multi infirmi & imbecilles; vt ait Apostolus; caro infirma vitii præualere non potest: Quod peccant homines, carni dant crimini: quare? quia carnales sunt, secundum carnem ambulant, & ponunt carnem brachium suum, non os habens virtutem. Propterea ruit tanta multitudo peccantium, quibus non surrexit Christus, non est deposita carnis infirmitas, non acceptus spiritus virtutis. Carnem itaque istam infirmam deponamus, & induamur virtute ex alto.

SECUNDA PARS.

DE mulieribus illis sanctis, quæ valde
diuicula venerunt ad monumentum
 dicitur, quod venerunt portantes, quæ pa-
 raauerant aromata: Quæ est instructio no-
 stra, vt nullam perdamus otiose temporis
 partem, & quod in simplicitate cordis que-
 ramus Dominum, vt à sapiente monemur.
 De mulieribus istis scribit Lucas Euange-
 lista: *Subsecuta mulieres, quæ cum eo vene-*
runt de Galilæa, viderunt monumentum, &
quem admodum positum erat corpus eius, &
reuerentes paraauerunt aromata & un-
guenta, & sabbato quidem sruerunt secun-
dum mandatum: Vna autem sabbati valde
diluculo venerunt ad monumentum, por-
tantes quæ paraauerant aromata. Vbi pri-
 mum fides eorum apparet & constantia;
 neque enim in Christo crucifixo scanda-
 lum passæ sunt, vt retrocederent, quasi di-
 centes: *Nos autem sperabamus, quod ipse re-*
gnaturus esset; hinc enim vna illarum dixe-
 rat: *Dixi ut sedant hi duo filij mei, vnus ad*
dexteram tuam, & alius ad sinistram in re-
gno tuo. Et ecce frustrata spes nostra. Mor-
 tuus est enim, non accepto regno. Non
 huiusmodi fuerunt illarum cogitationes;
 sed viso monumento eiusque sepultura,
 reuerentes paraauerunt aromata & unguen-
 ta; quod postulat occasio, perficiunt, nihil
 omittunt, quod ad Christi obsequium fa-
 ciat eo tempore. Parant aromata ante sab-
 batum; portant illa post sabbatum. Ingre-
 diuntur monumentum, vt vngant illum,
 ibi non inuento, quaerunt vbi sit. Ab An-
 gelis intellecto, quod viuat, id renuntiant
 Apostolis & cæteris omnibus. Reuertun-
 tur denuo ad sepulchrum, quaerentes quem
 diligebant, quem denique visum viuum
 adorant, tenentes pedes eius; omnibusque
 id notum faciunt. An non in his verificatur,
 quod de muliere forti scriptum est:
Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non in-
digebit? Vir sciens se mulierem habere vir-
 tutis, confidit in ea, nullam de illius siue
 diligentia admittens suspicionem. Chri-
 stus autem videns fidem illarum, seduli-
 tatem & strenuitatem, non debuit in eis
 confidere? sedula mulier sic domui prospici-

cit, vt non viro sit opus aliena conseq-
 uere spolia, habens in domo sua sufficientia si-
 bi. Si quid indignisset Christi corpus, id e-
 rat aromatum & vnguentorum perunctio.
 Ecce id in promptitudine animi præsti-
 tum ab his mulieribus.

Nos ergo, quod nostrum est faciamus.
 Moyses doceat populum, & sit illi dux in
 deserto. Iosue, doctum inducat in promi-
 sam terram. Persequentes hostes strauit
 Moyses: obstitentes & resistentes Iosue
 superauit. Perfecit iste, quod ille promisi-
 tum. Christum aut mortalem aut mortuam
 vngere non possumus, sed non propterea
 ab illius obsequio nobis vacandum est:
 nec deest quod ad illius voluntatem face-
 re debeamus. A documento, quod mater
 sua dedit Salomoni, & nos quod nostrum
 est discamus perficere. Quid inquit illa?
Aperi ostium tuum, & cauis omnium filio-
rum, qui pertranseunt: Aperi os tuum; de-
cerne quod iustum est; & iudica inopem, &
pauperem. Mutuum vocat, qui causam ne-
 seit suam defendere: tu supple quod illi
 deficit; quod idem facias in causis omni-
 um mortalium, qui vt filij hominum pertran-
 seunt ob mortalitatem continue. Nemini
 desis, omnibus succurre. Transitus iste
 mortalitatis, omnibus indigentiam indit.
 Poteris ergo semper benefacere, & vbi
 maxime opus est, ibi in primis porrigere
 manum tuam. Semper quod iustum est,
 decerne, pauperibus vero potissimum, iu-
 dicium tribue atque iustitiam. Quis est
 homo, qui non possit benefacere alicui?
 Deo seruire: sibi attendere: absolute bene-
 facere?

Lex vbi agnum offerre præcipiebat pau-
 peri condescendens subiungebat. *Si non po-*
terit offerre agnum, sumet duas turtures, &
vel duos pullos columbarum. Si multum,
 multum; si modicum, modicum: & vt scias
 quod modicum illi placet, pauperum ob-
 latio fuit, quam Virgo in sui purificatione
 obrulit Domino; & duo minuta Viduæ
 plus placuerunt, quam quæ de abundantia
 sibi ab aliis offerebantur. Plus dico: vbi
 quod tuum est feceris, etiam animi prom-
 ptitudo pro opere computatur. Sic obla-
 tio Isaac facta à Patre Abraham, sic vnctio

Bbbbb 3 ista

Cap. 1. 1.

Luc. 23. 55.

Mat. 27. 1.

Luc. 8. 5.

Luc. 11.

Gen. 22. 12.

Luc. 2. 24.

Luc. 21. 2.

8
 Exod. per
 torum.
 Ios. per to-
 tum.

Pro. 31. 8.

9.

9

Leuit. 5. 7.

12. 8.

Luc. 2. 24.

Luc. 21. 2.

Gen. 22. 12.

2. Cor. 8. 12. ista mulierum. Nam & voluntas pro eo quod habet, accepta est, non pro eo quod non habet, vt docet Apostolus. O quantum possemus animi promptitudine apud Deum in veritate mereri. Cor petit Deus; illud si dederis, vere te totum dedidisti; quæ in ditione tua posita non sunt, dedisti, quia cupis omnia Deo seruire. Quod Ios. 10. 13. ad iussionem Iosue steterint Sol & Luna, donec vlciferetur se gens de inimicis suis, argumentum est, à Deo etiam pro facto haberi, quod in illis obsequium desideramus ac molimur. Si effectus iussionem illam Iosue secutus non fuisset, suspicio fuisset, ne forte illa Deo non placuisset, sed temeritati tribueretur. Obediente Domino voci hominis, perspicuum est, maxima etiam ausa si vero zelo sint facta, illi non esse ingrata. Zelabat Iosue Dei gloriam, populi victoriam & pacem. Hinc Sapiens: Ec. 46. 5. *An non in iracundia eius impeditus est Sol, & vna dies, facta est quasi duo?* Pro iracundia zelum intellige, quo exarsit contra inimicos Dei. Ad hunc ausum excitauit illum Deus ipse, dum super hostes misit lapides grandinis de cælo. Inde enim concipiens hoc esse opus Dei; Deumque summopere exoptare, vt se electissimi illi abolerentur, non dubitauit Deo rogato, Soli & Luna simul præcipere, vt starent. Exaudiuit illum ergo magnus & sanctus Deus, vt Sapiens loquitur, vt nobis notum esset, ea etiam Deo placere, quæ petopræmus ad illius voluntatem fieri, etiam si facultati non subint virium nostrarum. Quod etiam in mulieribus istis exploratum est, quæ venientes vt vngerent Iesum, lapidem sciebant obstare, quem tamen reuoluere impares se esse testantur ab ostio monumenti. Sapientiam si tite concupiscas, eam consequeris. Opera Sapientia vniuersa perficere non datur omnibus, non ideo tamen sapientia fructus minuuntur. Nam vnusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem. Num & mens concupiscentes, & ardens desiderio virtutis, non modicum laborat? Quin vide mulieres has cupientes mortuum vngere. Viui ipsius spectu & tactu donatas, plus multo caratione consequentes, quam cupiebant, sperabant, & expectabant. Si enim, qui videtur mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo, quanto magis qui zelo Dei ductus cupit magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, existimabitur apud Deum illa complese modo, vt Abraham, id totum quod est in sua potestate expleuerit, sicut mulieres istæ, quæ emerunt aromata, parata portauerunt, vt venientes vngerent Iesum.
- Sicut vires omnes, ita tempus omne in Dei obsequium præstare docent nos mulieres istæ. Visa Domini sepultura, illico à superuenienti Sabbati festo impeditur, aromata sibi comparauerunt. Secundum vero legis mandatum Sabbato ipso quæuerunt; mox autem vt prima dies à Sabbato superuenit, quod cogitauerant, operi curant mandare. Nam & de muliere forti, vbi scriptum est, quod *confidit in ea cor viri sui*, ibidem subiicitur: *Reddet ei bonum.* Et non malum omnibus diebus vitæ suæ. Iure (inquam) confidit in ea cor viri sui, quandoquidem iuxta illius confidentiam ipsa reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. Neque diu solum, verum noctu quoque. Nam de nocte fureto deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Noctu prouider pro die, domesticis victum tribuens pro die, quæ & opera ab illis perficienda statuit. Nam, pro cibariis, potest ex Hebræo intelligi pensa operum, hoc est dicere, singulis cum cibo vna dispensat quid quisque in illa die operaturus. Hoc quod dicit, prædam, intellige escam, quam etiam Hebræa dicitio significat. Hæc est nostra instructio, vt tempus nullum otiosi prætereamus. Nam etiam de muliere illa ait Sapiens: *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* Vbi etiam non obsequens natura, quæ noctem quieti deputauit ac somno, supplicens subintrorat ars. Sol occubuit, lucerna accendatur. Occidit ille, ista non extinguitur. At non & hoc nos docuit Iosue Solem à suo impediens progressu, dum plenam de hostibus referret victoriam? Solem tu sistere non vales, lucernam accende. Eiusmodi est opus

est opus tuum, vt lucerna sit satis. O tempus inaniter expensum. Si mater filium monet: *Ne dederis mulieribus substantiam tuam*; quamobrem tu & vanitati, & iniquitati tempus impendis, quod omnibus pretiosis pretiosius longe est? *Quid dilecte mi: quid dilecti vteri mei: quid dilecte vortorum meorum.*

O sermonis blandities, ad animum illicendum. Pro dilecte, ibi ter positum, semper, fili, habent Hebraea. Filium vocat, filium vteri sui, id est corporaliter valde coniunctum; filium vortorum suorum, inuens quoque animi spiritua-lem coniunctionem, in quem videlicet omnia matris desideria feratur. Quid, quid, o dilecte fili, tibi dictura sum? audi. Ne dederis mulieribus substantiam tuam. Ne frustra prodegeris, quae tibi necessaria sunt: ne brevis delectatio tibi surripiat, quod pretiosum est, quod semper tibi debeat permanere. Hoc maxime tempus est vitae huius, quod summo opere conferendum est, omnique studio virtuti tribuendum, propter dies aeternitatis: Ob id vero in primis, quod subdit. Et diuitias tuas ad delendos reges. Ne (inquam) diuitias tuas in eo cõsumperis, quod causa est, quamobrem reges deleantur. Malum est nostra vane consumere, sed maximum illud est malum, quo ipsa nostra bona ad nostram deletionem, ruinam atque exterminium admoemus. Non satis est, si tu tuae ipsius domui ignem admoueas, quo comburatur tota, nisi & tu ipse in medias incidas flammam, à quibus in cineres redigaris? Heu dilecte, heu charissime, caue ab hac stulticia, ne te ipsum perdas, dum perdis tempus. Alioqui lucerna tua, quae est proprietas tua, & vita ipsa tua, de nocte extinguetur à superuenientibus calamitatibus, & ab ipsa morte sic extinguetur, vt tibi bona ista auferantur, & vita careas, & vitae commodis & oblectationibus.

II Id denique consideremus, quod mulieres istae ad Dominum vadunt cum aromatibus. Hoc enim vere est ad Dominum ambulare, si non vacuus accedas secundum mandatum. Num pedibus corporis ad Deum acceditur? omnibus vbique praesens

est, si ascēderis in caelum, illic est, si descēderis in infernum, adest. Sicut ergo à facie sua fugere nõ volumus; Ita neque accedere ad illum pares sumus. At vero accessus iste, quem praetendimus, cordis est, mentis, animi, non pedum corporis: propterea Sapiens ait: *In simplicitate cordis quaerite illum*: corde quaeritur ad salutem, mente illi appropinquamus, si sincere quaeratur: Alioqui cur idem subiecit Sapiens: *Peruerse cogitationes separant à Deo*: Si cogitationibus receditur, cogitationibus aequae acceditur. Si peruerse cogitationes separant à Deo, rectae atque sinceræ cogitationes cum Deo ipso coniungunt. Pedibus quidem sanctae mulieres venerunt, quaerentes Dominum, sed corde in primis, affectu, desiderio: Nã si pedibus tantum corporis iter istud perfecissent, mox non illo inuento ad seipsas, sicut Apostoli abierunt, abiissent. Pedibus cõfecerunt iter, non ite

Sap. 1.7.

Iob. 20. 10.

Sap. 1. 2.

Iob. 4. 7.

Mat. 23. 9.

cogitationibus & animae affectibus? Quod quaerunt non inuentum, quod anhelant; quod permanent in mentis proposito, vt non cessent donec inueniant; hoc est mente quaerere. Et hoc in simplicitate cordis, portantes quae parauerant aromata. Is enim quaerit in simplicitate, qui non vacuus apparet in cõspectu Domini. Doceat nos hanc rem quoque Salomon, qui post monitionem illam: *In simplicitate cordis quaerite illum*: subditi inmediate: *Quoniam inuenietur ab his, qui nõ tentant illum. Apparet autem eis, qui fidem habent in illis.* Fidem habens, non vacuus apret. Tentat ergo illum, qui fidem non habet in illum, corde duplici quaerentes illum. Affer, affer illi, quod quaerit à te, & dabit id ipse tibi, quod quaeris ab illo. Mulieri Samaritanae dixit: *Da mihi bibere; sed illi ipse seipsum dedit: Scio, quia Messias venit* (inquit illa) *Ego sum* (inquit ille) *qui loquor tecum.* Aromata ferunt mulieres istae. At ipse illis seipsum communicauit, ita quod tenuerunt pedes eius. Tu crede, & manducasti: habes fidem in illum: noueris illum summum bonum quod debemus appetere. Noueris iustum atque legitimum Legislatorem, cui parere tenemur. Noueris vitam, noueris viam. Talem

Talem crede, talem quare, talem suscipe. Si sic illi adhaereas tu, tradet seipsum ipse tibi. Sed Benefactorem nos tantum illum volumus, non Legislatorem. Redemptorem appetimus, relinimus Præceptorem. Isti sunt tentatores Dei, a quibus non inuenitur; quoniam peruersæ sunt eorum cogitationes.

12 An non peruersa, si alium quæris, quam ipse sit? si misericordiam putas, nõ iustum quoque. Vt scias quod misericordia & veritas (quæ est iustitia) obuauerunt sibi, eodem negotio vtramque administrabat in ingressu populi ad promissam terram. Bonitatem in populum, seueritatem in Chananæos. Hos puniens propter eorum iniquitates, illos adiuuans propter misericordiam suam. Et vt scirent, non esse apud illum personarum acceptionem, in ipso primo ingressu, vbi per scelus Achan contaminatus est populus, ab ipsis sua protectione recessit protestans. Non ero vltra vobiscum donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Vides iustitiam Dei? Præuaricati sunt illi, mox puniti sunt, hostibus terga vertentes. Sequetur pœna, nisi deleatur culpa. Non poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet. Quia pollutus est anathemate. Quia tamen vindicta ista erat ad salutem humilitatis illis, ostendit causam punitionis, & remediũ docuit. Teruit quidam & Chananæos, & reuersione Iordanis fluminis, & euersione ciuitatis Iericho, sed quod populo fuit ad humiliationem, illis fuit ad obdurationem. Domini enim sententia fuerat (inquit Scriptura) vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel & caderent, & non mererentur ullam clementiam ac perirent.

13 Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei, in suis bonitatem, in hostibus seueritatem. Magna quippe seueritas diuinæ iustitiæ est, hominem in flagellis obdurari ad extremum exterminium. Magna diuinæ clementiæ bonitas, flagellis corrigi, atque vnde veniant flagella instrui, vt remota causa remoueatur effectus. Nescierunt Chananæi propter scelera sua exterminari. Nouit populus, Deo ipso reuelante, cur primo congressu ceciderat, & cesserat con-

tra habitatores Hai; & correxit delictum, & obtinuit gratiam, & victoriam est consecutus, posseditque terram inimicorum. Sic de Domino sentiendum est in bonitate, sic quaeritur in cordis simplicitate, sic habetur in illius fides. Sic qui dixit: Non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Scelero continuo & extincto, fuit cum illis adiutor in opportunitatibus, quibuscunque. Abiciamus ergo peruersas cogitationes, bene de Domino sentientes, vt digni babeamur cum mulieribus sanctis illius præsentia frui, & hic & in æternum. Amen.

M O R A L E.

BENE scriptum est: Nouit Dominus vobiscum, & iter impiorum peribit. Bene effectum est, vt oculos suos intenderet Dominus super viam Sanctorum mulierum, eas dirigens & prosperans, adeo vt quod quaerebant, excellentius inuenirent, quam optabant, quam etiam putabant. O vnam iusti essemus; verum esset de vnoquoque nostrum: Et omnia quaecunque faciet, semper prosperabuntur: quoniam nouit Dominus viam iustorum. Sanctus Ioannes scribens Gaio, ait: De omnibus orationem facio, prospere te agere & valere, sicut prospere agit anima tua: Optans illi de omnibus prosperitatem: Sed addens: Sicut prospere agit anima tua; duo nobis inuuit, alterum, quod ista prosperitas eiusmodi sit, vt cum virtute conueniat; sicut (inquit) prospere agit anima tua, sic a Deo prospereris, quemadmodum actiones animæ tuæ prosperæ sunt, nempe iustæ, sanctæ, studiosæ. Alterum est, quod quam cupit illi prosperitatem, eam virtutis actibus promeruit. Sicut prospere viuus, id est sancte, sic feliciter prospereris. Hoc nimirum virtutis est opus, virtutis conditio, virtutis præmium quoddam. Nam vbi iniquitas, ibi aduersitas. Propterea de iniquo Rege Ierusalem, qui non steterat promissis & iuramento, dicitur a Domino per Ezechielem: Nunquid prosperabitur, & consequetur salutem, qui fecit hoc? Et quid dissoluit pactum, nunquid effugiet? Quod si quando impii pro-

prosperantur, hoc proprie non est ad prosperitatem, sed ad perniciem, dicente Salomone: *Prosperitas in iustorum perdet eos.* Venit quidem Ieremias quasi stupens de Dei providentia, & cum admiratione clamans ad Deum: *Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui prauaricantur, & inique agunt?* Sed Spiritus Domini in ipso eodem respondens, veluti rogans prædicit, quæ sint illis euentura: *Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos: id est sepe, veluti eos præparans in die occisionis.* Impiorum prosperitas cito cedit in aduersitatem. At prosperitas iustorum manet, quod si quando videtur interrumpi, hoc est ad ampliorem in illa progressum. Sic de Ioseph scriptum est: *Fuit Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens.* Qui si calumniam passus, in carcerem est coniectus, hoc demum fuit ad maiorem sui exaltationem, vt vere de iusto canitur in Psalmo: *Et omnia quæcunque faciet, semper prosperabuntur. Quoniam nouit Dominus viam iustorum.* Quæ prosperitas etiam fuit populi Israel; erutus de Ægypto, à Deo semper protectus est, si qua sustinuit aduersa, sibi debuit imputari. Sed tandem vide coram illo sicari fluuenta Iordanis, muros cadere sine humano opere Ciuitatis Iericho, populos omnes ac Reges protherni, capi eorum Ciuitates. O si veller homo in viis iustitiæ ambulare, prospera proculdubio illi omnia euenirēt. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum.*

His rogat Ioan. prosperitatem: *De omnibus orationem facio, prospere se agere, sicut prospere agit anima tua!* O veram felicitatem, qua homines etiam super terram fruuntur, si prospere ageret anima eorū. Vide harum mulierum prosperitatem. Plures videbantur esse obices, quo minus quod cupiebant, consequerentur. *Quis reuoluet (inquiunt) nobis lapidem ab ostio momentanti? & viderunt reuolutum lapidem.* Erant milites ad sepulchrum, quod nesciebant ipsæ, ne propterea retardarentur, vel impedirentur, ne venirent. Probabile est enim eas nō aduentasse, si de his militibus noticiam habuissent. Dum nesciunt ve-

Tom. 11. Bellintani.

niunt. *Et ecce, terramotus factus est magnus, & exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Christum primo non inueniunt, inueniunt Angelos: mortuum quærunt, viuus ab Angelis sibi renuntiatur, pergunt quærentes & plorantes, & ipse lætificat eas vultu suo. Visa sunt Apostolis, quæ ipsæ referebant, deliramentum. Sed ipsa sese veritas manifestam facit, & vna simul gaudent homines. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum.* Fac vt peregrinus per viam ambulet sibi ignotam, inuenit qui nouit illam, non parua gratia ista est: propterea enim Moyles cognatum suum rogabat: *Noli nos relinquere, tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster.* Stat ad iudicandam Dominus viam simpliciter ambulatibus, illam nouit ipse, illam facit illos cognoscere, ostendens illis viam, per quam ambulent; ambulant propterea confidenter. Sic illam quoque nouit Deus, vt eam iugiter intueantur, atque ideo semper oculi Domini super iustos, protegens atque defendens. Hoc tu cogita, quod si in via Dei ambules, erit ipse ductor tuus, ipse tutor, ipse protector, ambulans non offendes, & erit immaculata via tua. O quæ felicitas!

Contra vero iter impiorum peribit. *Quo tenditis iter, o impij! o sæculi huius amatores!* Scitote, quoniam via vitæ custodiendi disciplinam, ergo via mortis est iis, qui abiiciunt disciplinam. Vna est via recta, vna est, quæ ducit ad vitam. In semita iustitiæ vita, iter autem deuium ducit ad mortem. Nemo per viam ambulat, qui, quo vadit, illi non veniat in mentem. Vos quid cogitatis in cordibus vestris? Num ambulatis, vt ambuletis semper? Num ambulatis, vt nunquam quiescatis? An vt par est, ad terminum aspiratis? Mouemini, vt quiescatis? Quæritis, vt inueniatis? Hoc si vestrum est consilium, non præuidere debetis, quo vos conducatur via, quam pergitis? Id certe si cupitis? Prouerbiū iam dictum, ad mentem reuocate: *In semita iustitiæ vita, iter autem deuium ducit ad mortem.* Quam munit iustitia, vna est via, sola est quæ ducit ad vitam. Deuium quod-

Ccccc cunque

cunque iter est, quod extra iustitiam est. Per calles deuios, per campos inuios, per inaccessa deserta, per semitas non tritas, non stratas, non vsu planas factas ambulat, quisquis per semitam non ambulat iustitiæ. Heu! infinita multitudo currentium per deuia, per praua, per aspera, per laboriosa, ac difficilia; quas tamen faciliores vias arbitrantur, dum emenso cursu, præcipites dati in Infernum, experti confitebuntur: *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles; viam autem Domini ignorauimus.* Qui sic loquentur, qui sic loquuntur, vbi sunt? vbi erunt? Talia dixerunt in Inferno hi, qui peccauerunt. Inquit Sapiens. Infernus itaque terminus est viarum iniquitatis. Infernus locus est, quod tendit impiorum iter, perditio, mors, fovea, lacus miseriæ, stagnum ignis. Ergo sciens tu, quod via hæc te ducit ad præcipitium; te ducit, vbi te hostes, inuadentes, assassini aggrediantur, vbi fera pessima deuorat transcentes, vbi nullus hospes, nulla domus, nulla quies, nulla refectio, sed aduersa omnia, infesta omnia vniuersa luctuosa, misera, calamitosa; Adhuc pergis? adhuc sequeris obstinate? curris adhuc peruerse, furibunde, insane? *Iter impiorum peribit.* Iter impiorum peribit. Peribit iter, quia extra mundum pergit, vbi non erit hoc iter. Peribit, quia plurimum interrumpitur etiam in hac vita. Peribit; perire itinerantes faciet, ducens ad perditionem. Non audisti in Inferno clamantes: *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis?* Si per iniquitatem pergis, ad perditionem pergis. Si perdit perditio, ergo iter impiorum peribit, perdens pereuntes. Si quis dum per ignotam viam pergis, te moneat: Non est bona via, quam tenes, ecce ista est via. Quid? num duro animo incredulus sequeris inchoatum iter? An non desisteres? Clamat veritas. Clamat, quem certo scis esse veritatem. *Lata via ducit ad perditionem.* Et eam tamen curris pertinaciter? Reuertere, reuertere in viam bonam, in viam pacis & prosperitatis. Ne spreueris admonentem, ne oderis incre-

Sap 5. 7.

17

Psal. 6.

Sap 5. 7.

Psal. 6.

Matt. 7. 53

panem, ne fugias instruentem: propterea quod via vitæ custodienti disciplinam. Qui autem increpationes relinquit, errat. Erras miser; quoniam iter deuium ducit ad mortem: errorem emenda, errorem corripere; ne cum his, qui sunt in Inferno, dicas & tu denique. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Orto iam sole sanctæ mulieres venerunt ad monumentum; vbi viderunt Angelum lucis; vbi Christum solem iustitiæ aspexerunt; vbi quem quærebant, inuenerunt; vbi etiam ad sepulchrum, qui est locus mortuorum, vitam inuenerunt, viderunt, & tenuerunt. Ita faciamus, & nos, vt cum Viuente viuamus nunc & semper. Amen.

FERIA III. PASCHÆ

CONCIO VNICA.

Quam morte præuentus Author non potuit extendere.

Maria Magdalene, & altera Maria, vsque in hodiernum diem.

Matth. 28.

ARGUMENTVM.

Gaudendū in hoc solemnitate propter gloriam Christi & bonum nostrum. Inimici autem Christi terrore concutiuntur & confunduntur.

SI dictum illud Sapientis: *Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire, animaduertissent Iudæi, non fuissent lætati de morte Christi, quem sibi aduersarium existimabant.*

stimabant. Quamvis verè esset amicus; putassent enim, vt putare debuerunt, quod & ipsi in gaudium venturi essent suorum inimicorum. *Quoniam desiderium peccatorum peribit, & peribunt omnes cogitationes eorum.* Quod patet, quia surrexit Dominus, & exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui, & lapidem, quem reprobauerunt, hic factus est in caput Anguli. Resurrectio ergò Domini, sicut fuit gaudium amicis, si moror inimicis.

2. Quæ duo in Euangelio proposita nunc consideremus. Et primo gaudium amicorum, de quo lectio. *Exierunt ciuitatis de monumento, cum timore, & gaudio magno currentes nunciare discipulis. &c. Auere. Illa autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.* Tunc ait illis Iesus: *Nolite timere.* In tribus ergò gauisæ sunt, in aspectu, & loquela Angeli, imò occurru & tactu Domini, & in iussu eius dicentis: *Nolite timere.*

Vbi primum vides, Resurrectionem Domini afferre gaudium; Et hoc primò, propter gloriam Christi, *Si diligereis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est.* Vadit autem ad maiorem, vt confors sit magnitudinis eius. *Talem habemus Pontificem, qui confedit in dextera sedis magnitudinis in cælis in cælis.* Paruulus enim natus ex nobis; sed tamen antea dictum est: *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.* Sed in cælis est in gloria Patris, quia in Passione pugnavit, & vicit. *Ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* Resurrectio autem est primus passus ad gloriam illam magnam. Iacob quando audiuit. *Ioseph filius tuus viuus, & ipse dominatur in tota terra Egypti, quasi de graui somno euigilans; tamen non credebat eis.* Cumq; vidisset plaustra, & vniuersa que miserat, renouit spiritus eius. Considera desiderium Tobie & vxoris, quæ sedebat fecus viam quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo, & vidit a longè, & illic agnouit, currensque nuntiavit viro suo. Tunc præcurrit canis, & quasi nuncius adueniens blandimento suæ caudæ gau-

debat. Et confurgens cæcus pater eius, cepit offendens pedibus currere: O si in nobis esset vera dilectio erga Christum, quantum gauderemus! Mulieres exierunt cum gaudio magno ad nuntium Angeli veluti canis blandientis. Et illi cœperunt ambo flere præ gaudio. Post ingressum Saræ & familiæ, venerunt Achior & Nabath consobrini Tobie gaudentes ad Tobiam; & congratulantes ei de omnibus bonis, quæ circa illum ostenderat Deus. Et per septem dies epulantes, omnes cū gaudio magno gauisi sunt. Defectus gaudij ex defectu amoris.

Secundo, propter bonum nostrum. Discipuli à timore erepti gauisi sunt viso Domino, omnibus affert multa bona. *Noras Psal. 15. 11. mihi fecisti viam vitæ, &c. in finem. Destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem. Resurrexit propter iustificationem nostram. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum Filij dilectionis suæ (qui rediuuus, dixit: Data est mihi potestas) in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum: qui est imago Dei inuisibilis, &c. Primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Et tandem Regenerauit nos in spem viuam per Resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem.*

Quis vitam expectaret à mortuo? Pro viuis à mortuis. Vide Baruch 6. Epistolam Ieremie de Idolis, quod *habent linguam, & non loquuntur; coronas aureas, & non liberantur ab erugine & tineâ. Purpuram, sceptrum, sed in se percantem non interficiunt.* Et similia multa. Si igitur Dominus prædicaretur adhuc mortuus, quis in illum speraret? *Si Christus non resurrexerit, inanis est prædicatio nostra, inanis est fides vestra.* Ideò post querelam Passionis rogat: *Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatē meam.* Et addit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Deinde: *Timeat eum omne solum Israel, quoniam non spernit, neque despicit deprecationem pauperis.* Ergò reminiscuntur, & conuertentur ad Dominum.

Ccccc 2

vniuersi

Fructus
Fructus
Sapientia
Moralis

Mat. 11. 10.
Mat. 14. 5. 4.
Mat. 28. 4.
Mat. 27. 22.
Mat. 14. 28.
Mat. 8. 1.
Mat. 9. 6.
Mat. 3. 21.
Mat. 4. 5. 2. 6.
Tob. 11. 5.

Psal. 15. 11.
2. Tim. 1. 10.
Rom. 4. 25.
Col. 1. 13.
Matt. 28. 18.
Col. 1. 14.
1. Pet. 1. 3.
Isai. 8. 19.
Bar. 6.
1. Cor. 15. 14.
Psal. 21. 22.

uniuersi fines terræ, &c. Gentium, &c. Et anima mea illi uiuet, & semen meum seruet illi.

4. Vides secundò, quomodo gaudendum in Christo, *cum timore* (inquit) *& gaudio magno*, Territæ sunt mulieres ex visione Angelorum, qui postea consolati sunt illas Euangelio Resurrectionis. Gaudium Christi incipit a pœna, quia timor pœnâ habet, post peccatû præsentia cœlestiû terret. Sic Adam sentiens venientem Dominum ad auram, timuit & abscondit se. Venit Diabolus in se ipso re ipsa venena fundente, & mulier non timuit. Venit Dominus in vento refrigerante, & vir timet, qui debet esse constantior. Cur ita? peccatum fuit in causa, quod morder interius, & habet repugnantiam cum cœlestibus, & confundit & pudescit. Ided mulier innocens tunc non timuit. Secundò, timuerunt homines timore, vbi non erat timor. Semel Dominus apparuit in monte fumigante, & timens populus rogauit non ultra videre. Sæpè Deum offendens ab eo flagellatus est, & tamen non timebat replicare peccata: vnde flagellabatur denuò. Vterque venit in re naturali, serpente & aura, quia sufficiebant. Vnde & arcum posuit signum: sed vbi mulier non timuit, bonum euenit. Ibi pœnatum, & peccatum. Hic remedium contra vtrunque, quod est causa lætitiæ.
5. Timor ergò facit locum gaudio, quia Deum reueretur, cuiusque maiestatem atque iustitiam: per ipsum tamen accedimus ad misericordiam. Tanta & tot staturat Deus in sanctuario, & operabatur ad terrorem, vt sic gratiam & misericordiam obtinerent. Ergò ex timore gaudium. *Timor Domini delestat cor, & dabit lætitiã & gaudium*. Præterea, tantus thesaurus potest perdi, ided timendum. Iacob quantò ditior, tantò magis pauidus, ne Esau interimeret. E contra, gaudium mundi timorè incutit & dolorem. Moyses descendens de monte audiuit vocem lætantium ante vitulum, quem lætantes adorauerunt, sed indè mors & minæ.

Vides tertio gradum & ordinem. Gaudent mulieres ad nuntium Angelorum. Secundo in re videntes & tenentes Dominum. Nunc spe gaudentes, quæ quantò certior, tanto lætior. Habent enim res gaudiosa in virtute. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Vnde iam quasi stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem. Verum cœleste bonum non tantum spe, vt terrenum; sed & re aliqua centuplum in hunc mundum. Pars hereditatis populi in itinere extra Iordanem: manna in deserto, visio in monte. Videant Regnum Dei veniens, vt tandem pleno fruatur. *auitio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo*. Interim Pastores viderunt, & reuersi sunt glorificantes, & laudantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant. Ioseph Patri misit ex omnibus diuitijs Egypti, quò tandem Pater venit. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, (id est Sapia) & lætatus sum in omnibus, quoniam antecederat me ista sapientia, nempe in via, quæ ducit ad vitam, & ad gaudium Domini. In omnibus lætatus, quia omnia seruiunt ad virtutem, vbi est sapientia, virtus autem lætificat.*

De spe ad rem. Angelico præcepto obedientibus occurrit Iesus. Ibant nunciare discipulis, vt & ipsi gaudium participaret. *Gratis accepistis, gratis date. Quam sine fultione didicistis, & sine inuidia comunico. Bibe aquam de cisterna tua, & fluente pascuis tui, Deriuentur fontes tui foras, & in plateas aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.* Nemo diminuat internum gaudium, & nemo tollat à vobis. Sic tamen, vt ex abundantia cordis & de ventre eius fluant aquæ vitæ. Sic Christus factus gloriosus visitat amicos.

Sic faciendo nedum non decescunt aquæ, sed fons paruos creuit in fluum. maximum: & in aquas plurimas abundauit. Ided euntibus occurrit Iesus, & salutat dicens: *Auete! ò quam suavis est Dominus? Vident occurrentem, audiunt saluantem, tenent incedentem, & adorant si-*

rant sistentem. Tria ad confirmationem. Vident & recognoscunt in figura. Audiunt, & norunt vocem. Tenent. *Palpato, & videte, quoniam spiritus carnis, & ossa non habet* Sic confirmate adorant.

8 Vide, quod in via adhuc aliquo modo
 Rom 8. 24. videtur. *Spes autem, qua videtur* (inquit) *non est spes: nam quid videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Sed tamen sunt quidam, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominum venientem in regno suo.* Praeuenit enim nos in benedictionibus dulcedinis. Sic Moyses dilectus Deo: & hominibus, vidit sicut Stephanus, gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris Dei.
 Et similem illum fecit in gloria sanctorum, & ostendit illi gloriam suam. Vidit tamen transeuntem. *Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & protegam dextera mea, donec transeam: tollamque manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Ergo & ista tenent pedes transeuntis; sed occurrentis vident faciem, ille transeuntis vidit posteriora. Christus Deus & homo, ut Deus videtur in facie, ut homo in scapulis. Sic enim posterior est Patre, dignitate, natura & tempore. Magna differentia videre faciem, ubi res cognoscitur proprie, & posteriora, ubi confuse cognoscitur respectu faciei. Sed magnum bonum est credere Christum, id est posteriora. Tene pedes, quia brevis mora, & dulcis hora, sed prius accesserunt, studendum est appropinquare per profectum. Non perdena occasio, dum tempus habemus. *Tempus amplexandi, tempus longè fieri ab amplexibus. Contendimus siue abstrahat. Maria sedebat ad pedes. Illa turbabatur erga plurima; hæc adhærebat; & ideo vnus spiritus eum eo. Tamen dum recedunt à loco, ubi positus erat, & cessant quærere, vacantes proximo, occurrit illis.*
 4. 17. Dignos se ipsa circuit quærens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis. Ruth dum seruiti fiant deliter, locui facta est mater Christi. Ia-

cob laborans meretur vxores, vnde Christus. & ex ea potissimum quam primis laboribus confectus, & de qua neque cogitabat. Laboremus ergo fideliter, ut digni efficiamur promissionibus Christi.

SECUNDA PARS.

Q Vid de inimicis? externi sunt custodes, dederunt illis pecuniam: & meritum est iniquitas sibi. Putabant Iudæi iam se liberos a periculis, sublato Christo: sed in anxietatem acriorem coniecti sunt, & traxerunt ad se mortem, morientes in peccato suo, perduto loco & gente, primatu, & libertate, abducti in dispersionem gentium. *Inimici mei dixerunt* (id est peccati sunt) *in la mihî, quando morietur, & peribit nomen eius?* &c. *Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Nunquid qui dormit, non adiciet, ut resurgat?* Hebræa. *Verbum iniquum effusum est in isto: & qui dormit non adiciet, ut resurgat. Etenim* (Hebræa) *homopac. &c. resuscita me, & retribuam eis, &c. Nec la teris inimica mea super me: quia cecidi. Consurgam, cum sedero in tenebris: Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius. Et* *aspiciet inimica mea, & operietur confusio ne, qua dixit ad me: Vbi est Dominus Deus tuus? (confidit in Deo, liberet nunc eum) oculi mei videbunt in eam: Nunc erit conculcationem, ut lutum platearum.* En quomodo Iudæa conculcatur, & regio, & gens (sic diabolus perdidit principatum.) *Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Disperge illos. &c. protektor meus, Domine.*

Sed quid fideles, qui aduersantur illi iniqui, qui oderunt gratis, & annuntiant oculis? *Quoniam mihi* (inquit) *pacifice loquebantur, & in iracundia terra loquentes dolos cogitabant. Quamuis hæc verba dicta sint de Iudæis, etiam Christianis malis possunt applicari, qui Christi aduersarii sunt moribus iniquis, qui sine causa, ab illotantis bonis affecti, oderunt illum, eius*

IOH. 14. 23 præcepta transgredientes: Nam qui diligit
LUC. 11. 23. me, sermonem meum seruabit; & qui non est
 mecum, contra me est: Annuntiant oculis fingentes se fideles, & pacem loquentes, sed in terrena iracundia, qua ex terrenorum concupiscentia contra veritates exardescunt; dolose agunt. De his ergo quid?
Psal. 3. 4. Tu autem susceptor meus, gloria mea, & exaltans caput. Ego dormiui, &c. & exurrexi. Non timebo mill. &c. Exurge Domine, sal. &c. Quoniam tu percussisti omnes, aduersantes mihi sine causa, dentes peccato-

rum contriuisisti. Dormit nunc, dum dissimulat. At surgens imperabit ventis, & deiecit scandalis concutientibus nauem; & dicet mari: Tace, obmutescet; & fluctus superbiorum deiecit, dum alluantur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Sit ergo Christi gloria bonis lætitia, malis tristitia, si non poenitent. Noli resistere contra faciem Potentis, nec conueria contra iterum fluminis.

F I N I S.



I N D E X

260 439

260 439

260 439



